# HUGO GROTIUS
DE
# VERITATE
# RELIGIONIS
# CHRISTIANAE.

*EDITIO NOVISSIMA,*
QUAM AD FIDEM ANTIQUISSIMORUM
CODICUM RECENSUIT,
MENDIS SOLLICITE PURGAVIT,
VETERUM TESTIMONIIS ADCURATIUS
PLENIUSQUE ALLEGATIS INSTRUXIT
IO. CHRISTOPH. KOECHERVS
PHILOSOPHIÆ MAGISTER.
Cujus quoque ſtudio
*Variorum in huncce librum Notæ ac Diſſertationes*
proxime ſequentur.

*JENÆ*
Apud ERNST. CLAUDE BAILLIAR.
MDCCXXVI.

ILLUSTRISSIMIS COMITIBUS AC DOMINIS,

# DN. HEINRICO XI.

TOTIUS STEMMATIS SENIORI,

# DN. HEINRICO XV.

# DN. HEINRICO XVIII.

# DN. HEINRICO XXIX.

JUNIORIS LINEÆ RUTHENIS,

COMITIBVS AC DOMINIS A PLAVIA, DOMINIS IN GREIZA, CRANNICHFELDA, GERA, SCHLEIZA ET LOBENSTEINIO ETC.

COMITIBUS AC DOMINIS MEIS LONGE GRATIOSISSIMIS.

ILLUSTRISSIMI COMITES,

DOMINI LONGE GRATIOSISSIMI,

CHriſtiana religio humano præſidio non indiget. Deus ſummus eſt, qui ipſe cauſam ejus potenter agit. Aſt qui religionis gratia aliquid elaborant, neceſſitatem, eorum implorandi opem, qui dignitate ac potentia ceteros antecellunt, impoſitam ſibi omnino ſentiunt. Illuſtriſſima gens RU-

THENI-

THENICA uti imperium in alios ſumma gloria tenet; ita mitiſſima ſemper clementia erga illos fuit, qui religionis rebus invigilant. Dudum publicis decantatum eſt monumentis, quam benigne majores VESTRI id hominum genus foverint: & VESTRA quanta in eosdem ſit gratia, quantus in amplificanda iſtorum dignitate favor, quantum in defendendis iis a malevolorum injuria ſtudium, omnium celebratur ore. Me vero, ut, VESTRO clypeo munitus, religioni operari percupiam, jucundiſſima vitæ, ſub tutela VESTRA olim transactæ, recordatio maxime impellit. In terris enim VESTRIS natus, in iisdem multos per annos ſtudiis formatus, non ſine inſigni rerum mearum emolumento expertus ſum, quantæ ſit felicitatis, RUTHENORUM venerari

 nerari

nerari ſceptra, eorumque ſub umbra latitare. Veteres itaque tutelares Deos in præſenti adire ſumma obſervantia liceat: id eſt, librum de veritate religionis Chriſtianæ, curis meis nonnihil perpolitum, VOBIS, CELSISSIMI COMITES, conſecrare, measque fortunas & augendas & tuendas ſubmiſſe commendare. Supremum Numen, cujus vices in tegendis mortalibus geritis, VOS clementiſſime protegat, vosque imperantium decora, ſubditorum columina, religionis interpretum firmiſſima præſidia ac ſolatia quam diutiſſime ſupereſſe jubeat.

ILLUSTRISSIMIS NOMINIBUS VESTRIS

COMITES LONGE GRATIOSISSIMI

ſubjectiſſimus devotiſſimusque
M. Jo. CHRISTOPH. KOECHERUS.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

M. JO. CHRISTOPH. KOECHERUS.

PAraveram, ſummi viri, HUGONIS GROTII de veritate religionis Chriſtianæ libros, variorum notis illuſtratos, in publicum edere; cum repetita eorum attenta lectione deprehendi, doctiſſimi licet viri in recudendis perpoliendisque iisdem ſtudium ſuum exprompſerint, ſupereſſe tamen haud pauca, quæ lima quadam ac emendatione indigerent. Conſilium itaque meum nonnihil mutavi, atque, cum ante animus eſſet, aliorum animadverſiones Grotii meditationibus ubique ſubjicere, & omnia uno volumine comprehenſa luci publicæ dare; nunc Grotii libros, nævis ſuis maculisque ſollicite expurgatos, ſeorſim typis deſcribendos tradere conſtitui. Quo purgatius vero cultiusve opus in lucem emitteretur,

has operæ meæ mihi propoſui leges. Primo textum accurate & ad mentem Grotii, quantum fieri poſſet, recenſendum: porro veterum teſtimonia, qua fide nominata fuerint, ſtudioſe examinandum: poſtremo, ne novis vitiis præſtantiſſimus liber deformaretur, quod in una & altera noviſſimarum editionum factum videbam, omni cura cavendum eſſe. Primum negotium ut diligenter adminiſtrarem, antiquiſſimos probatiſſimosque libri noſtri codices circumſpexi. Qua in re tam felici mihi eſſe licuit, ut, cum duplici forma libellus Grotii prodierit, principio absque notis, deinceps illis inſtructus, utriusque generis editiones primas oculis uſurpare potuerim. Ita ad manus meas pervenerunt & editio, quæ latinarum omnium quaſi mater eſt, *Lugduni Batavorum*, *ex officina Jo. Maire* CIƆ IƆCXXVII. & editio, cui annotationes primum additæ fuerunt, *Pariſiis*, *ſumtibus Seb. Cramoiſy* CIƆ IƆCXL. publicata. Quibus acceſſerunt duæ aliæ A. CIƆ IƆCXL. evulgatæ, & alibi a me deſcriptæ, editiones; imo & antiquior his de A. CIƆ IƆCXXIX. cujus exemplar, ab ipſo Grotio frequenti tractatum manu, multisque in locis caſtigatum, ex inclyta Bibliotheca Uffenbachiana Vir celeberrimus, CHRISTOPHORUS AUGUSTUS HEUMANNUS, accepit, recentioribusque cum editionibus contulit, ex cu-



jus

jus doctiſſimi viri obſervationibus profecta ſunt, quæ in *Anacephalæoſi*, itemque *pag.* 1. 193. & 222. annotata legis. Pro qua navata publicæ utilitati opera, viro, ad juvandum quodvis litterarum genus nato, publicas prolixasque gratias agimus. Tot igitur ſubſidiis ad integriora Grotiana exhibenda cum uti poſſem, ne vagus ac incertus quælibet arriperem aut probarem, normam, ad quam Grotii textum referrem, editionem Pariſienſem A. CIↃ IↃCXL. quæ non ſine fortuna quadam emtionis jure mea facta erat, mihi præfixi; quippe quæ & Grotii annotationibus primum ornata, & ipſo præſente typorumque curam gerente, ceu ex *Epiſtolis* ejus *num. MCCCXXX. fol.* 604. & *num. CCCCLXXXV. ſeqq. ad fratrem fol.* 892. *ſeqq.* patet, prelis ſubjecta, omnium editionum merito princeps eſt habenda. Hanc itaque, ceteris tamen non neglectis, ſed ubique in conſilium adhibitis, ita ſecutus ſum, ut ante omnia numerum paragraphorum *Lib. II.* adaugerem. Cum enim recentiores omnes XIX. ſaltem paragraphos ibi nobis ſiſtant, ego, veteribus exemplaribus innixus, XXIII. repoſui. Sic quoque ad eorundem ductum, paragraphorum nonnullos nova, ſenſuique accommodatiori, ratione diſtinxi. Exempla habes *Lib. I.* §. *XXII. Lib. II.* §. *III. V. Lib. V.* §. *VI. X.* Atque talem mutationem etiam alibi orationis nexus ſuadebat, v. g. *Lib. II.*

 §. *XVIII.*

§. *XVIII.* & *Lib. III. ʃʃ. XIII. XIV.* ſed cum antiquiores editiones, adjectis ad marginem ſummariis, idem dictis paragraphis initium conſtituerent, quod in recentioribus conſpicimus, nolebam adverſus earum autoritatem aliquid innovare. Ad ipſum Grotii textum recenſendum ubi progreſſus fui, eam laudatæ editionis rationem habui, ut præter aperta typographorum ſphalmata nihil temere aut delerem, aut adderem. Potius, ubi quidam editionum diſſenſus oriebatur, variantem lectionem feci, ejusque rei rationem ſubjuncta nota uberius explicavi, de quo documenta paſſim invenies. Maximum vero ſtudium in excutiendis veterum teſtimoniis poſui. Namque & momentum trahere iſte labor videbatur; & ſat ampla errorum, cum ex veteribus exemplis relictorum, tum de novo commiſſorum, in noviſſimis editionibus exſtabat copia, quorum nectere catalogum, non ita difficile eſſet, niſi id inutile ac ſupervacaneum arbitrarer. Hos omnes igitur ut exſtirparem, ſingulos ſcriptorum ſacrorum æque ac profanorum libros, quos nominatos videbam, inſpexi, quanto labore quantave moleſtia, cum vaſta ſæpius volumina evolvenda, eorumque maxima pars e diverſis Bibliothecis conquirenda, atque a Patronorum bonitate, quam grata mente merito heic concelebro, expectanda eſſet, nihil attinet, hoc

loco

loco multis commemorare. Id potius exponam, quomodo circa emendanda Auctorum loca verſatus fuerim. Ante omnia illud mearum partium duxi, ponderare ubique penitius, quo jure, quo demonſtrandi pondere, quodvis teſtimonium e veteribus allatum eſſet. Quo pacto non pauca notavi, de quorum momento ac uſu dubitandum omnino videbatur. Imo obtulerunt ſeſe mihi loca, quæ prorſus valere non poterant, eo quod librorum, in quibus extare dicebantur, nullum in republica litteraria nomen eſſet. Ceterum, uti varii generis erant teſtium citationes, ita circa illas variare opera noſtra omnino debuit. Quædam veterum teſtimonia recte quidem laudata erant, ſed nimis laxe ac generaliter. Hæc diſtinctius propoſui, addito libro, capite, paragrapho, quandoque etiam folio operis. Aderant enim libri, ubi nonniſi numeratis paginis locus plene indicari poterat. Equidem facile hariolabar, non omnium referre, ita ſpeciales fieri allegationes, quandoquidem non in omnium manibus noſtræ editiones eſſent: verum, cum ſingula accurate perſcrutari tenerer, atque hac ratione folia operum aut paginas nullo negotio notare poſſem, adjeci illa, certus, ſi non omnium, ſaltem quorundam commodis hac opera conſuli. Libros illos, quibus ita utendum erat, peculiari indi-

ce,

ce, præfationem hanc ſequente, enarravi, ut labori noſtro fides conciliaretur, majorque accederet utilitas. Quædam veterum teſtimonia falſa referebant capita, falſos libros; ibi operam dedi, ut veriora invenirem monſtraremque, qui conatus in plerisque non infeliciter mihi ſucceſſit. Quædam ipſa Auctorum verba exhibebant; heic inquiſivi ſedulo, qua integritate eſſent adducta, & numquid prætermiſſum, quod ad conſtituendum eorum nexum pertineret. Hinc nonnulla & corrigenda & ſupplenda mihi dabantur, quibus, neſcius, annon forte Grotii codex eo ordine ac forma verba expreſſerit, hanc cautionem adhibui, ut nihil mutarem, ſed emendationes annotationibus meis reſervarem. Id quod etiam in græcorum textuum translationibus meum putavi, quas plerumque ſine cenſura dimiſi, ne in aliena nimium mihi ſumere viderer. Hanc rationem in locis græcorum latinorumque ſcriptorum caſtigandis tenui. Eandem obſervavit, qui in Rabbinicis & Talmudicis auxiliatrices nobis præbuit manus, vir harum litterarum peritiſſimus, DANIEL GOTTFRIED WERNERUS, Philoſophorum noſtrorum ordini adſcriptus, cujus doctrinæ diligentiæque ſpecimina libro quinto potiſſimum animadvertes. Et ut manifeſtiora ea tibi appare-

pareant, ſingulis litteram W. nomen doctiſſimi viri deſignantem, adſcripſi. Sunt tamen & aliqua in Grotii textum relata, quæ ipſius ſtudiis debentur. Cuncta autem, quæ circa veterum teſtimonia enata nobis ſunt, aut correctiones, aut ſupplementa, ita ſuis locis quæque adnotavi, ut, eorum memor, quæ hac de re JO. CLERICUS *Biblioth. choiſie Tom. XIIX. pag. 245. ſeq.* & Autor *novæ Biblioth. Halenſ. Part. I. num. XII. pag. 37.* monuerunt, Grotio ubique ſua, etiam errores, relinquerem, neque litura ſcripturam ipſius tollerem: ſed quæ breviora a nobis obſervata erant, ipſi Grotiano ſermoni, diverſo tamen typorum charactere & ſignis hiſce () diſtincta, infererem; quæ verboſiora, ad finem cujusque paginæ collocarem. Quanquam vero hac ratione multum induſtriæ limandis auctorum teſtimoniis adhibuerim, ſunt tamen quædam, quæ oculos meos operamque effugerunt. Præter ea enim, quæ ſerius paulo indagavi, atque ad calcem hujus libri, ceu additamenta, rejicere coactus ſui; reſtant loca aliquot minime excuſſa, tum quod ſpiſſa volumina eorum cauſa perlegenda erant, quo labore vacare non ſemper valebam, tum quod librorum quorundam heic loci nulla mihi fieri poterat copia. Illud tamen omni aſſeveratione affirmare poſſum, ex duobus, & quod excedit,

cedit, teſtimoniorum millibus, quæ ipſemet ſub examen vocavi, vix triginta ſupereſſe, de quibus non certi quid ſtatuere queas. Quemadmodum denique Bibliopola chartæ typorumque nitori maximopere ſtuduit, atque Grotii libros ita excudendos curavit, ut textus & annotationes ſingulis paginis conſpirarent; quam ob cauſam quædam loca Græca longiora in finem operis reſervanda fuerunt: ita ego omnes mentis oculorumque nervos in id intendi, ut hæc noſtra editio uti omnium noviſſima, ſic & emendatiſſima exiret, typotetharumque lapſibus nihil labis contraheret. Quo in negotio quam reſpondentem optatis habuerim fortunam, alii me condocebunt. Ego certe librum, poſtquam prelorum carceres evaſit, vel quater revolvens, nonniſi pauciſſima ea obſervare potui, quæ extremum hujus operis locum occupant. Hi ſunt conatus, quibus, meliorem utilioremque reddere Grotium de veritate religionis Chriſtianæ, allaboravi. Adnumerandus iis denique index, quem primus ego in huncce librum confeci. Cum enim præſtantiorem ceteris editionem dare vellem, argumentorum nobiliorum indice, quo per annos ferme centum liber ille deſtitutus fuit, omnino locupletandus erat. His itaque ſtudiis meis fruere benevole Lector, & ſi qua inde in te emolumenta redundant,

dundant, gratias mecum ſupremo Numini habe: ſi alicubi me lapſum eſſe, deprehendis, eodem animo errores meos emenda, quo Grotianis medelam adhibui. Ita & humanitatis officiis ſua conſtabit dignitas, & quæ per rei difficultatem minus accurate elaborari in præſenti potuerunt, ad perfectionem, quæ mortalium operibus conceditur, olim adſpirabunt. Vale, atque CONRINGII, CYPRIANI, CLERICI, STOLLII, HEUMANNI aliorumque in elegantiſſimum hunc Grotii libellum notas proxime expecta. Dabam Jenæ è muſeo die 11. Septembr. A. R. S. cIↃ IↃCCXXV.

# Indiculus editionum, quibus in definiendis Auctorum locis uſi ſumus.

ALCORANI *textus univerſalis ex correctioribus Arabum exemplaribus in latinum translatus autore* LUDOV. MARACCIO. Patavii MDCXCVIII. fol. quam Maraccii verſionem ſeparatim Lipſiæ recudi fecit CHRIST. REINECCIUS 8vo.

APULEII *Opera* EVERH. ELMENHORSTIUS *recenſuit.* Francofurti MDCXXI. 8vo.

ARNOBII *adverſus Gentes Libri VII. cum recenſione viri celeberrimi & integris omnium commentariis.* Lugduni Batav. MDCLI. 4to.

ATHENAEI Δειπνοσοφιστῶν *Libri XV.* ISAAC CASAUBONUS *recenſuit.* In Bibliopolio Commeliniano MDCXI. fol.

ATHENAGORAE *Opera cum notis variorum edidit* ADAM. RECHENBERGIUS. Lipſiæ MDCLXXXV. 8vo.

BIBLIANDRI collectio ſcriptorum Mahumeticorum ſub hoc titulo proſtat: *Machumetis Saracenorum principis ejusque ſucceſſorum vitæ, doctrina, ac ipſe Alcoran. His adjunctæ ſunt confutationes multorum &c. Adjuncti ſunt etjam de Turcarum ſive Sarracenorum origine ac rebus geſtis libelli aliquot lectu digniſſimi. Hæc*

*omnia*

*omnia in unum volumen redacta ſunt opera* THEODORI BIBLIANDRI A. MDL. fol.

CHALCIDIUS *Timæus de Platonis translatus. Item ejusdem in eundem Commentarius* IO. MEURSIUS *edidit.* Lugduni Batav. MDCXVII. 4to.

CHRYSOSTOMI *Opera in duodecim Tomos diſtributa.* Pariſiis. MDCIX. *in lucem emiſit* FRONTO DUCAEUS. *Juxta cujus exemplar nova hæc editio prodiit.* Francofurti ad Mœnum MDCXCIIX. fol.

CLEMENTIS ALEXANDRINI *Opera. Editio nova juxta Pariſinam Anni* MDCXLI. Coloniæ. MDCLXXXVIII. fol.

CYRILLI *contra Julianum libri* IULIANI Operibus juncti ſunt.

DIODORI SICULI *Bibliotheca Hiſtor. Libri XV. ſtudio & labore* LAURENTII RHODOMANI. Hanoviæ. MDCIV. fol.

DIONIS CASSII *Hiſtoriæ Romanæ Lib. XLVI.* IO. LEUNCLAVII *ſtudio cum notis variorum.* Hanoviæ. MDCVI. fol.

EUSEBII PAMPHILI *Theſaurus temporum Chronic. Canon. opera ac ſtudio* IOS. IUSTI SCALIGERI, *editio altera, in qua ejusdem* SCALIGERI *Animadverſiones & Iſagogicorum Chronologiæ Canonum Lib. III.* Amſtelodami. MDCLVIII. fol.

Ejusdem *Præparatio Evangelica.* FRANCISCUS VIGERUS *recenſuit & latine vertit.* Pariſiis. MDCXXVIII. fol.

EUTHYMII ZIGABENI *Panopliæ Titulum XXVIII.* qui inſcribitur: *Iſmaelitarum futiliumque ejus ſectæ dogmatum perſpicua confutatio*, inter *Saracenica ſive Moamethica* edidit

FRIDERICUS SYLBURGIUS. *Ex typographeio* H. Commelini MDXCV. 8vo.

HIERONYMI *Opera* MARIANI VICTORII REATINI EPISCOPI AMERINI *labore emendata.* Coloniæ Agripp. MDCXVI. fol.

IOSEPHI *Opera* cum Prolegomenis TH. ITTIGII. Coloniæ. MDCXCI. fol.

IULIANI *Opera* & CYRILLI *contra eundem Libri X.* EZECH. SPANHEMIUS *recenſuit.* Lipſiæ. MDCXCVI. fol.

IUSTINI MARTYRIS *Opera*, *item* ATHENAGORAE, THEOPHILI ANTIOCHENI, TATIANI *Tractatus aliquot.* *Editio nova.* Coloniæ. MDCLXXXVI. fol.

LUCIANI *Opera* IOHANNES BENEDICTUS *emendavit.* Salmurii. MDCXIX 8vo.

MAXIMI TYRII *Diſſertationes XLI. Græce cum interpretatione & notis* DAN. HEINSII. Lugduni Batav. MDCVII. 8vo.

ORIGENIS *contra Celſum Libri VIII. Ejusdem Philocalia.* GUILIELMUS SPENCERUS *recognovit & annotationes adjecit.* Cantabrigiæ. MDCLVIII. 4to.

PHILONIS IUDAEI *Opera partim ab* ADRIANO TURNEBO, *partim a* DAV. HOESCHELIO *edita & illuſtrata.* Francofurti. MDCXCI. fol.

PLATONIS *Opera* MARSILIO FICINO *interprete.* Francofurti. MDCII. fol.

PLUTARCHI *Opera cum latina interpretatione* HERM. CRUSERII, GUILIELMI XYLANDRI & *doctorum virorum notis.* Francofurti. MDXCIX. fol.

PORPHYRII *de non necandis ad epulandum animantibus Libri IV. per* F. DE FOGEROLLES, MDCX. 8vo.

SCA-

SCALIGERI IOSEPHI *Opus de Emendatione temporum. Hac poſtrema editione* &c. Coloniæ Allobrogum. MDCXXIX. fol.

STOBAEI *Sententiæ ex theſauris Græcorum delectæ. Huic editioni acceſſerunt ejusdem Eclogarum Phyſicarum & Ethicarum Libri duo.* Aureliæ Allobrogum. MDCIX. fol.

STRABONIS *rerum Geographicarum Libri XVII.* ISAAC CASAUBONUS *recenſuit. Excudebat* Euſtathius Vignon Atrebat. MDLXXXVII. fol.

TATIANUS inter IUSTINI Opera adſuit.

THEODORETI *Opera in quatuor Tomos diſtributa. Cura ac ſtudio* IAC. SIRMONDI. Lutetiæ Pariſ. MDCXLII. fol.

THEOPHILI ANTIOCHENI *Libri III. ad Autolycum denuo recogniti & caſtigati a* IO. CHRISTOPH. WOLFFIO. Hamburgi MDCCXXIV. 8vo.

# ANACEPHALÆOSIS
corum,
Quæ ſingulis quibusque libellis ab Auctore in hoc Opere de VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANAE tractantur.

LIBER PRIMUS.

I. *Occaſio operis*, Pag. 1
II. *Probatur Deum eſſe*, 4
III. *Deum eſſe unum*, 7
IV. *In Deo eſſe omnem perfectionem*, 8
V. *Et quidem infinitam*, 9
VI. *Deum eſſe æternum, omnipotentem, omniſcientem, & omnino bonum* 9
VII. *Deum eſſe cauſam omnium*, 9
VIII. *Occurritur objectioni de mali cauſa.* 18
IX. *Contra eos diſſeritur qui duo principia ſtatuunt*, 19
X. *Aſſeritur univerſum à Deo regi*, 19
XI. *Etiam ſublunaria*, 20
*Etiam ſingularia*, 20
XII. *Quod demonſtratur ex conſervatione Imperiorum*, 21
XIII. *Et ex miraculis*, 22
XIV. *Præſertim autem apud Judæos, quibus fides adſtruitur ex duratione religionis*, 23
XV. *Item ex Moſis veracitate, & antiquitate*, 26
XVI. *Et ex teſtimoniis extraneorum*, 29
XVII. *Probatur idem, quod ſupra, ex prædictionibus, & argumentis aliis*, 103
XVIII. *Solvitur objectio, quod miracula nunc non conſpiciantur*, 109
XIX. *Et quod tanta ſit ſcelerum licentia*, 109
XX. *Ita ut ſæpe opprimantur boni*, 111
XXI. *Retorquetur hoc ipſum, ad probandum animos ſupereſſe corporibus*, 112
XXII. *Quod confirmatur traditione*, 112
XXIII. *Et quidem tali, cui nulla ratio repugnet*, 117
XXIV. *Multa faveant*, 120
XXV. *Unde conſequitur, finem hominis eſſe felicitatem poſt hanc vitam*, 121
XXVI. *Ad quam comparandam indaganda eſt vera Religio.* 122

LIBER SECUNDUS.

I. *Ut probetur titulum veræ Religionis compe-*

*competere Chriſtianæ Religioni, oſtenditur Jeſum vixiſſe.* 123
II. *Item eumdem morte ignominioſa affectum,* 125
III. *Et tamen poſt mortem adoratum etiam à viris ſapientibus,* 127
IV. *Oſtenditur ejus adorationis cauſam aliam eſſe non potuiſſe, quam miracula ab ipſo edita,* 128
V. *Atque hæc miracula non naturali efficaciæ neque diabolicæ potentiæ adſcribenda, ſed omnino à ſolo Deo profecta eſſe,* 130
VI. *Probat auctor, de ipſius Jeſu reſurrectione conſtare teſtimoniis fide dignis,* 133
VII. *Solvit objectionem ſumtam ab eo, quod reſurrectio videatur impoſſibilis,* 138
VIII. *Docet reſurrectione Jeſu poſita, evinci dogmatis veritatem,* 141
IX. *Oſtenditur Chriſtianam religionem præſtare aliis omnibus,* 142
X. *Idque à præmii propoſiti excellentia* 142
XI. *( Hic ſolvitur obiter objectio inde ſumta, quaſi diſſoluta corpora reſtitui nequeant,)* 148
XII. *A præceptorum eximia ſanctitate circa Dei cultum:* 152
XIII. *Circa officia humanitatis quæ proximo debemus, etiam læſi:* 158
XIV. *Circa maris & feminæ conjunctionem:* 163
XV. *Circa uſum bonorum temporalium:* 169
XVI. *Circa jusjurandum:* 172
XVII. *Circa facta alia,* 173
XVIII. *Occurritur objectioni ſumtæ ex controverſiis, quæ ſunt inter Chriſtianos,* 174
XIX. *Probatur porro præſtantia religionis Chriſtianæ ex præſtantia ipſius magiſtri,* 176
XX. *Ex admirabili propagatione hujus religionis* 182
XXI. *Præcipue ſi conſideretur infirmitas ac ſimplicitas eorum, qui eam primis temporibus docuerunt,* 188
XXII. *Et maxima impedimenta, quæ homines retraherent ab ea amplectenda, aut à profitenda deterrerent,* 190
XXIII. *Obiter reſpondetur his, qui plura aut validiora argumenta requirunt.* 194

LIBER TERTIUS.

I. A*Dſeritur auctoritas librorum Novi Fæde-*

*Fœderis*, 197
II. *Docetur libros qui nomina præſcripta habent, eorum eſſe, quorum nomen præferunt*, 198
III. *De libris olim dubitatis ſublatam eſſe dubitationem*, 200
IV. *Libris ſine nomine conſtare auctoritatem, ex qualitate ſcriptorum*, 200
V. *Probatur hos ſcriptores vera ſcripſiſſe, quia notitiam habebant eorum quæ ſcribebant*, 201
VI. *Et quia mentiri nolebant*, 204
VII. *Adſtruitur quoque inde ſcriptoribus fides, quod miraculis illuſtres fuerint*, 205
VIII. *Et in ſcriptis eorum multa ſint, quæ eventus comprobavit divinitus revelata eſſe*, 208
IX. *Tum etiam ex cura, quam decebat a Deo ſuſcipi, ne falſa ſcripta ſubjicerentur*, 209
X. *Solvitur objectio, quod multi libri à quibusdam rejecti fuerint*, 210
XI. *Refutatur objectio quaſi his libris contineantur impoſſibilia*: 214
XII. *Aut a ratione diſſona*. 214
XIII. *Solvitur objectio illa, quod his libris quædam inter ſe repugnantia contineantur*, 217
XIV. *Solvitur alia ex teſtimoniis extrinſecis: ubi oſtenditur ea magis eſſe pro his libris*, 220
XV. *Denique ſolvitur illa de immutata ſcriptura*, 221
XVI. *Probatur denique auctoritas librorum Veteris Fœderis*. 225

LIBER QUARTUS.

I. *Refutantur ſpecialiter religiones à Chriſtiana diſcrepantes*, 245
II. *Ac primum quidem Paganiſmus; oſtenditurque unum tantum eſſe Deum, Mentes vero creatas bonas eſſe, aut malas. Bonas non colendas, niſi ad præſcriptum ſummi Dei*, 246
III. *Probatur malos ſpiritus à Paganis adoratos, & quam id ſit indignum*, 249
IV. *Diſputatur contra cultum exhibitum hominibus vita functis in Paganiſmo*, 253
V. *Contra cultum aſtrorum, & elementorum*, 254
VI. *Contra cultum brutorum animantium*, 255
VII. *Denique contra cultum earum rerum, quæ ſub-*

*ſubſtantiæ non ſunt,* 258
VIII. *Solvitur objectio Paganorum, ſumta à miraculis apud ipſos;* 259
IX. *Et ab oraculis,* 264
X. *Rejicitur Paganica religio ex eo, quod ſponte defecerit, ſimul ac humana auxilia defuerunt,* 269
XI. *Reſpondetur iis, qui ortus & interitus religionis aſtrorum efficaciæ adſcribunt,* 270
XII. *Denique oſtenditur præcipua Chriſtianæ religionis probari à ſapientibus Paganorum: ac ſi quid eſt in ea difficile creditu, paria apud Paganos reperiri,* 274

LIBER QUINTUS.

I. *Iudaiſmus refutatur,* 285
II. *Oſtenditur Judæos debere miracula Jeſu habere pro ſufficienter probatis,* 286
III. *Solvitur quod objiciunt miracula hæc facta ope dæmonum,* 288
IV. *Aut vi vocum,* 290
V. *Oſtenditur divina fuiſſe Jeſu miracula, quod is docuerit cultum unius Dei, qui mundi opifex eſt,* 290
VI. *Solvitur objectio ſumta ex diſcrepantia, quæ eſt inter legem Moſis & Jeſu: oſtenditurque aliam perfectiorem dari potuiſſe lege Moſis,* 292
VII. *Ab Jeſu in terris obſervatam fuiſſe legem Moſis, & nulla alia præcepta poſtea fuiſſe abolita, niſi ea, quæ intrinſecam bonitatem non habebant,* 295
IIX. *Ea fuiſſe(* ut) Sacrificia, quæ numquam per ſe Deo placuerunt:* 301
IX. *Item ciborum diſcrimen:* 308
X. *Et dierum,* 314
XI. *Ac circumciſionem externam,* 317
XII. *Et tamen in his quoque tolerandis faciles fuiſſe Apoſtolos Jeſu* 320
XIII. *Argumentum ſumitur contra Judæos ex eo, quod*

* *Ea fuiſſe ſacrificia*, in omnibus propemodum antiquis & novis editionibus legitur, ſed *Ut* reponendum eſſe, & inſcriptio paragraphi, quæ infra in ipſo libro occurrit, me docuit, & *Grotius* monuit, qui hunc in modum in exemplari d. A. MDCXXIX. quo familiariter uſus eſt, iſta emendavit.

*quod in confeſſo ſit promiſſum eximium Meſſiam,* 321

XIV. *Oſtenditur eum veniſſe ex præſignificatione temporis,* 321

XV. (*Solvitur id, quod objiciunt, dilatum adventum ob peccata populi,* 327

XVI. *Item ex ſtatu præſenti Judæorum collato cum his, quæ lex promittit,* 329

XVII. *Probatur Jeſum eſſe Meſſiam ex his, quæ de Meſſia prædicta fuere.* 333

XVIII. *Solvitur id, quod dicuntur quædam non impleta,* 337

XIX. *Item quod opponitur de humili ſtatu & morte Jeſu,* 340

XX. *Et quaſi viri probi fuerint, qui eum morti tradiderunt,* 346

XXI. *Reſpondetur ad objectionem, plures Deos à Chriſtianis coli,* 351

XXII. *Item humanam naturam adorari,* 357

XXIII. *Abſolutio hujus partis cum precibus pro Judæis,* 360

LIBER SEXTUS.

I. R*Efutatur Mahumetiſmus, & breviter ejus origo indicatur,* 361

II. *Evertuntur fundamenta ejusdem Mahumetiſmi, quod non liceat ibi in religionem inquirere,* 368

III. *Agitur adverſus Mahumetiſtas ex libris ſacris Hebræorum & Chriſtianorum, probaturque eos non eſſe corruptos.* 370

IV. *Comparatur Mahumetes cum Chriſto:* 373

V. *Item facta utriusque:* 376

VI. *Illi etiam, qui primi utramque religionem receperunt:* 377

VII. *Modi itidem, quibus lex utraque propagata eſt:* 377

VIII. *Denique præcepta inter ſe.* 380

IX. *Solvitur id, quod objiciunt Mahumetiſtæ de Dei filio,* 381

X. *Recenſentur abſurda plurima ex libris Mahumetiſticis.* 383

XI. *Peroratio totius Operis attexitur ad Chriſtianos, qui ex occaſione ante dictorum officii ſui admonentur.* 384

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

*Ad Virum Ampliſſimum,*

HIERONYMUM BIGNONIUM,*
Advocatum Regium
*In ſummo Auditorio Pariſienſi.*

---

## LIBER PRIMUS.

### §. I. *Occaſio Operis.*

QUÆRERE identidem ex me ſoles, Vir & de patria tua, & de literis, &, ſi id adjici pateris, de me quoque optime merite, HIERONYME BIGNONI,* quod argumentum ſit eorum librorum, quos pro religione Chriſtiana, patriæ meæ ſermone ſcripſi. Neque id



---

* *Bignonum* itemque *Bignone* in primis & antiquiſſimis editionibus de A. MDCXXVII. & MDCXXIX. obſervo.

quærere te miror. Non enim ignoras, ut qui omnia legi digna, & quidem tanto cum judicio legeris, quantum excoluerint iſtam materiam philoſophica ſubtilitate Ræmundus Sebundus, dialogorum varietate Ludovicus Vives, maxima autem tum eruditione, tum facundia veſtras Mornæus. Quam ob cauſam videri poteſt magis ex uſu fuiſſe, alicujus illorum in ſermonem popularem verſio, quam inchoatio novi operis. Sed quid alii hac de re judicaturi ſint, neſcio: te quidem, tam benigno ac facili judice, facile ſpero me poſſe abſolvi, ſi dicam, me lectis non illis tantum, ſed & Judæorum pro Judaica vetere & Chriſtianorum pro Chriſtiana religione ſcriptis, uti voluiſſe meo qualicunque judicio, & animo dare negatam, cum id ſcriberem, corpori libertatem. Exiſtimabam enim pro veritate non niſi veritate certandum, & quidem tali, quam ipſe animo approbarem: fruſtra enim daturum me operam, ut perſuaderem aliis, quæ non ante mihi perſuaſiſſem. Itaque ſelegi ex veteribus ac novis, quæ mihi ſe probabant maxime, omiſſis argumentis, quæ parum mihi ponderis habere videbantur, & auctoritate eorum librorum, quos ſubditicios eſſe aut certo ſciebam, aut merito ſuſpicabar. Quibus autem ipſe aſſentiebar, ea & ordine certo diſpoſui & expoſui,

quam

quam potui maxime populariter, & verſibus incluſi, quo rectius memoriæ mandarentur. Propoſitum enim mihi erat, omnibus quidem civibus meis, ſed præcipue navigantibus, operam navare utilem, ut in longo illo marino otio impenderent potius tempus, quam, quod nimium multi faciunt, fallerent. Itaque ſumpto exordio à laude noſtræ gentis, quæ navigandi ſolertia cæteras facile vincat, excitavi eos, ut hac arte, tanquam divino beneficio, non ad ſuum tantum quæſtum, ſed & ad veræ, hoc eſt, Chriſtianæ religionis propagationem, uterentur. Neque enim deeſſe materiam, cum per longinqua itinera paſſim incurrerent, aut in Paganos, ut in Sina & Guinea; aut in Mahumetiſtas, ut ſub imperio Turcæ, Perſæ, & Pœnorum; tum vero Judæos, & ipſos jam Chriſtianiſmi profeſſos hoſtes, diſperſos per maximas partes terrarum orbis: Neque deeſſe impios, qui abditum metu venenum ex occaſione apud ſimplices prodant: adverſum quæ mala optare me, ut recte armati ſint noſtrates, & qui ingenio præſtant, incumbant pro virili revincendis erroribus, cæteri ſaltem id caveant, ne ab aliis vincantur. Ac primo quidem libro, ut oſtendam, non eſſe rem inanem religionem, ab ejus fundamento ordior; quod eſt, Numen eſſe aliquod.

## §. II. *Deum eſſe.*

Id autem probare ſic aggredior. Res aliquas eſſe, quæ eſſe cœperint, ſenſu ipſo & confeſſione omnium conſtat. Eæ autem res ſibi non fuerunt cauſſa ut eſſent: nam quod non eſt, agere non poteſt; nec ipſa res eſſe potuit, antequam eſſet. Sequitur igitur, ut aliunde habuerint ſui originem: quod non tantum de illis rebus, quas ipſi aut conſpicimus, aut conſpeximus, fatendum eſt; ſed & de iis, unde illæ ortum habent, donec tandem ad aliquam cauſam perveniamus, quæ eſſe numquam cœperit, quæque ſit, ut loqui ſolemus, non contingenter, ſed neceſſario. Hoc autem, qualecunque tandem ſit, de quo mox agemus, idipſum eſt, quod Numinis, aut Dei voce ſignificatur. Alterum argumentum, quo probamus, Numen eſſe aliquod, ſumitur à manifeſtiſſimo conſenſu omnium gentium, apud quas ratio & boni mores non plane exſtincta ſunt inducta feritate. Nam cum, quæ ex hominum arbitratu veniunt, nec eadem ſint apud omnes, & ſæpe mutentur; hæc autem notio nuſquam non reperiatur, neque temporum viciſſitudine mutetur, quod ipſi etiam Ariſtoteli * notatum, homini ad talia minime credulo:

* *Lib. XI. Metaphyſ. Cap. VIII.* Ubi memoratis fabulis de Diis, ita loquitur: ὧν εἴ τις χωρίσας αὐτὸ λάβοι μόνον τὸ πρῶτον, ὅτι Θεοὺς ᾤοντο τὰς πρώτας οὐσίας εἶναι, θείως

credulo: omnino cauſam ejus aliquam dari convenit, quæ ſe ad omne genus humanum extendat: quæ alia eſſe non poteſt, quam aut oraculum Dei ipſius, aut traditio, quæ à primis humani generis parentibus manarit; quorum prius ſi admittimus, conſtat de quo quæritur: ſin poſterius, nulla ſane ratio aſſignari poterit idonea, cur primos illos parentes credamus, falſum aliquod in re momenti maximi ad omnes poſteros prodidiſſe. Accedit quod ſive olim cognitas, ſive nuper repertas orbis partes ſpectemus, ubi modo, ut diximus, aliquid eſt humanitatis, exſerit ſe hæc notitia; tum apud gentes ſapientia, aut ingenio valentes, tum apud ſtupidiores alias; quarum nec illas omnes decipi potuiſſe, nec has repeliſſe, quo alii alios deciperent, ullo pacto credibile eſt. Nec eſt, quod opponat hic quiſquam paucos in multis ſæculis, qui Deum eſſe aut non crederent, aut non credere ſe profiterentur. Nam & paucitas ipſa, & quod ſtatim intellectis argumentis



θείως ἂν εἰρῆσθαι νομίσειε, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς πολλάκις εὑρημένης εἰς τὸ δυνατὸν ἑκάστης καὶ τέχνης καὶ φιλοσοφίας καὶ πάλιν φθειρομένης, καὶ ταύτας τὰς δόξας ἐκείνων οἷον λείψανα περισεσῶσθαι μέχρι τοῦ νῦν: *Quorum ſi quis, diſtinctione facta, hoc tantum ſumat, quod primum fuit, quod Deos eſſe putarent primas ſubſtantias, divine dicta exiſtimet, &, ut credibile eſt, ſæpius inventa, quoad licuit, omni arte & philoſophia & iterum deperdita, haſce illorum opiniones, quaſi reliquias, ad hæc tempora ſervatas fuiſſe.*

rejecta univerſim eſt eorum opinio], oſtendit, non provenire hoc ex uſu rectæ rationis, quæ hominibus communis eſt; ſed aut ex ſtudio novitatis, quali tenebatur, qui nivem atram eſſe contendebat; aut ex mente corrupta, ſicut vitiato palato res, non ut ſunt, ita ſapiunt: præſertim cum & hiſtoriæ, & alia ſcripta doceant, quo quisque fuit probior, eo diligentius ab ipſo cuſtoditam de Deo notitiam. Atque adeo à pravo ingenio eorum maxime, quorum intereſt, ne quis ſit Deus, id eſt, humanarum actionum judex, venire hanc à tam recepta antiquitus ſententia diſceſſionem, vel hinc apparet, quod quicquid illi ponunt, ſive generum ſucceſſionem absque ullo primordio, ſive atomorum concurſum, ſive aliud quidvis; id non minores, ſi non majores, habere difficultates, neque eo, quod receptum eſt, magis eſſe credibile, cuivis ad rem mediocriter attendenti ſatis apparet. Quod enim obtendunt nonnulli, quia non videant Deum, eo ſe nec credere; ſi quid vident, ſatis vident, quam hoc ſit homine indignum; qui modo mentem habere ſe credat, quam nec ipſam videt. Nec ſi capere Dei naturam noſtro ingenio non poſſumus, ideo talem eſſe naturam negandum eſt. Eſt enim id inferioris cujusque proprium, ut quæ ſe ſuperiora atque excellentiora ſunt, capere non poſſit. Ne beſtiæ quidem, quid homo

mo ſit, capiunt; multoque minus ſciunt, qua ratione homines reſpublicas inſtituant, ac regant, aſtrorum curſus metiantur, mare navigent. Hæc enim omnia ipſarum captum ſuperant. Atque ex hoc ipſo homo, quippe ſupra beſtias nobilitate naturæ conſtitutus, idque non à ſeſe, inferre debet id, à quo ſuperior beſtiis eſt conſtitutus, non minus ſeſe eſſe ſuperius, quam ipſe ſit beſtiis; ideoque eſſe aliquam naturam, quæ utpote excellentior, ſui captus modum excedat.

§. III. *Deum eſſe unum.*

Evicto Numen eſſe aliquod, reſtat ad Attributa ejus veniamus; quorum primum hoc occurrit, non plures eſſe Deos, ſed unum Deum. Hoc inde colligitur, quod Deus, ut ſupra jam dictum eſt, eſt id, quod eſt neceſſario, ſive per ſe: neceſſario autem, ſive per ſe, quidque eſt, non qua in genere conſideratur, ſed qua actu eſt: actu autem ſunt res ſingulæ. Quod ſi plures Deos ponas, jam in ſingulis nihil invenias, cur neceſſario ſint; nihilque cur magis duo quam tres, aut decem quam quinque credantur. Adde quod multiplicatio rerum ſingularium congenerum eſt ex cauſarum fœcunditate, pro qua plures ipſæ res enaſcuntur, aut pauciores. Dei autem nec origo, nec cauſa ulla eſt. Tum vero in ſingulis diverſis ſunt quædam proprietates ſingulares, quibus inter ſe diſcriminentur:

quas in Deo, qui natura eſt neceſſaria, ponere non eſt neceſſarium. Neque vero usquam ſigna deprehendas Deorum plurium. Nam tota hæc univerſitas unum facit mundum: in eo unum pulcherrimum, ſol; in homine etiam unoquoque unum imperat, mens. Præterea, ſi duo eſſent, aut plures dii, libere agentes & volentes, poſſent contraria velle: impediretur autem alter ab altero, quo minus quod vellet efficeret: impediri autem poſſe Deo indignum eſt.

§. IV. *In Deo eſſe omnem perfectionem.*

Ut cætera Dei attributa noſcamus, omne id, quod perfectionis nomine intelligi ſolet (utamur nunc ſane hoc vocabulo, quando aliud lingua Latina non ſuppeditat, Græcum eſt τελειότης) in Deo eſſe, hinc intelligitur: quod quæcunque eſt perfectio in rebus, ea aut cœperit, aut non cœperit. Quæ non cœpit, Dei eſt. Quæ cœpit, neceſſe eſt habuerit, unde inciperet. Et cum à nihilo nihil fiat eorum quæ ſunt, ſequitur, ut quæ in effectis apparent perfectiones, in cauſa fuerint, ut ſecundum eas cauſa efficere aliquid poſſit, & proinde omnes in prima cauſa. Neque prima cauſa ulla perfectione poſtea orbari potuit: non aliunde, quia quod æternum eſt, ab aliis rebus non pendet, neque quicquam ab illarum actione patitur: neque vero à ſe, quia natura omnis ſuam perfectionem appetit.

§. V.

§. V. *Et quidem infinitam.*

Addendum eſt, eſſe has perfectiones in Deo modo infinito: quia attributum cujusque finitur, aut quia cauſa, per quam exſiſtit, tantum, nec plus ei communicavit; aut quia ipſa tantum, nec amplius, capiebat. Deo autem nulla natura quicquam ſui communicat: nec ipſe aliunde capit quicquam, exſiſtens, ut ante diximus, per ſe ſive neceſſario.

§. VI. *Deum eſſe æternum, omnipotentem, omniſcientem, omnino bonum.*

Cum vero apertiſſimum ſit perfectiora dici ea, quæ vivunt, iis, quæ non vivunt; quæ agendi pollentiam habent, iis, quæ non habent; quæ intelligunt, non intelligentibus; quæ bona ſunt, his, quæ minus ſunt talia; ſequitur ex his, quæ modo diximus, hæc omnia attributa Deo convenire, & quidem infinite. Itaque eſſe eum vitæ infinitæ, id eſt, æternum, pollentiæ immenſæ, id eſt, omnipotentem, ſic & omniſcientem, & omnino ſine ulla exceptione bonum.

§. VII. *Deum eſſe cauſam omnium.*

Quæcunque autem ſubſiſtunt, à Deo exſiſtendi habere originem, connexum eſt his, quæ ante diximus. Concluſimus enim, id quod per ſe, ſive neceſſario eſt, unum eſſe. Unde ſequitur, ut alia omnia ſint orta ab aliquo diverſo à ſeipſis. Quæ autem aliunde orta ſunt, ea omnia in ſe,

aut in cauſis ſuis, orta eſſe ab eo, quod ortum nunquam eſt; id eſt à Deo, jam ante vidimus. Neque ratio tantum, ſed ipſe id quodam modo ſenſus evincit. Nam ſi humani corporis admirabilem conſtructionem intus extraque conſpicimus, & ut omnia ibi, etiam minima, ſuos uſus habeant, nullo ſtudio, nulla induſtria parentum, arte vero tanta, ut philoſophorum ac medicorum præſtantiſſimi numquam eam ſatis poſſint admirari, oſtendit hoc opificem naturæ eſſe mentem excellentiſſimam: qua de re videri poteſt * Galenus, præſertim qua parte oculi & manus uſum examinat. Imo & mutorum animantium corpora id loquuntur. Non enim ex vi materiæ, ſed ad finem certum collocatæ ac figuratæ ſunt eorum partes. Neque animantium tantum, ſed & plantarum & herbarum, ut à Philoſophis accurate notatum eſt. Idem egregie [1] Strabo notavit in aquarum poſitu, quæ,

1 *Strabo notavit*) Locus eſt libro xvii. (*fol.* 557.) ubi cum diſtinxiſſet opera φύσεως, *naturæ*, id eſt, *materiæ*, & προνοίας, id eſt, *divinæ providentiæ*, addit: ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ γῇ περίκειται τὸ ὕδωρ, οὐκ ἔστι δ' ἔνυδρον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ χερσαῖον, καὶ ἐναέριον, καὶ πολλοῖς κοινωνικὸν φωτὸς, ἐποίησεν ἐξοχὰς ἐν τῇ γῇ πολλὰς καὶ εἰσοχὰς, ὥστ' ἐν αἷς μὲν ἀπολαμβάνεσθαι τὸ σύμπαν ἢ καὶ τὸ πλέον ὕδωρ, ἀπόκρυπτον τὴν ὑπ' αὐτῷ γῆν· ἐν αἷς δ' ἐξέχειν τὴν γῆν ἀποκρύπτουσαν ὑφ' ἑαυτῇ τὸ ὕδωρ, πλὴν ὅσον χρήσι-

* *De uſu partium Lib. III. Cap.* 10. qui locus lectu digniſſimus, at prolixior, quam huc transferri queat, obſervante *Clerico* ad hunc locum.

quæ, ſi materiæ qualitatem reſpicias, mediæ eſſe debuerunt inter terram atque aërem, cum nunc terris interfuſæ ſint; nimirum, ut terræ fœcunditati hominumque vitæ nihil obſtaret. Ob finem autem agere non eſt, niſi intelligentis naturæ. Neque vero ſingula tantum ad peculiarem ſuum finem ordinantur, ſed & ad communem univerſi; ut apparet in aqua, quæ contra naturam ſibi propriam ſurſum movetur, ne inani interpoſito hiet univerſi compages, ita facta, ut continua partium cohæſione ſemet ſuſtineat. Finis autem hic univerſalis intendi, & vis ad eum finem inſeri rebus

χρήσιμον τῷ ἀνθρωπείῳ γένει καὶ τοῖς περὶ αὐτὸ ζώοις καὶ φυτοῖς. *Sed cum circum terram ſitus ſit aqua naturalis, homo autem non ſit animal aquaticum, ſed partim terreſtre, partim aëreum, multisque partibus lucis capax, fecit providentia multas in * aqua exſtantias, depreſſionesque, ut hæ quidem reciperent aquam aut plurimam ejus partem, qua occultaretur quod ſub ea eſt terra: per illas vero attolleret ſe terra, ac ſub ſe aquas occultaret, niſi quatenus ea ipſæ ** genere, & quæ humano generi inſerviunt, animalibus plantisq; eſſent uſui.* Obſervarunt hoc inter Hebræos Rabbi Juda Levita, *** & Abeneſdra: (*ad Gen. I. v. 2.*) inter Chriſtianos vero Chryſoſtomus de Statuis nono ſermone. (*ſive Homil. IX. ad populum Antiochen. Tom. I. Opp. fol.* 112. *ſeq.*

* Secundum Græca *terra* vertendum erat.

** *Humano generi, & quæ* &c. ita corrigere hæc verba ipſe me *Grotius* jubet *Epiſtol. Part. altera Epiſtola CCCCLXXXV. ad fratrem* A. 1640. ſcripta *fol.* 892.

*** In libro *Coſri*, cujus à quibusdam autor habetur, *Part. V. Sect. X. p.* 333. edit. & verſion. *Buxtorff.* W.

bus non potuit, niſi ab intellectu, cui ſubeſſet hoc univerſum. Quin & beſtiarum nonnullæ actus exercent ita ordinatos atque directos, ut omnino eos appareat à ratione aliqua proficiſci: quod in formicis, & apibus maxime apparet; ſed & in aliis quibuſdam, quæ ante omne experimentum aut nocitura fugiunt, aut profutura quærunt. Non ipſis ineſſe vim hoc aut inveniendi aut dijudicandi, inde apparet, quod ſemper agunt conſimiliter, & ad alia neutiquam graviora nihil valent: quare ab extrinſeca ratione ipſas aut dirigente, aut efficaciam ſuam ipſis imprimente, neceſſe eſt iſta proficiſci: quæ quidem ratio non aliud eſt, quam quod Deus vocatur. Jam vero cœleſtia quoque ſidera, & quæ in iis maxime eminent, ſol & luna, curſus agunt ita attemperatos ad terrarum fœcunditatem, & animantium valetudinem, ut ne excogitari quidem aptius quicquam poſſit. Nam cum alioqui multo ſimplicior fuiſſet per æquatorem motio, aliam illis attributam videmus per obliquum circulum, quo ad plura terrarum ſpatia beneficia ipſorum pertingerent. Sicuti vero terrarum uſus penes animantia eſt, ita animantium cæterorum penes hominem maxime, qui violentiſſima quæque exſuperantia ingenii ſibi ſubjicit. [2] Unde

2 *Unde Mundum hominis cauſa factum etiam Stoici colligebant.*) Docet Cicero

de Mundum hominis cauſa factum etiam Stoici colligebant. Cum vero eo usque vis hominis non poſſit pertingere, ut & cœleſtia lumina ſibi ſervire cogat, nec illa ultro ſe homini mancipaſſe credenda ſint: ſequitur, ut ſuperior quædam ſit mens, cujus imperio pulcherrima illa corpora homini tanto infra poſito operas perpetuas præſtent: quæ ipſa mens non alia eſt, quam opifex ſiderum, atque univerſi. [3] Motus autem ſiderum, qui eccentrici, quique epicyclici dicuntur, manifeſte oſtendunt non vim materiæ, ſed libere agentis ordinationem. Idem teſtantur aſtrorum alii ex hac, alii ex altera cœli parte poſitus, terrarumque ac marium tam inæqualis forma. Nec alio referri poteſt, quod ſidera in hanc magis, quam in illam partem eunt. Ipſa vero mundi figura perfectiſſima, rotunda ſcilicet, & partes ejus in cœli quaſi ſinu concluſæ, atque ordine admirabili diſpoſitæ, ſatis loquuntur, non caſu hæc confluxiſſe, ſed ab intellectu, & quidem excellentiſſimo, eſſe conſtituta Nam quis adeo ſtultus eſt, ut à caſu aliquid tam accuratum exſpectet, quaſi credat, caſu lapides

cero de Officiis primo, (*Cap.* 7.) & de natura Deorum ſecundo. (*Cap.*61. *fin.* & *init. Cap.*62. *it. Cap.*53.)

3 *Motus autem ſiderum qui eccentrici, quique epicyclici dicuntur.*) Tractat docte hoc argumentum Maimonides Doctore dubitantium parte II. c. 24. Quod ſi terram perpetuo moveri ſtatuas; res ſub aliis nominibus eodem redibit.

des & ligna [4] in domus ſpeciem coalitura, aut ex jactis forte literis exſtiturum poëma: cum & qui figuras geometricas in littore viderat, hominis ſe dixerit videre veſtigia, ſatis perſpiciens à caſu talia proficiſci non potuiſſe? Præterea non ab æterno exſtitiſſe hominum genus, ſed à certo tempore communem ſtirpi ſumpſiſſe originem, evincunt inter alia, [5] artium progreſſus,

4 *In domus ſpeciem.*) Aut navis, aut baliſtæ.

5 *Artium progreſſus & inculta olim terra, quæ habitari poſtea cœperunt.*) Tertullianus ex hiſtoriis hoc tractat, libro de Anima, ſectione XXX. *Invenimus autem apud omnes commentarios, etiam humanarum antiquitatum, paulatim humanum genus exuberaſſe,* &c. Et mox: *Ipſe orbis in promptu eſt cultior in dies & inſtructior priſtino.* Duo hæc argumenta Ariſtotelis ſententiæ, quæ numquam cœpiſſe vult genus humanum, auctoritatem apud hiſtoriarum peritos ademerunt, etiam apud Epicureos. Lucretius v. (v. 325.)

*Præterea ſi nulla fuit genitalis origo*
*Terrarum & cœli, ſemperque æterna fuere,*
*Cur ſupra bellum Trojanum & funera Trojæ,*
*Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ?*
*Quo tot facta virum toties cecidere: nec uſquam*
*Æternis famæ monumentis inſita florent?*
*Verum, ut opinor, habet novitatem ſumma, recensque*
*Natura eſt mundi, neque pridem exordia cepit.*
*Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur,*
*Nunc etiam augeſcunt, nunc addita navigiis ſunt*
*Multa, modo organici melicos peperere ſonores.*

& quæ ibi ſequuntur plura. Virgilius Ecloga VI. (v. 33)

*— at his exordia primis*
*Omnia, & ipſe tener Mundi concreverit orbis.*

Idem Georgicon I. (v. 133. *ſeqq.*) *His*

greſſus, & incultæ olim terræ quæ habitari poſtea

*Ut varias uſus meditando extunderet artes,*
*Paulatim & ſulcis frumenti quæreret herbam,*
*Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.*
*Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas,*
*Navita tum ſtellis numeros & nomina fecit,*
*Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.*
*Tum laqueis captare feras & fallere viſco*
*Inventum, & magnos canibus circumdare ſaltus:*
*Atque alius latum funda jam verberat amnem*
*Alta petens: pelagoque alius trahit humida lina:*
*Tum ferri rigor atque argutæ lamina ſerræ,*
*Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum:*
*Tum variæ venere artes.*

Horatius lib. I. Satyra III. (v. 99. *ſeqq.*)

*Cum prorepſerunt primis animalia terris,*
*Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,*
*Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro*
*Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus:*
*Donec verba, quibus voces ſenſusque notarent,*
*Nominaque invenere: dehinc abſiſtere bello,*
*Oppida cœperunt munire & ponere leges:*
*Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.*

Plinius libro tertio Naturalis hiſtoriæ circa initium: (*ſeu proœmio*) *Quare ſit accipi velim, ut ſicubi vidua fama ſua nomina, qualia fuere primordio ante ullas res geſtas, nuncupentur.* Idem robora Hercynia Mundo congenita dixit lib. XVI. (*Cap. II.*) Et in * pleno cuncto mortalium

* Sunt editiones libri noſtri veteres juxta ac recentiores, quæ *in pleno cuncto*; ſunt, quæ *in plerorumque* legunt: neutrum ad mentem *Plinii*, cujus hæc verba exiſtunt: *In plenum autem cuncto mortalium generi minorem* (*ſtaturæ menſuram*) *indies fieri, propemodum obſervatur.*

poſtea cœperunt, quod & inſularum ſermo

lium genere minorem in dies fieri menſuram obſervatum ait Libro VII. (*Cap. XVI.*) Seneca apud Lactantium: (*Lib. III. Cap. XVI. §. 14.*) *Nondum ſunt mille anni ex quo initia ſapientiæ nota ſunt.* Tacitus Annalium III. (*Cap. XXVI. §. 1. ſeqq.*) *Vetuſtiſſimi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coercitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur: & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore, ambitio & vis incedebat, provenere dominationes, multosque apud populos æternum manſere. Quidam ſtatim, aut poſtquam regum pertæſum, leges maluerunt. Hæc primo rudibus hominum animis ſimplices erant.* Neque vero non aliis tantum, ſed nec plene ſibi ipſi probavit Ariſtoteles illam ſuam, de hominum genere numquam cœpto, * (eſſe) ὑπόθεσιν. Hæſitanter enim compluribus in locis ea de re loquitur, ut notatum Moſi Maimonidæ Ductoris dubitantium parte II. in præloquio. (*pag. 184. add. C.XV.p.223. ſeqq.*) Libri ſecundi de Cœlo, capite primo, ejus quod ipſe hac in re ponit πίστιν perſuaſionem eſſe dicit, non autem dicit ἀπόδειξιν, demonſtrationem. Eſt vero ejusdem Philoſophi dictum libro III. de Anima, cap. III. δόξῃ ἕπεται πίστις. *Opinionem ſequitur perſuaſio.* Præcipuum autem ejus argumentum eſt ex abſurdo contrariæ ſententiæ: Ea autem ponebat non creatum cœlum & univerſum, ſed generatum, quod eſt ἀγένητον. Libro XII. ** Metaphyſicorum cap. VIII. veri-

* Expungendum hoc verbum, licet antiquis inſit editionibus.

** Verius *Lib.* λ. *i. e. XI.* Haud dubie *Grotius* editione Operum *Ariſtotelis*, quæ ex bibliotheca *Iſ. Caſauboni Aureliæ Allobrogum* MDCV. prodiit, uſus eſt. Hæc enim numeros latinos ſæpe confundit, atque ibi *Lib. XII.* ponit, ubi XI. ſcribendum fuiſſet.

mo teſtatur profectus à terris adjacentibus

veriſimile ait eandem artem ſæpius inventam corruptamque, Libro autem III, capite ultimo de Generatione animantium ſic loquitur: Διὸ καὶ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ τετραπόδων γενέσεως ὑπολάβοι τις ἄν, εἴπερ ἐγίγνοντό ποτε γηγενεῖς, ὥσπερ φασί τινες, δύο τρόπων γίνεσθαι τὸν ἕτερον. ἢ γὰρ ὡς σκώληκος συνισταμένου τὸ πρῶτον, ἢ ἐξ ᾠῶν. *Quare & de hominum ac quadrupedum ortu non abſurde quis conjiciat, ſi olim ex terra editi ſunt, id duorum modorum altero eveniſſe, aut ut vermiculi primum exiſterent, aut ut ex ovis ederentur.* Utrumque hunc modum cum explicaſſet, addit: ὅτι μὲν οὖν, εἴπερ ἦν τις ἀρχὴ τῆς γενέσεως πᾶσι τοῖς ζώοις, εὔλογον δυοῖν τούτοιν εἶναι τὴν ἑτέραν φανερόν. *Quare ſi quod initium exſiſtendi animalibus fuit, id altero de duobus iſtis modis contigiſſe manifeſtum eſt.* Idem Ariſtoteles Topicorum I. Cap. IX. (*potius XI.*) Ἔστι δὲ προβλήματα καὶ ὧν ἐναντίοι εἰσὶν οἱ συλλογισμοί (ἀπορίαν γὰρ ἔχει, πότερον οὕτως ἔχει, ἢ οὐχ οὕτως, διὰ τὸ περὶ ἀμφοτέρων εἶναι λόγους πιθανούς) καὶ περὶ ὧν λόγον μὴ ἔχομεν, ὄντων μεγάλων, χαλεπὸν οἰόμενοι εἶναι τὸ διὰ τί ἀποδοῦναι, οἷον πότερον ὁ κόσμος ἀΐδιος, ἢ οὔ. καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα ζητήσειεν ἄν τις. *Quæſtiones ſunt de quibus & in alteram partem eſt ratiocinari: ubi nempe diſputari poteſt res ſic ſe habeat, an aliter, quia in utramque partem argumenta ſunt probabilia. Tum etiam de quibus certi aliquid non habemus, quia cum res ipſæ ſint graves, cauſas cur ſic vel ſic ſe res habere pro certo habeatur, non invenimus: ut an ab æterno ſit Mundus, an non: nam talia ſolent venire in diſputationem.* De eadem re idem diſſerens libro I. de cœlo, cap 10. ἅμα δὲ μᾶλλον ἂν εἴη πιστὰ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι, προακηκοόσι τὰ τῶν ἀμφισβητούντων λόγων δικαιώματα. *Sic & credibiliora erunt quæ dicentur, ſi prius diſputantium momenta recte expenderimus.* Merito igitur Tatianus, ubi cauſas adfert cur ſacris Scripturis credat,

bus. Tum vero inſtituta quædam ita hominibus communia, ut non tam naturæ inſtinctui, aut evidenti rationis collectioni, quam perpetuæ & vix paucis in locis per malitiam aut calamitatem interruptæ traditioni, accepta ferri debeant: qualis olim fuit victimarum in ſacris mactatio, & nunc quoque pudor circa res Veneris, nuptiarum ſolemnia, & inceſtorum fuga.

§. VIII. *Ad objectionem de mali cauſa.*

Neque ab eo, quod diximus, dimovere nos debet, quod mala multa evenire cernimus, quorum videtur origo Deo adſcribi non poſſe; ut qui perfectiſſime, ſicut ante dictum eſt, bonus ſit. Nam cum diximus, Deum omnium eſſe cauſam, addidimus, eorum, quæ vere ſubſiſtunt. Nihil enim prohibet, quominus ipſa, quæ ſubſiſtunt, deinde cauſæ ſint accidentium quorumdam, quales ſunt actiones. Deus hominem & mentes, ſubliniores homine, creavit cum agendi libertate; quæ agendi libertas vitioſa non eſt, ſed poteſt ſua vi aliquid vitioſum producere. Et hujus quidem generis malis, quæ moraliter mala dicuntur, omnino Deum adſcribere aucto-

etiam hanc non tacuit, (*Orat. contra Græcos fol.* 165.) τῆς τῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, comprehenſu facile illud quod tradunt de Univerſi hujus fabricatione. Sume de Platone Mundi originem fuiſſe aliquam: ab Ariſtotele non eſſe genitum: & habebis ipſam Judæorum Chriſtianorumque ſententiam.

auctorem nefas eſt. At ſunt, quæ alio ſenſu dicuntur mala, quia certæ perſonæ doloris aut damni adferunt aliquid, quæ à Deo proficiſci, puta ad emendationem hominis, aut etiam in pœnam delicto reſpondentem, nihil vetat: cum in eo nihil ſit, quod bonitati repugnet: imo ſæpe hæc ab *ipſa* bonitate proficiſcantur, ſicut à bono medico ingratum ſapori pharmacum.

§. IX. *Contra duo principia.*

Rejicienda autem hic obiter eorum ſententia, qui duo principia agentia, alterum bonum, alterum malum poſuerunt. Ex duobus enim pugnantibus inter ſe deſtructio ſequi poteſt, ordinata conſtructio non poteſt. Neque vero ſicut aliquod eſt per ſe bonum, ita aliquod eſſe per ſe & omni modo malum poteſt: cum malum defectus ſit quidam, qui eſſe nequit, niſi in re exſiſtente: ipſum autem exſiſtere jam boni eſt aliquid.

§. X. *Univerſum à Deo regi.*

Dei autem providentia regi hoc univerſum, inde apparet, quod non tantum homines, quippe intellectu præditi, ſed & aves, feræ, quadrupedes, quibus aliquid eſt quaſi vice intellectus, curam habent eorum, quæ à ſe producta ſunt. Quæ perfectio cum pars ſit bonitatis, à Deo removenda non eſt; eoque magis, quod ſit ipſe, & omniſcius, & omnipotens, ita ut non poſſit non cognoſcere ea, quæ agun-

tur, aut agenda ſunt, eaque ipſe temperare, ac dirigere facillime poſſit: quo & illud pertinet, quod ſupra jam diximus de motu rerum contra naturam propriam ob finem univerſalem.

§. XI. *Etiam ſublunaria.*

Multum autem errare eos, qui providentiam hanc cœli orbibus includunt, tum ex ratione jam allata, & ad res omnes conditas vim ſuam exſerente apparet: tum inde etiam, quod aſtrorum curſus, ut Philoſophorum potiſſimi agnoſcunt, & experientia ſatis demonſtrat, ordinati ſint ad uſum hominum. Æquum autem eſt, ut magis curetur id, cujus gratia eſt aliud, quam quod in uſum alterius comparatum eſt.

*Etiam ſingularia.*

Neque minus falluntur, qui univerſalia ab eo curari volunt, non & ſingularia. Nam ſi ignorari à Deo ſingularia volunt, quod quidam profitentur, ne ſe ipſe quidem Deus agnoſcet. Neque vero infinita erit ſcientia, quod jam ante concluſimus, ſi ad ſingula non extenditur. Quod ſi & illa cognoſcit Deus, quidni & curet, præſertim cum & ſingula, qua ſingula ſunt, ordinentur ad finem certum tum peculiarem, tum univerſalem: & ipſa rerum genera, quæ à Deo conſervari illi ipſi auctores agnoſcunt, non ſubſiſtant, niſi in ſingulis, ita ut ſi ſingula perire poſſint, abdi-

abdicata à divina providentia, poſſint & ipſa genera.

## §. XII. *Probatur id ex conſervatione Imperiorum.*

Providentiæ divinæ circa res hominum non leve argumentum & Philoſophi & Hiſtorici agnoſcunt in conſervatione rerumpublicarum: primum univerſim, quod ubicumque ordo ille regendi parendique receptus eſt, manet ſemper: deinde ſæpe etiam ſpecialiter, in longa duratione hujus aut illius formæ imperii per multa ſæcula, ut regii apud Aſſyrios, Ægyptios, Francos; optimatum apud Venetos. Quamquam enim humana ſapientia aliquid in hoc poteſt: tamen, ſi recte conſideretur multitudo malorum hominum, & quæ extrinſecus nocere poſſint, & agnatæ quaſi rebus viciſſitudines, non videtur tam diu imperium aliquod poſſe ſubſiſtere, niſi peculiari quadam Divini Numinis cura, quæ evidentius etiam ſpectatur, [1] ubi Deo viſum eſt mutare imperia. Nam quibus ille, tum ad eam rem, tanquam ſibi deſtinatam, inſtrumentis utitur, puta Cyro, Alexandro,



Cæſa-

1 *Ubi Deo viſum eſt mutare imperia.*) Lucretius ipſe (*de rerum natura, Lib. V.* v. 1234.)

*Uſque adeo res humanas vis abdita quædam*
*Obterit.*

Cæſare dictatore, apud Tartaros Cingi, 2 apud Sinenſes Namcaa: his omnia, etiam quæ ab humana prudentia non pendent, fluunt ſupra votum, magis quam fert ſolita caſibus humanis varietas: quæ tanta eventuum ſimilitudo, & ad certum finem quaſi conſpiratio, indicium eſt providæ directionis. Nam * in alea (in talis) Venerium aliquoties jacere caſus eſſe poteſt: at centies ſi quis eumdem jaciat, nemo erit qui non hoc ab arte aliqua dicat proficiſci.

§. XIII. *Ex miraculis.*

At certiſſimum divinæ providentiæ teſtimonium præbent miracula & prædictiones, quæ in hiſtoriis exſtant. Referuntur quidem multa id genus fabuloſa: ſed

2. *Apud Sinenſes Nam* poſcit Peruani imperii in*caa.*) Suo jure nominari hic choator Mancacaputus. **

* Verba hæc primum ita conceperat *Grotius*: *Nam in alea Canem aliquoties* &c. Sed priusquam ederetur latine libellus, mutari iſta voluit, ita *A.* MDCXXVI. *d.* 17. *Jul.* ad fratrem ſcribens: *Libro primo in argumentis pro providentia bis poſui Canem, ſed quia is jactus infelix eſt, velim poni Venerium, & pro in alea rectius erit in talis.* Vid. *Grotii Epiſtol. Part. Altera Epiſt.* CXXVIII. *ad fratr. fol.* 792. Miror itaque in prima libelli Grotiani editione emendationem illam neglectam, ſed magis miror, in editionibus, quæ ſecutæ ſunt, veterem Grotii ſcripturam quoad partem ſolum correctam fuiſſe.

** Rectius *Mancacapac* hanc vocem ſcripſeris, uti ex *Garſilazzi de la Vega Hiſtoria Incarum Jo. Clericus* monet *Biblioth. Choiſie, Tom. XIIX. pag.* 233.

ſed quæ teſtes ſui temporis idoneos habuerunt, id eſt, tales quorum nec judicium, nec fides laboret, rejicienda non ſunt, quaſi omnino talia fieri non poſſint. Nam cum Deus ſit omniſcius & omnipotens, quid eſt, cur non poſſit aut quod ſcit ſignificare, aut quod vult agere, etiam extra communem naturæ ordinem, quippe à ſe conſtitutum, & ſibi opificii jure ſubjectum? Quod ſi quis dicat, talia quædam etiam à mentibus Deo inferioribus potuiſſe proficiſci, concedi ſane poteſt: ſed hoc ipſum viam ſtruit, ut facilius de Deo idem credatur: tum vero & quod illæ mentes tale faciunt, Deus aut per ipſas facere, aut ſapienter permittere cenſendus eſt; cum in regnis bene conſtitutis nihil fieri ſoleat extra communes leges, niſi ſummi rectoris arbitratu.

§. XIV. *Præſertim autem apud Judæos, quibus fides adſtruitur ex duratione Religionis.*

Miracula autem aliqua revera aliquando eſſe conſpecta, etiamſi de aliarum hiſtoriarum fide dubitari poſſit, vel ſola Judaica religio facile evincat; quæ jampridem omnibus humanis auxiliis deſtituta, imo contemtui ac deriſui expoſita, per omnes ferme mundi plagas, [1] in hunc di-

 em

1. *In hunc diem perdurat.)* Hecatæus de Judæis, qui ante Alexandri tempora fuere. Τοιγαροῦν καὶ κα- καὶ

em perdurat; cum [2] religiones aliæ omnes (exce-

κῶς ἀκούοντες ὑπὸ τῶν ἀστυγειτόνων καὶ τῶν εἰσαφικνουμένων πάντων, καὶ προσπηλακιζόμενοι πολλάκις ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων καὶ Σατραπῶν, οὐ δύνανται μεταπεισθῆναι τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ γεγυμνωμένως περὶ τούτων καὶ αἰκίαις καὶ θανάτοις δεινοτάτοις μάλιστα πάντων ἀπαντῶσι, μὴ ἀρνούμενοι τὰ πάτρια. *Quare quamquam & maledictis impeti ſolent à vicinis advenisque, & injurioſe ſæpe tractati ſunt à Perſicis Regibus ac Satrapis, non poſſunt à ſententia deduci, ſed pro ea palam omnes cruciatus ſæviſſimaſque mortes ſubeunt, nec adduci poſſunt ut patria inſtituta abdicent.* Locum nobis ſervavit Joſephus contra Appionem primo, (*fol.* 1048. *Opp.*) & ex eodem Hecatæo exemplum addit Alexandri temporum, cum ad reparandum Beli templum Judæi milites operam ſuam conſtanter negarunt. Bene autem, libro contra Appionem altero, (*fol.* 1073. & 1080.) oſtendit Joſephus, hinc apparere firmam Judæorum ab antiquo perſuaſionem de Deo legum ſuarum auctore, quod non, ut cæteri populi, mutare quicquam in illis legibus auſi ſunt umquam, ne tunc quidem cum in exſiliis longinquis ſub exterorum Regum imperio omni genere & minarum & blandimentorum tentarentur. Addendum his Taciti (*Hiſtor. V. Cap. V. §.* 4. 5.) illud de proſelytis: *Transgreſſi in morem eorum idem uſurpant; nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos: exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere.* Nempe, præ Dei lege, quod immerito culpat homo irreligioſus. Vide & quæ de Judæorum conſtantia Porphyrius tradidit libro de non edendis animalibus ſecundo, (*circa finem pag.* 235. *ſeq.*) & quarto; (*pag.* 380. *ſeqq.*) ubi & Antiochi mentio, & inter Judæos ſpeciatim conſtantiæ Eſſenorum.

2. *Religiones aliæ omnes.*) Imo & leges etiam illæ laudatiſſimæ Lycurgi, quod & Joſephus (*Lib. II. contra Apionem fol.* 1076.) notavit & Theodoretus. (*Therapeut. Serm. IX. fol.* 611. *Tom. IV. Opp.*)

(excepta Chriſtiana, quæ Judaicæ quaſi perfectio eſt,) aut evanuerint, ſimulatque ſubducta eſt ipſis vis atque auctoritas imperantium, ut Paganicæ omnes; aut eadem imperii vi adhuc perpetuo ſuſtententur, ut Mahumetiſmus. Quod ſi quæratur, quæ ſit cauſa, cur Judaica religio in Hebræorum omnium animos tantas egerit radices, ut evelli nequeat; nulla poterit alia adferri aut fingi, quam quod, qui nunc ſunt à ſuis parentibus, ut illi rurſum à ſuis, atque ita porro, donec ad eos veniatur, qui Moſis ac Joſuæ ætate vixerunt, certa ac conſtanti traditione acceperint ea miracula, quæ tum alias, tum maxime in ipſo Ægypti exitu, atque itinere, & in Cananeæ ingreſſu, contigerant; quorumque ipſi illi progenitores eorum teſtes fuerant. Neque vero credibile eſt, alioqui fieri potuiſſe, ut ingenii ſatis contumacis populus, legem tot ritibus oneroſam in ſe ſuſciperet, aut ut homines ſapientes ex multis, quæ reperire humana ratio poterat, notis religionis, circumciſionem eligerent; quæ & [3] ſuſcipi ſine dolore gravi nequiret, & [4] ab externis omnibus derideretur, nec quicquam

 habe-

3 *Suſcipi ſine dolore gravi nequiret.*) Μετὰ χαλεπῶν ἀλγηδόνων, cum gravibus doloribus factum ait Philo. (*Lib. de Circumciſione fol.* 810. *Opp.*)

4 *Et ab externis omnibus derideretur.*) Idem Philo (*loc. cit.*) πρᾶγμα γελώμενον παρὰ πολλοῖς. Hinc Judæi curti, verpi, recutiti apud Poëtas.

haberet, quo ſe commendare poſſet, extra Deum auctorem.

§. XV. *Moſis veracitate & antiquitate.*

Moſis quoque ſcriptis, quibus illa miracula memoriæ prodita ſunt, fidem maximam conciliat, non tantum, quod Dei oraculo ipſum commendatum ac populo præfectum perpetua inter Hebræos fama ſemper conſtitit: ſed & quod nec ſuæ gloriæ, nec ſuorum commodis eum ſtuduiſſe, ſatis appareat, cum & peccata ſua, quæ diſſimulare poterat, ipſe tradiderit, & regni ſacerdotiique dignitatem aliis aſſignaverit, ſua poſteritate in Levitarum plebem redacta: quæ omnia ſatis oſtendunt, nihil ei cauſæ fuiſſe, cur mentiretur: ſicut nec fucata aut illecebroſa utitur oratione, qualis mendacio fidem impetrare ſolet; ſed ſimplici, & conveniente rei ingenio. Accedit indubitata ſcriptorum Moſis antiquitas, cui nullum aliud ſcriptum poſſit contendere: cujus argumentum & hoc eſt, quod Græci, unde omnis ad alias gentes fluxit eruditio, [1] litteras ſe aliunde acce-

1 *Litteras ſe aliunde accepiſſe ſatentur.*) Herodotus Terpſichore (*ſeu Lib. V. Cap.* 58.) Ἴωνες παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταῤῥυθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο. χρεώμενοι δὲ ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. *Iones cum à Phœnicibus litteras didiciſſent, uſi eis ſunt cum immutatione quadam. Et cum uſu effe-cere*

accepiſſe fatentur, quæ apud ipſos litteræ &

*cere,* * *ut littera illæ, quod cas Phœnices in Græciam attuliſſent, Phœnicia dicerentur.* Timon dixit: **

Φοινικὰ σήματα Κάδμου.
*Cadmi Phœnicia ſigna.*

Callimachus: ***

Κάδμος ἀφ' οὗ γράπτας
Ἑλλὰς ἔχει σελίδας.
*Cadmus, ab hoc ſcriptos*
*Græcia nacta libros.*

Litteras Phœnicicas ſive Punicas dixit & Plutarchus Sympoſiacorum lib. IX. problemate III. ubi & Alpha lingua Phœnicum ait ſignificare bovem, quod veriſſimum. Eupolemus libro de Judææ Regibus ait: * Τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι καὶ γραμματικὰ πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρ' Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν. *Moſem primum fuiſſe ſapientum, atque ab eo datam litteraturam Judæis, quæ ab Judæis ad Phœnices perveneriт.* Nimirum

---

* Ne manca ſit & mutila hæc verſio, adjiciendum hoc loco: *ſicut & æquum erat.*

** Prout auctor eſt *Sextus Empiricus Lib. I. adv. Mathemat. Cap. II. n.* 53. *fol.* 227. edit. *Jo. Alb. Fabricii.*

*** In *Callimachi* carminibus fruſtra hoc teſtimonium quæſiveris, etiam in illis, quæ hinc inde apud veteres ſcriptores diſperſa præſtantiſſima *Spanhemiana* editio in unum volumen collecta exhibet. Ne itaque eundem cum *Grotio* errorem erres, ſcias, *Zenodotum Stoicum* iſtum verſum inter alios compoſuiſſe, ceu idonei & luculenti nobis teſtes exiſtunt: *Diog. Laertius Lib. VII. de Vit. Philoſoph Segm.* 30. & *Suidas in Lexico* voce κάδμος ὁ Μιλήσιος. Conf. *Lud. Kuſterus* ad huncce *Suidæ* locum & *Ægid. Menagius Obſervat. ad Diog. Laertium pag.* 277. In nexu vero cum aliis ita verba apud iſtos fluunt:

\- - - - - Κάδμος,
Κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

* Servarunt nobis hunc locum *Euſebius Lib. IX. Præparat. Evang. Cap.* 26. *Clemens Alexandr. Lib. I. Stromat. fol.* 343. *ſeq. Opp. Cyrillus contra Julianum, Lib. VII. fol.* 231.

& ordinem & nomen & ductum quoque veterem non alium habent, quam Syriacæ ſive Hebraicæ: ſicut & [2] antiquiſſimæ leges

mirum lingua vetus eadem Judæis quæ Phœnicibus aut certe paululum diverſa. Lucianus: (*Pſeudomanti pag.* 869. *Tom. I. Opp.*) ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἷαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων. *Loquebatur is verba quadam ignota: qualia ſint Hebraica aut Phœnicia.* Chœrilus in verſibus de Solymis, quos ad lacum habitaſſe dicit, Aſphaltiten puto,

* Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν
ἀπὸ ςομάτων ἀφιέντες.
*Hi vero ore ſuo Phœnicia*
*verba ſonabant.*

Vide Scenam Punicam Plauti, (*in Comœdia, cujus nomen Pœnulus Actu V. Scen. I.*) ubi quæ poſita ſunt lingua Punica bis habes, ex duplici ſcriptura, deinde interpretationem Latinam, unde corrupta facile corrigas. Sicut autem lingua Phœnicibus eadem & Hebræis, ita & litteræ Hebræorum vetuſtiſſimæ eædem quæ Phœnicum. Vide hac de re viros magnos, Joſephum Scaligerum in Diatriba ad annum Euſebii clↄ Iↄcxvii, (*fol.* 110. *ſeqq. Animadverſ. in Chronolog. Euſebii*) & Gerardum Voſſium Grammatices Libro I. cap. x. Adde, ſi placet, Clementem Alexandrinum Strom. Libro I. (*fol.* 306. *ſeq.*] & Euſebium Præparatione Evangelica, Libro x. cap. v.

2 *Antiquiſſimæ leges Atticæ*) Exemplum habes illuſtre in fure nocturno, qua de re egimus lib. II. de Jure belli, cap. I. §. 12. Alterum in lege illa quam Sopater recitat, τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἀγχιστεύς, quam Terentius (*Phormione Act. I. Scen. II. v.* 75.) ſic exponit,

*Lex eſt, ut orbæ qui ſint*
*genere proximi*
*Iis nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet*

Dona-

* Habes hunc verſum inter alios *Choerili* apud *Flavium Joſephum Lib. I. contra Apionem. fol.* 1047. *Opp.* & *Euſebium Lib. IX. Præparat. Evangel. Cap.* 9.

leges Atticæ/ unde & Romanæ poſtea deſumptæ ſunt, ex legibus Moſis originem ducunt.

## §. XVI. *Teſtimoniis extraneorum.*

Accedunt ad hæc non paucorum alienorum à Judaica religione teſtimonia, quæ oſtendunt, vetuſtiſſimam apud omnes gentes famam ita habuiſſe, ut Moſis ſcripta prædicant. Nam quæ ille de mundi origine ſcripta reliquit, eadem ferme erant & [1] in antiquiſſimis Phœnicum hiſtoriis, quas

Donatus autem ad eum locum ſic: *Orba proximo nubat: orbam proximus ducat: lex Attica eſt.* Sumpta nimirum ex lege Moſis Numerorum ultimo: qua de re alibi plenius agendi erit locus. Multa alia reperiet, à cui cura fuerit quærere. Ut ἰσχοφόρια ex feſto Tabernaculorum: legem ne Pontifex niſi virginem & civem ducat: ut poſt ſorores ad ſucceſſionem vocentur agnati.

1 *In antiquiſſimis Phœnicum hiſtoriis, quas à Sanchuniathone collectas vertit Philo Byblius*) Inde hæc nobis ſervavit Euſebius Lib. I. Præparationis capite x. Φοινίκων θεολογία τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ὑποτίθεται ἀέρα ζοφώδη καὶ πνευματώδη, ἢ πνοὴν ἀέρος ζοφώδους, καὶ χάος θολερὸν, ἐρεβῶδες. ταῦτα δὲ εἶναι ἄπειρα καὶ διὰ πολὺν αἰῶνα μὴ ἔχειν πέρας. ὅτε δὲ, φασιν, ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν καὶ ἐγένετο σύγκρασις, ἡ πλοκὴ ἐκείνη ἐκλήθη πόθος. αὕτη δὲ ἀρχὴ κτίσεως ἁπάντων. αὐτὸ δὲ οὐκ ἐγίνωσκε τὴν αὐτοῦ κτίσιν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ συμπλοκῆς τοῦ πνεύματος ἐγένετο Μώτ. τοῦτό τινες φασιν ἰλύν· οἱ δὲ ὑδατώδους μίξεως σῆψιν, καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως καὶ γένεσις ὅλων. *Phœnicum Theologia principium bujus Univerſi ponit aerem tenebroſum & ſpiritalem, ſive ſpiritum aeris tenebroſi, & chaos turbidum ac caligine*

quas Sanchuniathone collectas vertit Philo

*gine involutum. Hæc porro infinita fuiſſe, multoque tempore ignara termini. At ubi ſpiritus amore principiorum ſuorum tactus eſt, factaque eſt inde mixtio, huic nexui nomen factum Cupidinis. Tale fuit initium procreationis rerum omnium. At ſpiritus generationem ſui nullam agnoſcebat. Ex connexione autem ejus ſpiritus, prodiit Mot. Hoc limum nonnulli, alii aquoſæ mixtionis putredinem eſſe volunt. Et hinc factum eſt ſeminium omnis creaturæ & omnium rerum generatio.* In Moſe habes ſtatim tenebras, habes & ſpiritum. Amoris ſignificatio eſt in voce מרחפת. Plutarchus Sympoſiacôn VIII, probl. 1, Platonem explicans, Deum ait Mundi eſſe Patrem, non emiſſione ſeminis, ſed alia quadam vi genitabili materiæ inſerta; quod iſto ſimi illuſtrat:

*Πλήθουσι γάρ τοι καὶ ἀνέμων διέξοδοι*
*Θήλειαν ὄρνιν.*

*Namque & volucrem fœminam perflans ſolet*
*Implere ventus.*

Μὼτ vero מוט unde Græcum μόθος, eſt תהום ἄβυσσος jam commota. Eſt enim ἄβυσσος nihil aliud quam ingens ἰλὺς Ennio, * ſi recte ſenſum ejus accipio,

*Corpore Tartarino prognata Paluda virago.*

Is limus diſceſſit deinde in tellurem ac mare. Apollonius Argonauticorum IV. (v. 676. *ſeq.*)

*—— ἐξ ἰλύος ἐβλάστησε*
*Χθὼν αὐτή.*

*—— edita limo*
*Terra fuit.*

ubi Scholiaſtes: ** *Ζήνων τὸ παρ' Ἡσιόδῳ χάος ὕδωρ εἶναι*

* *Lib. I. Annal. v. 69. edit. Pauli Merulæ.* Adi quoque *Varronem Lib. VI. de Lingua Lat.* §. 3.

** Scholion iſthoc ad præſens effatum haudquaquam ſpectat, ſiquidem in editione *Apollonii*, quam *Jer. Hoelzlinus A.* 1641. publicavit, ad illos verſus, qui infra *not.* 4. hujus paragr. ex *Apollonio* à *Grotio* proferuntur, collocatum apparet. Nec prætermittendum,

*ναί φασιν, ἐξ οὗ τὰ πάντα γίνεται, οὐ συνιζάνοντος ἰλὺν γίνεσθαι, ἧς πηγνυμένης ἡ γῆ στερεοῦται. Zeno chaos illud apud Heſiodum aquam eſſe dicebat, unde fiunt omnia, ea ſubſidente factum limum, limo concreto terram ſolidatam.* Nota autem Zenonem hunc fuiſſe è Phœnicibus quorum colonia Cittium, unde omnes transmarini כתים Hebræis. Non abit hinc Virgilius Eclog. VI. (v. 35.)

*Tum durare ſolum & discludere Nerea ponto*
*Cœperit, & rerum paulatim ſumere formas.*

Numenius citatus Porphyrio de Nympharum antro * ait, τὸν προφήτην εἰρηκέναι ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος τοῦ Θεοῦ πνεῦμα. *Dixiſſe Prophetam* (Moſem ſcilicet) *Dei ſpiritum ſuperVectatum* (ea voce Tertullianus utitur de Baptiſmo) *aquis*. Quia vero vox מרחפת proprie incubitum columbæ ſuper ovo ſignificat, ideo in iſto limo animantia, id eſt, ſidera, ut in ovo fuiſſe, ſequitur apud Sanchuniathonem; & hinc ſpiritus ille columbæ dictus nomine, cujus columbæ ſimilitudine etiam vocem illam מרחפת רוח explicat Rabbi Salomo. Nigidius apud Scholiaſten Germanici: (*ad tit. Piſces p.* 112. *inter Aſtronomica Veterum ex officina Sanct. Andreana* 1589.) *Ibi oVum inVeniſſe miræ magnitudinis; quod Volventes ejecerunt in terram, atque ita columbam inſediſſe, & poſt aliquot dies excluſiſſe Deam Syriæ, quæ Vocatur Venus.* Lucius Ampelius libro ad Macrinum: (*tit. de duodecim ſignis p.* 8. *prout Floro ex edit. Salmaſii in* 12*mo junctus eſt.*) *Dicitur & in Euphratis fluVio oVum Piſcis columba adſediſſe dies plurimos, & excluſiſſe Deam benignam & miſericordem hominibus ad bonam Vitam.* Ovum mundi ſimulacrum Macrobio Saturnalium lib. VII. cap. XVI. ἀρχὴ γενέσεως, initium genituræ in Orphicis, memorante Plutarcho Sympoſiacon II. cap. III. & Athenagora. (*Legat. pro Chriſtian. p.* 146. & 148. *Opp.*)

dum, quod ibi poſt verba εἶναί φασιν iſta deſint: ἐξ οὗ τὰ πάντα γίνεται.

* *Plag. E.* 3. edit. Aldinæ de A. 1521. cum *Quæſtion. Homericis.*

*Opp.*)Hinc *Ovorum progenies Dii Syrii*, apud Arnobium.* Dii id eſt aſtra. Sequitur enim in Phœnicum Theologia. *Καὶ ἐξέλαμψε Μὼτ ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρες τε καὶ ἄστρα μεγάλα. Luce illuſtratus eſt limus, & Sol, & Luna, & Stella & aſtra magna.* Vides hic ut apud Moſem Lucem Sole priorem. Quod autem mox dicit Moſes ארץ ubi plane ab aquis ſicca exſtitit appellatam יבשה, id Pherecydes Syris uſus magiſtris (ut & alii nos docent, & primo contra Appionem Joſephus **) ſic extulit, *Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο γῆ ἐπειδὴ Ζεὺς αὐτῇ γέρας διδοῖ. Chthonia nomen telluris accepit, poſtquam Deus ei honorem attribuit.* Exſtat locus apud Diogenem Laërtium (*Lib. I. de Vitis Philoſ. Segm.* 119.) & alios. Anaximander *** vero mare dixit *τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, id quod reſtitit de primo illo madore rerum.* Confuſas autem res fuiſſe, qua de re Moſis verba habes apud Chalcidium Timæi explicatione, (*pag.* 372.) antequam diſcernerentur, etiam Linus * didicit docuitque,

> *Ἦν τότε τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.*
>
> *Tempore primævo ſimul omnia mixta fuerunt.*

Ana-

---

* Haud dubie hæcce *Arnobii: Numquid à nobis dicitur, ut ciconias, ut palumbes, ex ovis eſſe progenitos quosdam Deos Lib. IV. adverſus gentes p.* 143. in mente habuit Grotius.

** *Fol.* 1034. *Opp.* quanquam *Φερεκύδην τὸν σύριον* ſolum nominet, de Syris magiſtris nihil memorans, in quo cum ipſo conveniunt *Clemens Alex.* Lib. *I. Stromat. fol.* 299. & *Euſebius Præparat. Evang. Lib. I.* Cap. 41.

*** Referentibus id *Euſebio Præparat. Evang. Lib. XV. Cap.* 59. *& Plutarcho Lib. III. de Placitis Philoſoph. Cap.* 16.

* Teſte *Diog. Laertio de Vitis Philoſoph. Proœm. Segm.* 4.

Anaxagoras: * πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ πεφυρμένα· ὁ νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε, καὶ ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τάξιν ἤγαγε. *Cuncta ſimul erant: at Mens ea diſcrevit ornavitque, & quæ confuſa erant ordinavit.* Atque ob id ipſi Anaxagoræ Mentis inditum nomen, indicante id Timone Phliaſio. **

Καί που Ἀναξαγόρην φασ' ἔμμεναι ἄλκιμον Ἥρω,
Νοῦν, ὅτι δὴ Νόος αὐτῷ ὃς ἐξαπίνης ἐπεγείρας
Πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν.

*Atque ubi Anaxagoram dicunt Heroa morari*
*Egregium, mentem: nam mens illi eſſe putatur,*
*Quæ turbata prius ſubito digeſſit in unum.*

A Phœnicibus hæc omnia, quorum vetuſtiſſima cum Græcis commercia. Linum a Phœnice veniſſe tradunt veteres. Sic & Orpheus ſua à Phœnicibus hauſit, cujus hoc eſt apud Athenagoram, (*Legat. pro Chriſtian. pag.* 144. *Opp.*) ἐκ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη, *ex aqua factus eſt limus.* Deinde ovi ingentis facit mentionem quod in duas partes disſilierit, cœlum & terram. Ex eodem Orpheo citat Timotheus Chronographus: Ἦν χάος νὺξ ὡς ζοφερά, πάντα δὲ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα. *Erat chaos & nox tenebroſa omnia occultans quæ ſub æthere.* *** Ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ σκότους ἦν ἀόρατος· τὸ δὲ



* Cujus verba forſitan ex diverſis Autoribus in hunc ſenſum *Grotius* contraxit. Etenim *Laertius de Vit. Philoſoph. in Proœm. Segm.* 4. & *Lib. II. Segm.* 6. *Euſebius Lib. X. Præp. Evang. Cap.* 14. & *Lib. XIV. Cap.* 14. *Theodoretus Therapeut. Serm. II. fol.* 489. *Tom. IV. Opp. Sextus Empiricus Lib. IX. adv. Mathemat. num.* 6. *fol.* 549. Edit. Fabricii. *Stobæus Eclog. Phyſic. Cap. XIII. fol.* 26. *Plutarchus de Placitis Philoſoph. Lib. I. Cap.* 3. & 7. ad unum omnes, iſthanc doctrinam *Anaxagoræ* fuiſſe, tradunt, neuter tamen eorum iis verbis, quibus *Grotius* illam exponit.

** Apud *Diog. Laertium de Vitis Philoſoph. Lib. II. Segm.* 6.

*** Paulo poſt, alia licet verborum conſtructione, hæc ſequuntur.

lo Biblius; [2] partim & apud Indos [3] & Ægyptios;

φῶς ῥῆξαι τὸν αἰθέρα ἐφώτισε πᾶσαν τὴν κτίσιν. *Terra præ tenebris erat inconſpicua: ſed lux æthera perrumpens illuminavit omnem creaturam.* Vide locum apud Scaligerum initio lib. I. Græcorum Chronicorum Euſebii. (*fol.* 4.) In ſequentibus Sanchuniathonis mox dicitur βάαυ. Id omnino eſt בהו Moſis. Ventus autem qui ibi dicitur κολπία eſt קל-פי-יה vox oris Dei.

2 *Partim & apud Indos*) Eorum ſententiam ſic Megaſthenes exprimit apud Strabonem Libro XV. (*fol.* 490.) Περὶ πολλῶν καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν. ὅτι γὰρ γενητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς λέγειν κἀκείνους, καὶ ὅτι σφαιροειδής· ὅτι διοικῶν αὐτὸν καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ. ἀρχὰς δὲ τῶν συμπάντων ἑτέρας, τῆς δὲ κοσμοποιΐας τὸ ὕδωρ. *De multis eos cum Græcis ſentire, ut quod Mundus & ortus ſit & interiturus; quod eum opifex ejus & gubernator Deus univerſum pervadat: univerſarum rerum diverſa eſſe primordia, Mundi autem facti aquam.* Ipſius vero Megaſthenis hæc verba è tertio Indicorum nobis Clemens depromſit, Strom. I. (*fol.* 305. *Opp.*) Ἅπαντα μέν τοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι· τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων. *Omnia quæ antiquitus de rerum natura dicta ſunt, etiam apud eos tradita fuere qui extra Græciam ſunt philoſophati, quales apud Indos Brachmanes, in Syria vero hi qui dicuntur Judæi.*

3 *Et Ægyptios*) De quibus Laërtius in procœmio: (*Segm.* 10.) Ἀρχὴν εἶναι τὴν ὕλην, εἶτα τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι, καὶ ζῶά τινα ἀποτελεσθῆναι. *Principium eſſe molem confuſam: ex hac diſcreta elementa quatuor, & animalia perfecta.* Poſtea vero (*Segm.* 11.) τὸν κόσμον γενητὸν καὶ φθαρτόν. *Mundum ut ortum ita interiturum.* Diodorus Siculus (*Bibliotheca Hiſtor. Lib.* I. *fol.* 7.)

795



fol. 7.) eorum ſententiam ſic explicat: *Cum primum res univerſæ exiſtere cœpere, unius vultus fuiſſe cœlum ac terram, permixta eorum natura. Poſteaquam diſceſſiſſent à ſe iſta corpora, Mundo contigiſſe eum quem nunc videmus ordinem, aërem autem perpetui motus factum compotem. Hujus quod maxime erat igneum ad ſublimia loca evectum, quippe cum ſurſum tendat ob levitatem talis natura: eademque de cauſa ſolem & cæteram ſiderum multitudinem manſiſſe in perenni vertigine: quod vero cœnoſum ac turbidum, cum humida concretione uno ſubſediſſe in loco, vi gravitatis. Sed hoc quoque cum volutaretur in ſe verſareturque continuo, ex humidis mare, ex ſolidioribus edidiſſe terram, ſed lutoſam mollemque valde. Hanc vero, ut primum qui Soli adeſt ignis collucere cœpit, coaluiſſe: tum vero cum fermentaretur ſumma facies, intumuiſſe pluribus in locis humentia, inque iis putredines exſtitiſſe tenuibus pelliculis circumdatas. Quod etiam nunc in ſtagnis locisque uliginoſis fieri conſpicitur, ubi poſt refrigeratum ſolum ſubito incaleſcit aër, non autem paulatim immutatur. Cumque ad eum modum ex calore fœtu impleta eſſent quæ madebant, iis fœtibus adveniſſe alimentum noctibus ex circumfuſa nebula, diebus vero eos ab æſtu ſolidatos. Poſtremo cum ad ſui plenitudinem veniſſent ii fœtus, peruſtaque atque ita rupta eſſent membranarum involucra, enatas apparuiſſe omnimodas animantium formas. Horum alia plurimum ſortita caloris ad loca ſupera abiiſſe, facta volucria. At quæ terreſtri craſſitie eſſent prædita, ea in reptilium & aliorum humi viventium poſita claſſe. At quæ de humente natura traherent plurimum, ea quoque ad locum perlata cognatum ſibi, dicique natantia. At tellurem, cum & ab æſtu Solis & à ventis magis magiſque induruiſſet, ad poſtremum non ſuffeciſſe gignendis majoribus animantium, ſed ea ex mutuo coitu cœpiſſe gigni. Videtur ab his quæ dicta ſunt nec Euripides diſſentire, qui Anaxagoræ phyſici diſcipulus fuit. Nam is in Melanippe ſic loquitur:*

*Figura ut una fuerit & cœli & ſoli:*
*Secreta quæ mox ut receperunt ſtatum,*
*Cuncta ediderunt hæc in oras luminis,*
*Feras, volucres, arbores, ponti gregem,*
*Homines quoque ipſos.*

*De prima igitur rerum origine talia ſunt quæ accepimus. Quod ſi cui mira videatur illa vis terræ in producendis initio animantibus, adſerunt ei rei ab iis, quæ adhuc fiunt argumenta. Nam in Thebaide Ægypti, quo tempore maxime exundat Nilus, atque inde humectata tellure ſubito Solis calor ſupervenit, atque ex eo multis in locis in facie terræ putredo facta eſt, gigni murium vim incredibilem. Cum ergo ex terra jam indurata & aëre non jam illam primam ſervante temperiem modumque, tamen aliqua naſcantur animalia, inde manifeſtum ajunt, rerum initio ex terra omnia edita eſſe genera animantium.* Hic ſi addas Deum opificem, qui Mens dicitur Anaxagoræ, videbis multa cum Moſe & Phœnicum traditione congruentia, permixtum cœlum & terram, motum aëris, limum ſive abyſſum, lucem, deinde ſidera, diſceſſionem cœli, maris, terræ: deinde volucres, reptilia, piſces, aliaque poſtremo animantia, etiam hominem. Ex Ægyptiis hæc habet Macrobius Saturnalium VII. cap. 16. *Si concedamus, ut ab adverſa parte dictum eſt, hæc quæ ſunt ex tempore aliquod ſumpſiſſe principium, natura primum ſingula animalia perfecta formavit. Deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur procreatione ſucceſſio; perfecta autem in exordio fieri potuiſſe, teſtimonio ſunt nunc quoque non pauca animantia, quæ de terra & imbre perfecta naſcuntur, ut in Ægypto mures, & aliis in locis ranæ ſerpentesque, & ſimilia.* Merito autem veteribus Græcorum Phyſicis Anaxagoram præfert Ariſtoteles Metaphyſicorum I. cap. III. tanquam ſobrium ebriis, quod illi ſolam materiam ſpectaſſent, hic vero addidiſſet eam cauſam quæ ex propoſito agit; quam Ariſtoteles Naturam vocat, Anaxagoras felicius Mentem, Deum Moſes: ut & Plato, de quo vide Laertium

(*Lib,*

gyptios; [4] unde apud Linum, [5] Heſiodum, & Græcorum plures Chaos, ab aliis ovi nomine ſignificatum, & animantium, ac poſtremo hominis, & quidem ad divinam effigiem exſtructio; & in animantia



(*Lib III. de Vit. Philoſ. Segm.* 69.) ubi de Principiis ex ſententia Platonis agit, & Apuleium de dogmatibus Platonis (*Lib. I. pag.* 3. *ſeq. Opp.*) Thales hoc primus docuerat ante Anaxagoram. Velleius apud Ciceronem primo de Natura Deorum: (*Cap.* 10.) *Thales enim Mileſius, qui primus de talibus rebus quæſivit, aquam eſſe dixit initium rerum: Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.* Ubi aquam intellige ἰλὺν, quæ terra Xenophani & aliis: neutrum male, ſi rectus intellectus adhibeatur.

4 *Unde apud Linum*) Verſu ſupra citato. (*not.* 1. *pag.* 32.)

5 *Heſiodum*) In Theogonia (v. 116. *ſeqq.*)

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ᾽ εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τ᾽ ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης.
Ἠδ᾽ ἔρος ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν, πάντων τ᾽ ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐκ χάεος δ᾽ Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ᾽ αὖτ᾽ Αἰθήρ τε καὶ ἡμέρα ἐξεγένοντο,
Οὓς τέκε κυσσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.

*Principio natum chaos, hinc prodibit in auras*
*Larga ſinu tellus, divum certiſſima ſedes,*
*Summa tenent qui templa nives tangentis Olympi,*
*Tartaraque obſcuro terræ concluſa receſſu.*
*Inde etiam Divos inter pulcherrimus omnes*
*Curarum depulſor Amor, hominumque Deûmque*
*Sollertes animos & fortia pectora mulcens.*
*Hinc Erebum ſimul & Noctem*

cætera dominium homini datum : quæ paſſim

*Noctem Chaos edidit atram,*
*Æthera ſupremum genuit Nox atra, diemque,*
*Quos commiſta Erebo grato concepit Amore.*

Confer hæc cum Phœniciis quæ modo habuimus : videbis inde adumbrata. Vicinus ſcilicet Thebarum Bœotiæ, quas Cadmus Phœnix condidit, fuit Heſiodus. Ἔρεβος eſt ערב Moſis, quem ſequitur nox & dies in hymnis, qui Orphei nomen præferunt. *

Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην.

*Vim primum immenſam chaëos, quæ rebus origo.*

In Argonauticis ejusdem nominis : ( v. 419. *ſeqq* )

Πρῶτα μὲν ἀρχαίου χάεος μελίφατον ὕμνον,
Ὥς ἐπάμειψε φύσεις· ὥς τ' οὐρανὸς εἰς πέρας ἦλθε,
Γῆς τ' εὐρυστέρνου γένεσιν πυθμένα θαλάσσης,
Πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν Ἔρωτα.
Ὅσσα τ' ἔφυκεν ἅπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

*Antiqui chaëos mellitum ante omnia carmen,*
*Naturam ut mutarit, & ut ſit conditus æther,*
*Terraque latipatens, fundaminaque æquoris alti,*
*Conſiliique potem, quo nil prius exſtat, Amorem,*
*Diſcernens aliis aliud qui cuncta creavit.*

Unde hæc ſua ſumſit Apollonius, in ejusdem argumenti libro : ( *Libr. I.* v. 496.) **

Ἤειδεν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

*Namque canebat, uti tellus, cœlumque, ſalumque*
*Miſta aliis alia & communem nacta figuram,*
*Cœpe-*

* Quid ſibi velit *Grotius* iſta de hymnis Orphicis obſervatione, cum ignariſſimis ſcio, cum verſus, quem mox ſubjungit, inter *Argonautica Orphei* deprehendatur, & quidem v. 12.

** Conf. huc, quæ ſupra annotavimus *pag.* 30. *not.* **

*Cœperunt cæca tandem diſcedere pugna.*

Epicharmus Comicorum vetuſtiſſimus antiquam traditionem referens: *

Ἀλλὰ λέγεται μὲν χάος
πρῶτον γενέσθαι θεῶν.

*Sed Deos primum exſtitiſſe fertur ante omnes chaos.*

Ariſtophanes in Avibus conſervatus ** a Luciano in Philopatride (*Tom. II. Opp. p.* 999.) & Suida: (*voce* χάος.)

Χάος ἦν καὶ νὺξ Ἔρεβός τε μέλας πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ᾽ οὐδ᾽ ἀὴρ, οὐδ᾽ οὐρανὸς ἦν. Ἐρέβους δ᾽ ἐν ἀπείρασι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠόν.
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώδεσι δίναις.
Οὗτος δὲ χάει πτερόεντ᾽ μιχθεὶς νυχίῳ, κατὰ Τάρταρον εὐρυν,
Ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν εἰς φῶς.
Πρότερον δ᾽ οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.
Ξυμμιγνυμένων δ᾽ ἑτέρων ἑτέροις γένετ᾽ οὐρανὸς ὠκεανός τε
Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον.

*Chaos & nox primum erat atque Erebus nigricans & Tartarus ingens:*
*Nec humus, nec cœlum erat aut aer, tunc ceu vi flaminis ovum*
*Gremium ſuper infinitum Erebi peperit Nox decolor alis:*
*Ex quo bonus inde emerſit Amor circumvolventibus horis,*
*Radians tergo aureolis pennis,*



* Exhibente ejus verſum *Diog. Laertio in vita Platonis Lib. III. Vitar. Philoſoph. Segm.* 10.

** Imo inter ipſius *Ariſtophanis* Opera ſuperſunt, quæ heic recitat *Grotius*, dicta *Comœdia*, quæ Ὄρνιθες ſeu *Aves* inſcribitur v. 694. *ſeqq.*

paſſim apud plurimos ſcriptores, [6] ac poſtremo apud Ovidium, qui ex Græcis iſta transſcripſit, invenias. Verbo Dei facta omnia,

*pennis, par magni turbinis auræ:*
*Qui deinde volans miſtuſque chao, ſtabat qua Tartarus, atro,*
*Noſtrum genus edit & in dias producit luminis oras.*
*Neque enim Divûm genus ante fuit quam junxit cuncta Cupido:*
*Simulatque hæc ſunt aliis commiſta alia, æther prodit & æquor,*
*Et terra, beatorumque Deûm genus immortale.*

Cuivis vel leviter inſpicienti apparet ſumpta hæc è traditione Phœnicum, quibuscum vetus Atticæ incolis, Ionum antiquisſimis, commercium. De Erebo jam diximus. Tartarus eſt תהום, ἄβυσσος. Amor ex voce מרחפת, ut ſupra indicatum eſt: quo & illud Parmenidis * pertinet:

Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.
*Omnibus ex divis primum perfecit Amorem.*

Et Simmiæ Rhodii carmen alarum figuram præferens.

6 *Ac poſtremo apud Ovidium, qui ex Græcis iſta transſcripſit.*) Locus eſt in promptu, primo Metamorphoſeon (*ſtatim ab initio v. 5. ſeqq.*) Dignus tamen qui & hic legatur, quod præcipua eorum quæ in Moſe, verbis ad Moſem proxime accedentibus, enunciet, multumque iis quæ jam diximus, afferat lucis, & ab iis vicisſim accipiat.

*Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,*
*Unus erat toto naturæ vultus in orbe,*
*Quem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles,*

*Nec*

* Quod nobis recenſent *Plato in Dial.* qui *Convivium* dicitur, *fol.* 1178. *Opp.* itemque *Sextus Empiricus Lib. IX. adv. Mathemat. num.* 9. *fol.* 550. edit. Fabricii.

*Nec quicquam niſi pondus iners, congeſtaque eodem*
*Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.*
*Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan,*
*Nec nova creſcendo reparabat cornua Phœbe.*
*Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus*
*Ponderibus librata ſuis: nec brachia longo*
*Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*
*Quaque erat & tellus, illic & pontus & aer.*
*Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda,*
*Lucis egens aër: nulli ſua forma manebat;*
*Obſtabatque aliis aliud: quia corpore in uno*
*Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,*
*Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.*
*Hanc Deus & melior litem natura diremit.*
*Nam cœlo terras & terris abſcidit undas:*
*Et liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre cœlum.*
*Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,*
*Diſſociata locis concordi pace ligavit,*
*Ignea convexi vis & ſine pondere cœli*
*Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.*
*Proximus eſt aër illi levitate locoque,*
*Denſior his tellus, elementaque grandia traxit,*
*Et preſſa eſt gravitate ſui: circumfluus humor,*
*Ultima poſſedit, ſolidumque coërcuit orbem.*
*Sic ubi diſpoſitam, quisquis fuit ille Deorum,*
*Congeriem ſecuit, ſectamque in membra redegit,*
*Principio terram, ne non æqualis ab omni*
*Parte foret, magni ſpeciem glomeravit in orbis.*
*Tum freta diffudit, rapidisque tumeſcere ventis*
*Juſſit, & ambitæ circumdare littora terræ.*
*Addidit & fontes, & ſtagna immenſa, lacusque,*
*Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,*
*Quæ diverſa locis partim ſorbentur ab ipſa,*
*In mare perveniunt partim, campoque recepta*
*Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.*
*Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles,*

*Fronde tegi ſilvas, lapidoſos ſurgere montes.*
*Utque duæ dextra cælum, totidemque ſiniſtra*
*Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:*
*Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem*
*Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur;*
*Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu;*
*Nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit,*
*Temperiemque dedit, miſta cum frigore flamma,*
*Imminet his aër, qui quanto eſt pondere terræ,*
*Pondere aqua levior, tanto eſt onerosior igne.*
*Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes*
*Juſſit, & humanas motura tonitrua mentes,*
*Et cum fulminibus facientes frigora ventos.*
*His quoque non paſſim mundi fabricator habendum*
*Aëra permiſit. Vix nunc obſiſtitur illis,*
*Cum ſua quisque regat diverſo flamina tractu,*
*Quin lanient mundum: tanta eſt diſcordia fratrum.*
*Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſſit,*
*Perſidaque, & radiis juga ſubdita matutinis.*
*Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt,*
*Proxima ſunt Zephyro: Scythiam ſeptemque triones*
*Horrifer invaſit Boreas: contraria tellus*
*Nubibus aſſiduis, pluvioque madeſcit ab Auſtro.*
*Hæc ſuper impoſuit liquidum & gravitate carentem*
*Æthera, nec quidquam terrenæ fecis habentem.*
*Vix ita limitibus diſcreverat omnia certis,*
*Cum, quæ preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa,*
*Sidera cœperunt toto effervescere cælo.*
*Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba,*
*Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque Deorum:*
*Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ:*
*Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.*
*Sanctius his animal mentisque capacius unum*
*Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet. Natus*

*Natus homo eſt: ſive hunc divino ſemine fecit*
*Ille opifex rerum, mundi melioris origo,*
*Sive recens tellus ſeductaque nuper ab alto*
*Æthere, cognati retinebat ſemina cœli:*
*Quam ſatus Japeto, mixtam fluvialibus undis,*
*Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.*
*Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cœlumque videre*
*Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*

Vides hic hominis in cuncta hæc inferiora dominatum: vides factum eum ad Dei aut cœlitum imaginem. Euryſus Pythagoreus libro de fortuna: * Τὸ σκῆνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιον, οἷα γεγονὸς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας. ὑπὸ τεχνίτα δὲ εἰργασμένον λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ. *Hominem corpore ſimilem reliquis, quippe ex eadem conſtantem materia: ſed ab optimo effectum artifice, qui in eo faciendo ſemetipſum habuit exemplar.* Ubi σκῆνος eſt corpus ut Sapientiæ IX. 15. II. Cor. V. 1. & 4. Adde quod Horatius animam vocat, (*Lib. II. Satyra II. v. 79.*)

— *Divinæ particulam auræ.*

Virgilius, (*Æneid. VI. v. 742.*) *Ætherium ſenſum.* Juvenalis vero Satyra XV. (*v. 143. ſeqq.*)

— *atque adeo venerabile ſoli*
*Sortiti ingenium, divinorumque capaces,*
*Atque exercendis capiendisque artibus apti,*
*Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce,*
*Cujus egent prona & terram ſpectantia mundi.*
*Principio indulſit communis conditor illis*
*Tantum animas, nobis animum quoque.*

Adde egregia ad hanc rem Platonis Alcibiade (*I. fol. 449. Opp.*) & Phædone (*fol. 60. ſeq.*) Cicero de Natura Deorum II. ** *Nam cum cæteras*

---

* Ex quo reliquias has depromſit *Clemens Alexandr. Lib. V. Strom. fol. 559. ſeq. Opp.*

** Fefellit *Grotium* memoria, alias *Lib. I. Ciceronis de Legibus Cap. 9.* nominaſſet, quo iſta leguntur.

omnia, [7] etiam Epicharmo [8] & Platonicis proditur, & ante eos Scriptori antiquiſſimo

*cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlique quaſi cognationis & domicilii priſtini conſpectum excitavit.* Saluſtius initio belli Catilinarii: (*Cap. I.*) *Omnes homines qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* Plinius Libro II. cap. 26. *Hipparchus numquam ſatis laudatus, ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine ſiderum, animasque noſtras partem eſſe cæli.*

7 *Etiam Epicharmo.*) *

Ὁ δεῖγ' τ' ἀνθρώπῳ λόγος πέφυκ' ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου.

*Et Dei à ratione ratio naſcitur mortalium.*

8. *Et Platonicis*) Amelius Platonicus: Καὶ οὗτος ἄρα ἦν ὁ λόγος καθ' ὃν ἀεὶ ὄντα τὰ γινόμενα, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε, καὶ νὴ δί' ἂν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ, ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ** ἀταξίᾳ καθεστηκότα πρὸς Θεὸν

* Ex ejus περὶ τοῦ λόγου ἐν τῇ πολιτείᾳ libro *Euſebius Præparat. Evang. Lib. XIII. Cap.* 13. *fol.* 682. & *Clemens Alexandr. Lib. V Stromat. fol.* 605. *Opp.* hunc verſum ad nos transmiſerunt.

** *Euſebii* editio, qua nos utimur, variat in Amelianis verbis exprimendis, ſpeciatim loco ἀταξίᾳ legit ἀξίᾳ ex MSto, ac proinde verba: ἐν τῇ τῆς ἄρχης τάξει τε καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα, ita vertit: *apud Deum in principii gradu ac dignitate conſtitutum.* Quæ ideo notamus, quia doctrinæ Chriſtianæ de Chriſti divinitate, quæ illum in principii gradu, ſeu eodem à principio gradu & dignitate cum Deo & apud Deum eſſe, affirmat, quam proxime accedunt, atque à *Cyrillo* loco à *Grotio hac nota* citato & *Theodoreto Therapeut. Serm. II. fol.* 500. *Tom. IV. Opp.* qui eandem vocem ἀξίᾳ habent, egregie confirmantur.

ſimo, non illorum hymnorum, quos nos ſub

Θεὸν εἶναι, * δι' οὗ πάνθ' ἁπλῶς γεγενῆσθαι, ἐν ᾧ τὸ γενόμενον ζῶον καὶ ὂν πεφυκέναι. *Hæc itaque illa Ratio per quam ſemper ſunt quæ ſunt facta, quomodo & Heraclitus cenſuit: eadem profecto quam barbarus ille indicat, in primo rerum conditu, imo & in incondito ſtatu Deo adſtitiſſe, per quem omnia omnino facta, in quo id quod ſit animal eſſe ſuum haberet.* Barbarus quem dicit, eſt Joannes Evangeliſta, cujus temporibus ſerior aliquanto Amelius. Verba ejus ſervavit nobis Euſebius Præparationis lib. XI. cap. 19. & Cyrillus lib. VIII. contra Julianum. (*fol.* 283.) Meminit ejusdem Ameliani loci & Auguſtinus libro X. c. 29. de Civitate Dei, & Confeſſionum ** libro VIII. Tertullianus adverſus Gentes: (*ſeu Apologetico Cap. XXI.*) *Apud veſtros quoque ſapientes* λόγον, id eſt, *ſermonem atque rationem conſtat artificem videri univerſitatis. Hanc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta diſpoſitione formaverit.* Locus Zenonis erat libro περὶ οὐσίας, ubi τὸ ποιοῦν, cauſam effectricem, vocabat λόγον, quem ſecuti Cleanthes, Chryſippus, Archedemus, Poſidonius, docente Laërtio in Zenone. (*Lib. VII. de Vit. Philoſ. Segm.* 134.) Seneca *rationem facientem* vocat Epiſtola LXV. Chalcidius ad Timæum: (*pag.* 135.) *Et ratio Dei Deus eſt humanis rebus conſulens, quæ cauſa eſt hominibus bene beateque vivendi, ſi non conceſſum ſibi munus*

---

* Καὶ Θεὸν εἶναι: *imo & Deum ſimul eſſe.* Editionem noſtram & *Theodoretum* dicto loco ſecuti, hæc addenda putamus.

** Fruſtra ad hunc librum provocat *Grotius.* Nulla enim ibi *Ameliani loci* mentio, niſi trahere huc velis, quod *Cap. 2. Auguſtinus* narrat: *gratulatum ſibi fuiſſe Victorinum, quod inciderit in libros Platonicorum, in quibus omnibus modis inſinuetur Deus & ejus verbum.*

ſub eo nomine habemus; ſed 9 eorum carminum, quæ vetuſtas Orphica appellavit, non quod Orphei eſſent, ſed quod ab eo tradita continerent. Solem non eſſe lucem primigeniam, ſed lucis receptaculum, δόχημα καὶ ὄχημα τοῦ πυρὸς, ut veterum

*munus à ſummo Deo negligant.* Idem de Moſe alio loco. * (*p.* 373.) *Aperte indicans, præeunte divina ſapientia, cœlum terramque factam, eandemque ſapientiam divinam eſſe univerſitatis primordium.*

9 *Eorum carminum quæ vetuſtas Orphica appellavit.*) Verſus ſunt hi:

> Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς τὴν φθέγξατο πρώτην,
> Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.
>
> *Illa mihi teſtis vox ſit quæ prima parenti*
> *Edita, cum totum fundavit juſſibus orbem.*

Exſtant in admonitione ad Græcos inter opera Juſtini. (*fol.* 16.) ** Et hi:

> Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας γ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.
> Πᾶσιν ὁμοῦ· σὺ γ' ἄκουε φαεσφόρου ἔκγονε μήνης.
> Μουσαῖ' ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
> Ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
> Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε
> Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ δ' ἐπίβαινε
> Ἀτραπιτοῦ· μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα,
> Εἷς ἐστ' αὐτοτελής· ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.
> Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐτὸν
> Εἰσοράᾳ θνητῶν· αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.

*Quis*

* Non de *Moſe*, ſed de *Salomone* iſta profert *Chalcidius*, ex cujus *Proverbiis* proxime ante hæc attulerat: *Creavit me Deus progreſſionis ſuæ ſemitam, cui nitens efficeret* &c.

** Nec non in *Cyrilli* Opere *adverſus Julianum Lib. I. fol.* 33. ubi etiam *fol.* 26. quæ heic ſequuntur, *Orphica* recitantur.

terum Chriſtianorum quidam loquitur,[10] agno-

*Queis fas eſt audire canam, procul ite profani,*
*Ite foras; tibi ſed Lunæ Muſæ nepoti,*
*Vera tibi pandam, ne quæ priùs inſita menti*
*Hæreſcunt dulcis ſpolient te munere vitæ,*
*Divinam ſpectans rationem pectus ad illam*
*Dirige, & ima animi ſemper præcordia; recta*
*Nec deflecte via: fictorem conſpice mundi:*
*Unus is æternus: ſuntque omnia facta per unum.*
*Ipſe agitat totam præſenti numine molem,*
*Mortalis quem nemo videt, videt unicus omnes.*

Extant in admonitione ad Græcos, item in libro de Monarchia in operibus Juſtini Martyris, (*fol.* 15. & 104.) in Clementis Alexandrini libro Strom. v. * in Euſebio lib. XIII. ** Præparationis Evangelicæ ex Ariſtobulo.

10 *Agnovit & Empedocles.*) De quo Laërtius, (*Lib. VIII. de Vit. Philoſ. Segm.* 77.) τὸν ἥλιον φησὶ πυρὸς ἄθροισμα μέγα. *Solem dicebat magnum eſſe acervum ignis.* Is qui Placita ſcripſit Philoſophorum quæ ſunt in operibus Plutarchi lib. II. cap. 6. Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν αἰθέρα πρῶτον διακριθῆναι, δεύτερον δὲ τὸ πῦρ, ἐφ' ᾧ τὴν γῆν ἐξ ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς, ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ· ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα καὶ γενέσθαι τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος, τὸν δὲ ἥλιον ἐκ πυρός. *Empedocles primum omnium ſecretum ajebat æthera, deinde ignem, poſt terram, qua conſtricta impetu ipſo agitationis, ebullìiſſe inde aquam: ex hac exhalaſſe aerem: cælum*

* Hoc loco *fol.* 585. & 607. *Opp.* unus ſaltem & alter memoratorum verſuum deprehenditur; in *Protrept.* vero ſeu *Admonitione ad gentes fol.* 48. omnes ac ſinguli exhibentur.

** *Cap.* 12. qui tamen duos adhuc verſus, unum poſt primum; alterum poſt ſeptimum mutato præcedentium nexu inſerit.

agnovit & Empedocles: [11] ſupra aſtrorum loca divinum eſſe domicilium Aratus [12] & Catullus: in eo lucem perpetuam Homerus. Antiquiſſimum rerum eſſe Deum, quippe non genitum; pulcherrimum mundum, quippe Dei opus; tenebras luce priores [13] ex veteri diſciplina docuit Thales: quorum poſtremum

mum

*lum autem ex æthere natum: ſolem ex igne.* Et cap. 20, Empedocles δύο ἡλίυς, τὸν μὲν ἀρχέτυπον, τὸν δὲ φαινόμενον. *Duos ſoles, alterum originalem, alterum eum qui appareat.* Philolaus vero, ut ibidem legimus, dixit Solem ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς, *vitrea natura, qui ignis ejus qui in mundo eſt, repercuſſum in ſe ſplendorem recipiat, lumen autem ad nos deſtillet.* Anaxagoras, Democritus, Metrodorus, ſolem maſſam quandam ignitam dicebant: ut ibidem dicitur. Et has ſententias eſſe antiquiſſimas oſtendit Democritus narrante Laërtio. (*Lib. IX. de Vit. Philoſ. Segm.* 34.)

11 *Supra aſtrorum loca divinum eſſe domicilium.* Aratus: (*Phænomenon* v. 359.)

Οἷον γὰρ κἀκεῖνο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται
Λείψανον Ἠριδανοῖο πολυκλαύτου ποταμοῖο.

*Quantus & ille vides ſubter veſtigia divum*
*Se ferat Eridani gurges, lacrimabilis amnis.*

12 *Et Catullus.*) Coma Berenices apud Callimachi interpretem Catullum ſic loquens inducitur: (*Carmine LXVII.* v. 69.)

*Sed quanquam me nocte premunt veſtigia divum.*

13 *Ex veteri diſciplina docuit Thales.*) Teſtis Diogenes Laërtius. (*Lib. I. de Vit. Philoſ. Segm.* 35. 36.) Fuit autem Thales Phœnix origine, teſtibus Herodoto* & Leandro.

* Quinam *Herodotus*, an *Halicarnaſſeus* ille *Lib. I. Hiſtor.*

Cap.

mum 14 etiam apud Orphicos 15 & Heſiodum eſt, atque inde 16 antiqui moris retinentiſſimæ gentes tempora per noctes nume-

14 *Etiam apud Orphicos.*) Hymno noctis, (*verſu ſtatim* I.)

Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

*Noctem concelebro genetricem hominumque Deumque.*

15 *Et Heſiodum.*) Cujus hac de re verſus ſupra poſuimus. (*not.* 5. *pag.* 37.)

16 *Antiqui moris retinentiſſimæ gentes.*) Οἱ Νομάδες τῶν Λιβύων οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νυξὶν, αὐτῶν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον. *Numidæ in Libya non ex diebus, ſed ex noctibus tempora ſua computant*, ait Nicolaus Damaſcenus. * De Germanis Tacitus: (*de Morib. Germ. Cap. XI.* §. 3.) *Nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant; ſic conſtituunt: ſic condicunt: nox ducere diem videtur.* Vide Speculum Saxonicum Lib. I. art. 3. (*verius* 2.) 67. & alibi, & doctiſſimum Lindebrogium ad Vocem Noctis, in Vocabulario ad leges Germanicas. Servant hunc morem etiam nunc vicinæ gentes Bohemi & Poloni: olim & Galli. Cæſar Libro VI. belli Gallici: (*Cap.* 18.) *Spatia omnis temporis non numero die-*

 *rum*

*Cap.* 170. an alius, apud *Hyginum Aſtronomico p.* 183. inter *Aſtronomica veter. ex offic. Sanct Andreana An.* MDLXXXIX. intelligendus ſit ex mente *Grotii*, non ſatis exploratum, cum uterque *Thaletem* origine Phœnicem fuiſſe, perhibeat. Conf. *Ger. Jo. Voſſium de Hiſtoricis Græc. Lib. III. pag.* 375. Mihi, cum de *Leandro*, qui etiam in teſtimonium heic vocatur, nihil hodie ſuperſit, præſens locus ex *Clemente Alex.* tranſcriptus videtur. Ita enim ille *Lib. I. Stromat. fol.* 300. *Opp.* Ἀλλὰ καὶ Θαλῆς, ὡς Λέανδρος καὶ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, Φοῖνιξ ἦν. *Quin etiam Thales, ut referunt Leander & Herodotus, erat Phœnix.*

* Apud *Stobæum Sentent. Serm. XLII. fol.* 293.

numerabant.] [17] A ſuprema mente ordinata omnia, Anaxagoras; [18] ſidera à Deo facta,

*rum, ſed noctium finiunt.* De Druidibus Plinius libro XVI. Hiſtoriæ Naturalis, capite ultimo. (*i. e.* 44. *prope finem.*) *Luna, quæ principia menſium annorumque his facit.* De Hebræis nota res. Athenienſes addit Gellius Libro III. cap. 2. Phœnicum hac quoque in re diſcipulos.

17 *A ſuprema mente ordinata omnia Anaxagoras.*) Verba ejus poſuimus ſupra, * quæ habes apud Laërtium, Scriptorem de Placitis Philoſophorum, & alios. Etiam Timonis de ejus ſententia verſus ſupra habes. (*not.* 1. *p.* 33.)

18 *Sidera à Deo facta, Aratus.*) Phænomenon initio: (*ſtatim* v. 1. *ſeq.*)

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα· τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες· πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. ὁ δ᾽ ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ᾽ ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Μιμνήσκων βιότοιο· λέγει δ᾽ ὅτε βῶλος ἀρίστη
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι· λέγει δ᾽ ὅτε δεξιαὶ ὧραι
Καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.
Αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ᾽ ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ᾽ εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ᾽ ἔμπεδα πάντα φύωνται.
Τῷ μιν ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκονται.
Χαῖρε πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ᾽ ἀνθρώποισιν ὄνειαρ.

Quæ nos olim ſic vertimus;

*Ab Jove Muſarum primordia: ſemper in ore*
*Plurimus ille hominum eſt, qui compita numine magno,*
*Conciliumque virûm complet, pelagusque profundum,*
*Et pelagi portus: fruimur*

* *Not.* 1. *pag.* 33. Lege vero, quæ ibi obſervavimus.

facta, Aratus; 19 Spiritu Dei infuſam rebus

D 2

*mur Jove & utimur omnes.*

*Nos genus illius: nobis ille omine læto*

*Dextera præſignat, populumque laboribus urget,*

*Conſulat ut vitæ: quando ſit terra ligoni*

*Aptior aut bubus monet, & quo tempore par ſit*

*Aut ſerere, aut ſeptas lymphis adſpergere plantas.*

*Ipſe etiam in magno defixit ſidera mundo*

*Ordine quæque ſuo, atque in totum providus annum*

*Aſtra dedit, quæ nos moneant, qua qualibet hora*

*Apta regi, certa naſcantur ut omnia lege.*

*Idem ergo primus placatur & ultimus idem.*

*Magne pater, magnum mortalibus incrementum.*

Jovem hic intelligendum Deum verum Mundi opificem & res docet & Paulus Apoſtolus in Actis XVII. 28. Ovidius ſua Phænomena his verſibus terminavit, ut ex Lactantio (*Inſtitut. div. Lib. II. Cap. V. §. 24.*) diſcimus:

*Tot numero, talique Deus ſimulacra figura*

*Impoſuit cœlo, perque atras ſparſa tenebras*

*Clara pruinoſæ juſſit dare lumina nocti.*

Chalcidius ad Timæum: (*pag. 223.*) *Cui quidem rei Hebræorum quoque ſententiæ concinit, qui perhibent exornatorem mundi Deum, mandaſſe provinciam, Soli quidem, ut diem regeret, Lunæ vero ut noctem tueretur: cæteras quoque ſtellas diſpoſuiſſe, tanquam temporum limites annorumque ſigna, indicia quoque futurorum proventuum.*

19 *Spiritu Dei infuſam rebus vitam poſt Græcos Virgilius.*) In ſexto Æneidos, (*v. 719.*) quem Servius (*ad v. 1. ej. Æneid.*) ait ex plurimis veterum ſcriptis fabricatum:

*Principio cœlum & terras campoſque liquentes,*

*Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra*

*Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus*

*Mens agitat molem, &*

*magna*

bus vitam, poſt Græcos Virgilius; 20 hominem ex luto formatum Heſiodus, 21 Home-

*magno ſe corpore miſcet.*
*Inde hominum pecudumque genus, vitaque volantium,*
*Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.*
*Igneus eſt illis vigor & cæleſtis origo*
*Seminibus.*

Explicandis his illa ſerviant ejusdem Georgicon IV. (v. 218. *ſeqq.*)

*His quidam ſignis atque hæc exempla ſecuti*
*Eſſe apibus partem divinæ mentis & hauſtus*
*Æthérios dixere: Deum namque ire per omnes*
*Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum.*
*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,*
*Quemque ſibi tenues naſcentem arceſcere vitas.*

20 *Hominem ex luto formatum Heſiodus.*) Operibus ac diebus: (v. 60.)

Ἥφαιστον δ᾽ ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ᾽ ἀνθρώπου θέμεν αὐδήν.

*Mulciberumque moras jubet omnes ſolvere & undas*
*Commiſcere ſolo, atque humanam imponere vocem.*

21 *Homerus.*) Iliados H. (v. 99.)

Ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

*At vos in tellurem omnes abeatis & undam.*

Redeunt enim omnia eo unde venerunt. Euripides Hypſipyle, ut nos docet Stobæus titulo: (*i. e. Sententiar. Serm. CVI. fol.* 568.) Eventus rerum fortiter ferendos;

— κατὰ δ᾽ ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ᾽ ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

Quæ Cicero ita vertit Tuſculanarum tertio (*Cap.* 25.)

*Quæ generi humano angorem nequicquam adferunt,*
*Reddenda eſt terræ terra: tum vita omnibus*
*Metenda*

Homerus, 22 Callimachus; denique unum eſſe ſummum Deum, rerum omnium cauſam, conſenſu gentium traditum aſſeverat 23 Maximus Tyrius. Et intra ſeptem dies

*Metenda, ut fruges; ſic jubet neceſſitas.*

Idem Euripides Supplicibus: (v. 531. ſeqq.)

Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς.
Ὅθεν δ' ἕκαστοι εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκλήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον·
Κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.

*Jam ſinite terra mortuos gremio tegi:*
*Res unde quaque ſumpſerat primordium,*
*Eo recipitur. Spiritus cœlo redit,*
*Corpusque terræ: jure nec enim mancupi,*
*Sed brevis ad ævi tempus utendum datur,*
*Mox Terra repetit ipſa quod nutriverat.*

Quæ vide quam pulchre conveniant cum Moſe, Geneſ. III. 19. & Salomone Eccl. XII. 7.

22 *Callimachus.*) Cui in Scazonte homo πηλὸς ὁ Προμήθειος, *lutum Prometheum.* * Hujus luti mentio & apud Juvenalem & apud Martialem. Adde Cenſorini locum: (*Lib. IV. de Die natali.*) *Democrito vero Abderitæ ex aqua limoque primum viſum eſt homines procreatos. Nec longe ſecus Epicurus.*

23 *Maximus Tyrius.*) Diſſertatione I. (*pag.* 3.) ἐν τοσούτῳ δὴ πολέμῳ καὶ στάσει καὶ διαφωνίᾳ, ἵνα ἴδοις ἂν ἐν πάσῃ



* Extat apud *Clementem Alex. Lib. V. Stromat. fol.* 597. *Opp.* ex quo repetit *Euſebius Præparat. Evang. Lib. XIII. Cap.* 13. minime vero apud *Scholiaſten Ariſtophanis* ad Σφῆκες, ut in ſua *Fragmentorum Callimachi* collectione *Anna Fabri* nobis perſvadere voluit *pag.* 258. edit. *Ezech. Spanhemii.*

dies peracti operis memoria ſervata non apud Græcos tantum & Italos, honore diei ſeptimi, quod 24 ex Joſepho,

πάσῃ γῇ ὁμόφωνον νόμον καὶ λόγον, ὅτι θεὸς εἷς πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ, καὶ θεοὶ πολλοὶ, θεοῦ παῖδες, συνάρχοντες θεῷ. ταῦτα ὁ Ἕλλην λέγει, καὶ ὁ βάρβαρος λέγει, καὶ ὁ ἠπειρώτης καὶ ὁ θαλάττιος, καὶ ὁ σοφὸς καὶ ὁ ἄσοφος. *In tanta pugna ac diſcordia & diſcrepantia, unam videas per terras omnes legem ſamamque conſentientem, Deum eſſe unum verum univerſarum & regem & patrem, multos præterea Deos, Dei filios, adminiſtrationis participes. Hæc & Græcus dicit, & dicit barbarus, dicit qui in continentibus terris, dicit qui in oris maritimis habitat, & ſapiens & ſapientia deſtitutus.* Adde his loca quæ attulimus libro II. de Jure Belli ac Pacis, cap. XX. §. 45. & illud Antiſthenis relatum à Cicerone primo de Natura Deorum: (*Cap.* 13.) *Populares Deos multos, naturalem unum eſſe.* Addit Lactantius lib. I. cap. V. ex eodem Antiſthene, *Summæ totius artificem.* Sophocles: *

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστιν
θεὸς
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ
γαῖαν μακρὰν
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα
κἀνέμων βίας.

*Unus profecto eſt, unus eſt
tantum Deus,
Cæli ſolique machinam
qui condidit,
Vadumque ponti cærulum
& vim ſpiritus.*

Adde Varronis locum, qui apud Auguſtinum de Civitate Dei libro IV. cap. 31.

24 *Ex Joſepho.*) Adverſus Appionem II. circa finem (*fol.* 1081. *Opp.*) nullam eſſe ait urbem Græcam, nullam barbaram, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος, ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν,

---

* Vindicantibus ejus verſus ab oblivione *Cyrillo Lib. I. contra Julian. fol.* 32. *Juſtino Cohortat. ad Græcos fol.* 17. *ſeq. Opp.* itemque *Clemente Alexandr. Lib. V. Stromat. fol.* 603. *Opp.*

pho, 25 Philone, 26 Tibullo, 27 Clemente Alexandrino, & 28 Luciano diſcimus, (nam de Hebræis notiſſimum eſt,) ſed & 29 apud Celtas & Indos, quibus omnibus per hebdomadas digeſta tempora: quod nos docent 30 Philoſtratus,



φοίτηκεν, quam non pervaſerimus ſeptimæ diei qua Judæi feriantur.

25 *Philone*) De die ſeptima: * Ἑορτὴ γὰρ οὐ μιᾶς πόλεως, ἢ χώρας ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ παντός. *Eſt enim feſtus dies non uni urbi, aut regioni, ſed univerſo.*

26 *Tibullo.*) **

*Cultaque Judæo ſeptima ſacra viro.*

Loquitur autem de iis feriis, quas & Romanæ mulieres obſervabant.

27 *Clemente Alexandrino.*) Qui Strom. v. (*fol.* 600. *Opp.*) ex Heſiodo adfert ἑβδόμον ἱερὸν ἦμαρ, *lux ſeptima ſancta*, & ſimilia ex Homero & Callimacho. Adde quæ ex Ariſtobulo adfert Euſebius libro XIII. cap. 12. Theophilus Antiochenus libro II. ad Autolycum. (§. 17. *p.* 134.) Περὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἣν πάντες ἄνθρωποι ὀνομάζουσι. *De ſeptima die quam omnes homines celebrant.* Suetonius Tiberio XXXII. *Diogenes grammaticus diſputare ſabbatis Rhodi ſolitus.*

28 *Luciano.*) Qui pueros luſiſſe diebus ſeptimis nos docet in Paralogiſta. (*vel Pſeudologiſta Tom. II. Opp. pag.* 595.)

29 *Apud Celtas.*) Oſtendunt antiquiſſima etiam apud Celticas gentes, id eſt, Germanos, Gallos, Britannos dierum nomina. Idem de Slavis docet nos Helmoldus lib. I. c. 84. ***

30 *Philoſtratus.*) Libro III. cap.

* Memoria fretus *Grotius* in libro *Philonis de Septenario & feſtis diebus* ſe legiſſe heic allata opinatus eſt. Verum inveniuntur Libro *de mundi opificio fol.* 20. *Opp.*

** Non *Tibulli* ſed *Ovidii* hicce verſus eſt. Vide ipſum *Lib. I. de arte amandi*, v. 76.

*** Vereor, ut *Helmoldus* jure hoc loco in teſtimonium vocari

tus, 31 Dion Caſſius, Juſtinus Martyr, 32 &

cap. 13. (*rectius* 41.) ubi de Indis.

31 *Dion Caſſius.*) Lib. XXXIII. (*Verius XXXVII. fol.* 37.) Τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλοῦμεν. *Diem quam Saturni dicimus.* Addit ibidem morem per ſeptenos dies tempora computandi ab Ægyptiis ad omne humanum genus manaſſe. Non autem recentem eſſe hunc morem, ſed vetuſtiſſimum docet nos Herodotus Libro II. * Adde de Romanis Iſidorum lib. V. cap. 30. & 32.

32 *Et vetuſtiſſima dierum nomi-*

vocari poſſit. Etenim C. 84. quod aliis 83. nihil lego, quod præſentem rem confirmare poſſit, niſi hoc: *Proxima die dominica convenit univerſus populus terræ ad forum Lubicenſe.* Aſt ſatis luculenter patet, *Helmoldum* in narratione iſta diem ex ſua ipſius mente definiviſſe. Quo modo enim nomen Chriſtianum, quale erat *dies dominica*, ad numerandos dies ſuos gentiles adhibuiſſent?

* Tantum abeſt, ut *Herodotus* dicto libro, vetuſtiſſimum eſſe morem per ſeptenos dies tempora computandi, teſtetur, ut dubitare poſſis: num vel ullum hujus rei veſtigium in ipſo exiſtat. Quanquam enim *Petr. Dan. Huetius* idem ſe in *Herodoto* vidiſſe profiteatur, *Demonſtr. Evang. Prop. IV. Cap. XI.* §. 1. *pag. m.* 265. imo *Jo. Marshamus in Canone Chron. Sec. IX. p.* 197. diſerta ex *Herodoti Lib. II. Cap.* 82. verba nobis ſiſtat: καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισί ἐστι ἐξευρημένα· μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί. *Alia etiam ab Ægyptiis inventa ſunt: quis menſis & quis dies cujusque ſit Deorum;* eaque ita interpretetur: Ἡμέραι τῶν Θεῶν, *Dies Deorum ſunt dies Septimanæ, à VII. Planetis denominati:* illud tamen mentem facit dubiam: Si Deorum dies ita explicandæ ſunt, quid de menſibus Deorum erit cenſendum? Arcte enim apud *Herodotum menſis*

&

& vetuſtiſſima dierum nomina.| Primam hominis vitam 33 cum ſimplicitate fuiſſe, 34 & nudo corpore, docebant & D 5 Ægyptii;

nomina.) Vide oraculum & Orphei verſus in Prolegomenis Scaligeri ad Emendationem Temporum. *

33 *Cum ſimplicitate fuiſſe.*) Vide quæ in hanc rem produximus lib. II. cap. I. (*potius II.*) §. II. de Jure belli, & in Notis ad eum locum.

34 *Et nudo corpore docebant & Ægyptii.*] Quorum ſententiam ſic refert Diodorus Siculus libro I. (*fol.* 8.) Τὺς ὖν πρώτυς τῶν ἀνθρώπων, μηδενὸς τῶν πρὸς βίον χρησίμων εὑρημένυ ἐπιπόνως διάγειν, γυμνὺς μὲν ἐσθῆτος ὄντας, οἰκήσεως δὲ ϗ πυρὸς ἀήθεις, τροφῆς δ' ἡμέρυ παντελῶς ἀνεννοήτους. *Primos homines, cum nihil eorum quæ ſunt ad vitam utilia repertum adhuc eſſet, vixiſſe durius: quippe nulla veſte amictos, domicilii & ignis inſuetos, manſuetioris victus rudes.* Plato in Politico: (*fol.* 537. *Opp.*) Θεὸς ἔνεμεν αὐτοὺς, αὐτὸς ἐπιστατῶν, καθάπερ νῦν ἄνθρωποι, ζῶον ὂν ἕτερον θειότερον, ἄλλα γένη φαυλότερα αὐτῶν νομεύουσι. *Deus eos paſcebat, cuſtosque eorum ipſe erat, ſicut nunc homines, divinius animal, paſcunt animantium ſequiora.* Deinde: (*eod. fol.*) Γυμνοὶ δὲ ϗ ἄστρωτοι θυραυλῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο. *Nudi autem & ſine ſtragulis ſub dio plerumque paſcebant.* Dicæ-

---

*& dies qualibet Deorum* cohærent. Qua igitur ratione unum exponis, eadem & alterum exponere teneris. Cum vero menſes à VII. Planetis menſes Deorum dici nequeant, multa ſpecie hinc colligo, neque dies apud Ægyptios dies Deorum propterea appellatos eſſe, quod nomen a VII. planetis duxerint. Sed judicent alii, qui acutioris ſunt naris.

* *Fol.* 46. *ſeq.* Docent autem iſtud oraculum ex *Porphyrio* deſumtum æque ac *Orphei* verſus, vetuſtiſſimam dierum appellationem a planetis apud Græcos quoque derivatam eſſe.

Ægyptii; unde aurea Poëtarum ætas, 35 etiam Indis celebrata, ut apud Strabonem eſt. 36 Adami, Evæ, arboris, ſerpentis hiſtoriam apud Indos idololatras, ſuo tempore

Dicæarchus Peripateticus citatus tum Porphyrio libro IV. (*pag.* 343.) de non eſu animalium, tum, quoad ſenſum, Varroni de Re Ruſtica: (*Lib. I. Cap.* 2.) Τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν γεγονότας, βελτίστους τε ὄντας, φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐζηκότας βίον, ὡς χρυσοῦν γένος νομίζεσθαι. *Primos illos Diisque proximos mortales, optimæ fuiſſe indolis, vitamque vixiſſe optimam, unde & auream hanc dici ætatem.*

35 *Etiam Indis celebrata, ut apud Strabonem eſt.*) Libro XV. (*fol.* 492.) Calanum Indum loquentem inducit: Τὸ παλαιὸν πάντ' ἦν ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων πλήρη, καθάπερ καὶ νῦν κόνεως· καὶ κρῆναι δ' ἔρρεον αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι, καὶ ὁμοίως αἱ μὲν μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου. ὑπὸ πλησμονῆς δ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν ἐξέπεσον. Ζεὺς δὲ μισήσας τὴν κατάστασιν, ἠφάνισε πάντα, καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε. *Olim omnia ita plena erant farina ex tritico & hordeo, ut nunc pulvere. Fontes ſluebant aqua nonnulli, lacte alii, rurſum alii vino ac melle. Sed homines præ copia rerum ac deliciis ad contumeliam ſe tranſtulere: quem ſtatum exoſus Deus omnia ea abolevit, aliudque vitæ genus per laborem agendæ inſtituit.*

36. *Adami, Evæ, arboris, ſerpentis hiſtoriam.*) In iis quæ Philo Biblius ex Sanchuniathone vertit, (*apud Euſebium Præparat. Evang. Lib. I. Cap.* 10. *fol.* 34.) πρωτόγονος eſt אדם, αἰὼν eſt חוה, mortalium primi, repertores fructus arborum. Et in antiquiſſimis Græcorum myſteriis acclamatum Εὔα, ſimulque monſtratus ſerpens. Meminere Heſychius, Clemens in Protreptico, (*fol.* 9. *Opp.*) Plutarchus Alexandro. * Chalcidius ad Timæum:

* Neque in *Alexandro*, neque in *Orationibus, quas de Alexan-*

pore exſtitiſſe 37 notavit Maimonides; eandemque apud Peguenſes, & Calaminſamenſes paganos ejusdem Indiæ populos repertam, apud Brachmanas Adami quoque nomen, apud Siamenſes ab orbe condito 38 ad ſex annorum millia putari, 39 noſtri

Timæum: (*p.* 245. *ſeq.*) *Juxtaque Moyſen Deus vitæ primigeniis interdixit, ne edulibus arborum, ex quibus notitia boni malique animis eorum obreperet, veſcerentur.* Idem alio loco: (*nempe pag.* 400.) *Quibus Hebræi concinunt, cum dicunt homini quidem à Deo datam eſſe animam ex inſpiratione cœleſti, quam rationem atque animam rationabilem appellant: mutis vero & agreſtibus, ex ſilva rationis expertem juſſu Dei vivis animantibus & beſtiis terræ gremio profuſis: quorum in numero fuerit etiam illa ſerpens, quæ primitias generis humani malis ſuaſionibus illaqueaverit.*

37 *Notavit Maimonides.*) Ductoris dubitantium parte III. c. 29.

38 *Ad ſex annorum millia putari.*) Cum hoc numero bene convenit, quod ex Porphyrio tradidit Simplicius commentario XVI. (*accuratius XLVI.*) in librum II. de Cœlo, obſervationes quas Babylone collectas ad Ariſtotelem miſit Calliſthenes, fuiſſe ad illa tempora annorum cIↄ Iↄ CCCCIII. id enim à diluvii tempore non multum abit.

39 *Noſtri quoque ſeculi teſtes perhibent.*) Vide inter alios Ferdinandum Mendeſium de Pinto. *

---

*Alexandri M. fortuna & virtute Plutarchus* dixit, horum quicquam legitur.

* Non aliud *Mendeſii* ſcriptum, præter *Itinerarium* ejus *in Europam Aſiam & Africam* &c. innuere poteſt *Grotius.* Illud vero, licet placita *Chinenſium* ac *Siamenſium* de ipſorum natalibus, de mundi origine, de diluvio, cujus omnino memoria apud eos ſupereſt, & cæteris

noſtri quoque ſæculi teſtes perhibent. Eorum, qui primos homines ſecuti ſunt, vitam ad mille ferme annos duraſſe, 40 Beroſus in Chaldaicis, Manethos in Ægyptiacis, Hieronymus in Phœniciis, Heſtiæus, Hecatæus, Hellanicus in Græcis prodiderunt: & inter poëtas Heſiodus: quod eo minus incredibile, quando & 41 majora

40 *Beroſus in Chaldaicis, Manethos in Ægyptiacis, Hieronymus in Phœniciis, Heſtiæus, Hecatæus, Hellanicus in Græcis prodiderunt.*) Omnes hos ſcriptores, ſuo adhuc tempore manentibus libris, teſtes citat Joſephus Antiquæ hiſtoriæ libro I. cap. 4. ac præter hos Acuſilaum, Ephorum, Nicolaum Damaſcenum. Arcadas ad CCC annos vivere ſolitos notat ad VIII. Æneidos Servius.*

41 *Majora multo olim fuiſſe hominum corpora*) Joſephus Antiquæ hiſtoriæ Lib. V. cap. 2. Ὑπελείποντο δὲ τῶν γιγάντων ἔτι γένος, οἱ διὰ

ris copioſe enarret *pag.* 161. *ſeqq.* 170. 210. 313. *ſeq.* Verſionis German. quæ prodiit *Amſtelodami* MDCLXXI. 4to; hujus tamen, de ſex annorum millibus ab orbe condito, apud *Siamenſes* obſervationis nec volam nec veſtigium illic deprehendere licet.

* Hoc *Servii* teſtimonium in *Commentatione* ejus ad *VIII. Æneid. Virgilii* ſpeciatim ad v. 352. *ſeq.* quo *Arcadum* injicitur mentio, duas licet *Virgilii* cum *Servii* notis editiones, alteram *Venetiis* MCCCCXCII. alteram *Baſileæ* MDXLIIII. impreſſam, conſuluerim, invenire haudquaquam potui. Juſtam hinc conjecturam facio, aut *Grotium* hallucinatum eſſe, aut ea legiſſe in ſuo exemplari, quæ non ubique extant. Etenim *inter editiones Servii dici non poteſt, quanta ſit varietas*, docente *Jo. Alb. Fabricio Biblioth. Lat. Lib. I. Cap. XII. not. 9. ad §. 5. pag.* 207.

majora multo olim fuiſſe hominum corpora nudatis ſepulcris compertum, plurimarum gentium hiſtoriæ prodiderunt, ac nominatim Græcorum 42 Pauſanias, &

διὰ σωμάτων μεγέθη ϰ̀ μορφὰς οὐδὲν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίας παράδοξον ἦσαν θέαμα, ϰ̀ δεινὸν ἄκουσμα· δείκνυται δ' ἔτι καὶ νῦν τούτων ὀστᾶ, μηδὲν τοῖς ὑπὸ πίστιν ἐρχομένοις ἐοικότα. *Reſtabat etiam tum gigantum genus, qui ob corporis magnitudinem ac figuras multum aliis hominum diſpares, ſtupendum erant ſpectaculum, & fama terribilis: monſtrantur in hunc diem eorum oſſa, fidem omnem vulgi excedentia.* Gabinius in Mauritaniæ deſcriptione dicebat à Sertorio reperta Antæi oſſa, quorum compagem fuiſſe cubitorum ſexaginta. Phlegon Trallianus Mirabilium cap. IX. * meminit effoſſi capitis Idæ, quod triplæ eſſet ad ſolitum modum quantitatis. Addit idem in Dalmatia reperta corpora multa, quorum ulnæ XVI. ulnas excederent. Narrat idem ex Theopompo, in Boſphoro Cimmerio repertam oſſium humanorum compagem longam XXIV. cubitos. Ejusdem Phlegontis extat libellus de Longævis, dignus ſane lectu.

42 *Pauſanias.*) Is in Laconicis (*fol.* 206. *edit. Guil. Xylandri Hanoviæ* 1613.) meminit oſſium humanorum, ſed inſolitæ magnitudinis, quæ in Templo Æſculapii ad Aſopum urbem oſtendebantur: & in Elia-

* Quod *Cap. IX.* apud *Phlegontem* legi *Grotius* ait, ex *Cap. XI.* adducit *Petr. Dan. Huetius Quæſt. Alnetan. Lib. II. Cap. XII. §. 3. pag. m.* 144. Uternam eorum rectius citaverit, meum non eſt, dijudicare, cum editione, quæ in capita *Phlegontis* ſermonem dividat, deſtituar. Sufficit, cuncta, quæ heic obſervat *Grotius*, à *Phlegonte* perhiberi *pag.* 81. 83. (91. *ſeqq. verſ. Lat.*) Edit. *Xylandri* MDXC.

& 43 Philoſtratus, Romanorum 44 Plinius. Sicut & viſa divinitus obtigiſſe hominibus, antequam frequentia & magnitudo delictorum Deum, 45 & famulantes ei mentes, ab hominum familiari commercio

Eliacorum priore,(*fol.* 311.) osſis è mari educti, quod olim Piſæ cuſtoditum Pelopiſque creditum fuerat.

43 *Philoſtratus.*) In Heroicorum initio (*Cap.* 1. §. 4.) multa ait gigantea corpora in Pallene detegi per imbres aut terræ motus.

44 *Plinius* Libro VII. cap. 16. *In Creta, terræ motu rupto monte inventum eſt corpus ſtans, quod alii Orionis, alii Eetionis fuiſſe tradunt. Oreſtis corpus Oraculi juſſu refoſſum ſeptem cubitorum fuiſſe monumentis traditur. Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non ceſſavit minora corpora mortalium, quam priſca conqueri.* Solinus cap. I. (*potius Cap. V. Polyhiſt.*) *Quis enim non ævo iſto minor parentibus ſuis naſcitur? Priſcorum autem teſtantur molem etiam Oreſtis ſupremam, cujus oſſa Olympiade quinquageſima & octava Tegeæ inventa à Spartanis oraculo monitis, diſcimus impleſſe longitudinem cubitorum ſeptem. Scripta quoque quæ ex antiquitate memorias accerſunt in fidem veri, hoc etiam receperunt, quod bello Cretico cum elata flumina plus quam vi amnica terras rupiſſent, poſt diſceſſum fluctuum inter plurima humi diſcidia humanum corpus repertum ſit cubitûm trium atque triginta: cujus inſpectandi cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam ipſum impendio captos miraculo, quod auditu refutaverant oculis potitos.* De molari hominis dente à ſe conſpecto vide Auguſtinum libro XV. de Civitate Dei, cap. XI. (*verius Cap. IX.*)

45 *Et famulantes ei mentes.*) De his vide pulchra apud Plutarchum de Iſide, (*fol.* 360. *ſeq. Tom. II. Opp.*) Maximum Tyrium Diſſertatione prima (*pag.* 3.) & XVI. (*pag.* 97. *ſeq.*) Julianum

mercio quaſi ſecluderent, 46 poſt Græcos plurimos refert Catullus. Gigantum ferina vita, cujus Moſes meminit, ubique ferme 47 apud

num hymno Solis. (*ſive Orat. IV. fol.* 145. *Opp.*) Ipſum nomen ἀγγέλων, in hac re, uſurpant præter Græcos veteris fœderis interpretes Labeo, * Ariſtides, Porphyrius, ** Jamblichus, (*de Myſteriis Ægypt. L.II. C.*3.*ſeqq.*) Chalcidius: (*Comment. in Timæum Plat. pag.*225.*ſeq.*) & his omnibus antiquior Hoſtanes citatus Minutio. (*in Octavio Cap. XXVI.* §. 10.) Heraclitus, teſte quem dixi Chalcidio, (*loc. cit. p.* 346.) aſſerit, præmoneri meritos inſtruentibus divinis poteſtatibus.

46 *Poſt Græcos plurimos refert Catullus.*) Epithalamio Pelei & Thetidos: (*Carmine LXV. v.* 392. *ſeqq.*)

*Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,*
*Juſtitiamque omnes cupida de mente fugarunt:*
*Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,*
*Deſtitit extinctos natus lugere parentes,*
*Optavit genitor primævi funera nati,*
*Liber ut innuptæ poliretur flore novercæ:*
*Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,*
*Impia non verita eſt divos ſcelerare penates:*
*Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore*
*Juſtificam nobis mentem avertere Deorum.*

47. *Apud Græcos.*) Homerum Iliados θ'. Heſiodum in Operibus. (*v.* 142. *ſeqq.* it.

* Quæ de *Labeone* animadvertit *Grotius*, *Auguſtini* fide *Lib. IX. de Civit. Dei Cap.* 19 nituntur.

** Ille *Lib. II. de Abſtin. ab animant. pag.* 194. *ſeq.* δαίμονας ἀγαθοὺς διαγγέλλοντας τὰ παρ' ἀνθρώπων θεοῖς καὶ τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις: *Genios bonos, Deorum cum hominibus & hominum cum diis nuncios* ex Platonis diſciplina appellat, deque iis verboſe diſſerit.

apud Græcos, & 48 Latinos quoſdam legitur. De diluvio notandum, in ejus hiſtoriam ferme omnium gentium memoriam deſinere; etiam earum, quas diu incognitas parentum noſtrorum ætas noſtræ notitiæ tradidit: unde & 49 Varroni omne id tempus ignotum vocabatur. Sed quæ à Poetis fabularum licentia involuta legimus, ea ex vero, id eſt, Moſi convenienter, vetuſtiſſimi ſcriptores tradiderant, 50 Chaldæorum Bero-

*it.* 174. *ſeqq.*) Huc pertinent Deorum pugnæ, quarum & Plato meminit de Republica II. (*fol.* 604. *ſeqq. Opp.*) & ſegreges iſti dominatus, quorum idem Plato mentionem facit de legibus III. (*fol.* 806.)

48 *Et Latinos quoſdam legitur.*] Vide Ovidium I. Metamorphoſeon, (v. 126. *ſeqq.* 151. *ſeqq.*) & Lucanum libr. IV. (v. 594. *ſeqq.*) Seneca Natur. quæſt. 30. (*Lib.* III.) ubi de diluvio: *Exſtinctis pariter feris, in quarum homines ingenia tranſierant.*

49 *Varroni omne id tempus ignotum vocabatur.*) Cenſorinus: (*de Die natali Cap. XXI.*) *Nunc vero id intervallum temporis tractabo, quod hiſtoricon Varro appellat. Hic enim tria diſcrimina temporum eſſe tradit. Primum ab hominum principio ad Cataclyſmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur* ἄδηλον. *Secundum à cataclyſmo priore ad Olympiadem primam: quod quia in eo multa fabuloſa referuntur,* μυθικὸν *nominatur. Tertium à prima Olympiade ad nos: quod dicitur* ἱστορικὸν, *quia in eo res geſtæ veris hiſtoriis continentur.* Tempus illud, quod Varro ἄδηλον, Hebræorum Rabbini vocant inane. Diluvii autem univerſalis notam conchas, quæ in montibus reperiuntur, notavit Philo de Mundi immortalitate (*fol.* 960. *Opp.*)

50 *Chaldæorum Beroſus*] De

Beroſus, 51 Aſſyriorum Abydenus, 52 qui

De quo ſic Joſephus contra Appionem primo: (*fol.* 1044.) Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσὸς ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, περί τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκεν, καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενεχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωνυχίαις τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν. *His Beroſus antiquiſſima ſcripta ſequens eadem quæ Moſes narrat de magno diluvio, hominumque per id interitu ac de arca, in qua Noachus generis noſtri auctor ſervatus eſt, cum ea ad cacumina Armeniorum montium ſe applicuiſſet.* Poſt recitatam autem diluvii hiſtoriam hæc verba addidit Beroſus, quæ idem iſte Joſephus habet Antiquæ hiſtoriæ libro primo, capite quarto. Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. *Dicunt autem etiam nunc in Armenia, in Coræ̆orum monte, partem eſſe ejus navigii, & quosdam inde bitumen auferre. Eo autem ablato utuntur homines maxime pro amuleto.*

51 *Aſſyriorum Abydenus.*) Servavit nobis ejus locum Euſebius libro IX. Præparationis, cap. 12. & Cyrillus primo adverſus Julianum: (*fol.* 8. *ſeq.*) Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σείσιθρος· ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλεε, καὶ παραυτίκα μιν κατελάμβανε τὰ ἐκ θεοῦ. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπεί τε ὗσεν ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνίθων, πεῖραν ποιεύμενος, εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν· αἱ δὲ, ἐκδεχομένου σφέας πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκῃ κατορμίσονται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἕτεραι. ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχει (ἀπίκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατα-

πλεοι τὺς ταρσὺς,) Θεοί μὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζυσι· τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περιαπῖα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσι ἐπιχωρίοισι παρείχετο. *Poſt hos imperarunt alii, ac deinde Siſithrus, cui Saturnus præſignificavit ingentem vim imbrium futuram, Deſit decima quinta; juſſit autem quicquid erat literarum eum Heliopoli, quæ in Sipparis eſt, abſcondere. Siſithrus hæc cum impleſſet, ſtatim in Armeniam navigavit, ac ſubito vera deprehendit quæ Deus dixerat. Tertia die poſtquam remiſerat tempeſtas, avium quaſdam emiſit, experimentum capturus an illæ terræ aliquid viſuræ eſſent è mari exſtans. Illæ vero exceptæ ab immenſo pelago, non habentes ubi conſiderent, ad Siſithrum retro rediere, & poſt eas aliæ. At cum miſiſſet tertio (redierant enim aves aliis limo plenis) Dii eum humanis rebus exemerunt. Navigium in Armeniam perveni:, ibique vicinis ligna præbuit amuleti vim habentia.* Siſithrus, ut & Ogyges, & Deucalion, nomina ſunt idem aliis linguis ſignificantia, quod Noe Hebraico ſermone, quo ſcripſit, nominaque propria, ita ut eorum vis ab Hebræis intelligi poſſet, expreſſit Moſes: quomodo ſcilicet Alexander Polyhiſtor Iſaacum Græce ſcribens Γέλωτα vocavit, ut ex Euſebio (*Lib. IX. Præparat. Evang. Cap.* 19.) diſcimus: multaque ſunt talia apud Hiſtoricos omnes. Philo de præmiis & pœnis: (*fol.* 913. *Opp.*) Τῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίωνα, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζυσιν, ἐφ' ᾧ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι. *Hunc Græci Deucaliona, Chaldæi Noë vocant, ſub quo magnus ille Cataclyſmus evenit.* Deucalionis autem diluvium fuiſſe illud univerſale tradebant Ægyptii, teſte Diodoro lib. I. (*fol.* 10.) Ad Italiam etiam pertinuiſſe Plinius lib. III. cap. 14. Ut ad nominum illam in alias linguas transfuſionem redeam, inſignis eſt ea de re Platonis in Critia (*fol.* 1102. *ſeq. Opp.*) locus: Τὸ δ' ἔτι βραχὺ πρὸ τῦ λόγυ δεῖ δηλῶσαι, μὴ πολλάκις ἀκύοντες Ἑλληνικὰ βαρβάρων ἀνδρῶν ὀνόματα θαυμάζητε· τὸ γὰρ αἴτιον αὐτῶν πεύσεσθε. Σόλων ἐπινοῶν εἰς τὴν αὐτῦ ποίησιν καταχρήσασθαι τὸν λόγον, διαπυνθανόμενος τὴν

τε

τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν, εὗρε τούς τε Αἰγυπτίους τοὺς πρώτους ἐκείνους αὐτὰ γράψαντας, εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν μετενηνοχότας· αὐτός τε αὖ πάλιν ἑκάστου τὴν διάνοιαν ὀνόματος ἀναλαμβάνων, εἰς τὴν ἡμετέραν ἄγων φωνὴν ἀπεγράφετο. *Illud in hujus ſermonis limine dicendum vobis, ne miremini ſi Græca ſæpe audiatis veſtrorum barbarorum nomina; cauſam jam intelligetis. Cum Solon carminibus ſuis inſerere hanc narrationem vellet, vim ipſam ſignificationemque nominum perſcrutatus, reperit Ægyptiorum primos, qui de rebus iſtis ſcripſerant, in ſuam eas linguam tranſtuliſſe. Ipſe vero percepta nominis cujusque ſignificatione, ea ipſa noſtro veſtivit ſermone.* Cum Abydeni verbis congruunt illa Alexandri Polyhiſtoris, quæ ſervavit nobis Cyrillus dicto libro primo adverſus Julianum: (*fol.* 8.) Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους δεκαοκτώ. ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν φασὶ γενέσθαι κατακλυσμόν. εἶτα σωθῆναι λέγει τὸν Ξίσουθρον, προαναγγείλαντος αὐτῷ τοῦ Κρόνου τὸ ἐσόμενον, καὶ ὅτι προσήκει κατασκευάσαι λάρνακα, καὶ ὁμοῦ πετεινοῖς, ἑρπετοῖς τε καὶ κτήνεσι πλεῖν ἐν αὐτῇ. *Mortuo Otiarte filium ejus imperaſſe Xiſuthrum per octodecim annos, quos Saros vocant. Hujus temporibus fuiſſe ajunt diluvium magnum. Narrat deinde ſervatum Xiſuthrum, Saturno ipſi quod futurum erat prænuntiante, & fabricandam ipſi Arcam: in ea ipſi una cum volucribus reptilibus ac jumentis navigandum.* Aſſyriis autem, ut & aliis quibusdam gentibus, Deus ſummus ab ea ſtella vocabatur, quæ ut Taciti utar verbis, e ſeptem ſideribus, queis mortales reguntur, altiſſimo orbe & præcipua potentia ferebatur; aut certe Syriacum איל, quod Deum ſignificat, Græci Interpretes Κρόνον ideo vertêre, quod is Syris איל dicebatur. Philo Byblius, Sanchuniathonis interpres: Ἶλον τὸν καὶ Κρόνον citat Euſebius; (*Præp. Ev. Lib. I, Cap. X. fol.* 38. & 40.) apud quem mox ex eodem Philone ſequitur: Κρόνος ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ ὀνομάζουσι. Sed error eſt librarii, qui pro ἰλ quod contracte pro Ἰσραὴλ Græcis Chriſtianis poni ſolet, poſuit Ἰσραὴλ,

52 qui & columbæ emiſſæ meminit, ut & ex Græcis Plutarchus: & 53 Lucianus, qui apud

cum ἰλ ſit, ut diximus, איל, quomodo Syri dicunt, quod אל, Hebræi.

52 *Qui & columbæ emiſſa meminit, ut & ex Græcis Plutarchus.*) Libro, terreſtria an aquatica animantia plus habeant ſolertiæ: (*fol.* 968. *Tom. II. Opp.*) Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δ' ἀποπτᾶσαν. *Columbam ajunt ex arca emiſſam certum indicium detuliſſe Deucalioni, cum rediret, tempeſtatis, ubi emanebat, ſerenæ.* Notanda autem & in hoc Plutarchi & in illo Polyhiſtoris loco, non minus quam in Nicolai Damaſceni & Apollodori libris, & in iis ſcriptoribus quibus utitur Theophilus Antiochenus libro III. (§. 18. *pag.* 334.) vox λάρναξ, quæ plane reſpondet voci תבה, quam in hac hiſtoria Moſes uſurpat, neque vero aliter eam vertit Joſephus. (*loc. not.* 50. *exhibito.*)

53 *Lucianus.*) Libro de Dea Syria, (*pag.* 882. *ſeqq. Tom. II. Opp.*) cum de templo vetuſtisſimo quod erat Hierapoli agere cœpiſſet, adjungit. *Plerique à Deucalione ſtructum ajunt hoc templum; eo ſcilicet Deucalione cujus ætate vis aquarum fuit maxima. De eo autem Deucalione in Græcia audivi quod Græci narrant. Eſt autem ſermo talis: Hoc quod nunc eſt hominum genus non ab initio exſtitiſſe, ſed id periiſſe ſtirpitus: qui vero nunc ſunt homines ſecundi eſſe generis, quod ortum à Deucalione paulatim in ingentem multitudinem excrevit. De illis autem, qui ante fuerant, hominibus hæc ſunt quæ memorantur. Contumelioſi homines cum eſſent, iniqua facinora perpetrabant: nam neque jusjurandum ſervabant, neque excipiebant hoſpites, neque curabant ſupplices: ob quas res maxima eis ſupervenit calamitas. Statim enim terra plurimum aquæ de ſe extulit, tum vero plurimi de cœlo cecidere imbres, flumina quoque ultra modum exundavere, & mare ipſum*

ſuper-

apud Hierapolim Syriæ vetuſtiſſimam ait exſtitiſſe hiſtoriam & de Arca, & de ſervatis per eam non hominibus modo ſelectis, ſed & de animantibus cæteris. 54 Apud

*ſuperfuſum eſt terris, ita ut res omnes aqua fierent, homines vero perirent omnes. Solus tunc ad ſecundi generis exordium Deucalion relictus eſt, prudentiæ & pietatis ergo. Servatus autem hoc modo eſt. In arcam magnam, quam habebat, liberos mulieresque domus ſuæ impoſuit, ipſeque eam ingreſſus eſt: quod cum faceret, venere apri & equi & leonum genera & ſerpentes, & alia quæ in terra paſcuntur, bina quæque: ille hæc ad ſe animantia recepit omnia, quæ nihil nocuere: ſed magna ei cum illis divinitus amicitia obvenit: unaque in arca navigarunt omnes, quamdiu aqua ſuper terras fuit. Hæc ſunt quæ de Deucalione referunt Græci. De iis vero quæ poſt acciderunt, fertur ab illis qui Hierapolim habitant res admirabilis, in ſua regione terræ fuiſſe hiatum, qui aquam abſorpſerit omnem. Id ubi factum eſſet, à Deucalione poſitas aras & Junonis templum ſuper illo hiatu. Hiatum ipſe vidi. Valde exiguus eſt ſub templo, quod dixi. An olim major fuerit, contractusque ſit cum tempore, equidem neſcio: id ſcio, quod vidi, parvum eſſe. In hiſtoria hujus ſignum quod agunt, hoc eſt: bis anno ex mari aqua in templum defertur. Ferunt aquam non ſacerdotes tantum, ſed omnis Syria Arabiaque. Quin ab Euphrate usque eunt ad mare homines, omnesque aquam ferunt: eam primum effundunt in templum. Deſcendit in hiatum aqua: & is hiatus, quamvis parvus, immenſam vim aquæ recipit. Hoc cum faciunt, ritum hunc ajunt à Deucalione inſtitutum, in calamitatis ſimul & ſalutis partæ memoriam. Talis eſt vetus de templo hoc ſermo.*

54 *Apud Molonem quoque.*) Verba ejus tradidit

pud Molonem quoque, 55 & Nicolaum Damaſcenum hiſtoria eadem exſtabat: quorum hic Arcæ quoque nomen habebat, quod & in Deucalionis hiſtoria apud Apol-

nobis Euſebius libro IX. Præparationis Evangelicæ, cap. XIX. Κατὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ τῶν υἱῶν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν, ἐλθεῖν εἰς τὴν ὀρεινὴν τῆς Συρίας, οὖσαν ἔρημον. *Sub diluvii tempus exceſſiſſe ex Armenia eum hominem, qui cum liberis ſuis diluvium evaſerat, ejectum rebus ſuis vi indigenarum. Eundem, cum loca interjecta tranſiiſſet, perveniſſe in Syriæ regionem montanam tunc vacuam.*

55 *Et Nicolaum Damaſcenum.*) Ejus verba ex hiſtoriæ Univerſalis libro XCVI. ſic exhibet dicto jam loco * Joſephus: Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι. καὶ τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον, ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι· καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι· γένοιτο δ' ἂν οὗτος ὅν τινα καὶ Μωσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. *Eſt ſuper Minyada* (quam Milyada vocant Strabo (*Geogr. fol.* 458.) & Plinius, (*Lib. V. Hiſt. natural. Cap.* 32.) *ingens in Armenia mons Baris dictus, in quo fama eſt ſervatos eſſe ex Cataclyſmo multos: unum vero in Arca vectum ad ſummum ejus jugum appuliſſe, diuque lignorum ejus arcæ manſiſſe reliquias. Hic, credo, is fuerit cujus Moſes meminit, qui Judæis leges condidit.* His ſcriptoribus addendi Hieronymus Ægyptius, qui res Phœnicias ſcripſit, & Mnaſeas, memorati Joſepho (*Lib. I. Antiquit. Judaic. Cap.* 4.) Forte & Eupolemus, quem ex Polyhiſtore producit

* Nempe *Lib. I. Antiquit. Jud. Cap.* 4 quem locum 50. allegaverat.

Apollodorum reperitur. 56 Sed & in Americæ partibus Cuba, Mechoacana, Nicaraga, diluvii, animalium ſervatorum, quin & corvi & columbæ ſervatam memoriam, diluvii ipſius etiam in ea parte quæ nunc Caſtella aurifera vocatur, Hiſpani complures teſtantur. Qua parte terrarum homines ante diluvium egerint, vel illud loquitur, 57 quod Plinio notatum eſt Joppen ante diluvium conditam. Locus in quo poſt diluvium ſubſedit Arca 58 in montibus Gordiæis ab omni ævo 59 in hunc diem, Armeniorum conſtante

producit Euſebius Præparationis Lib. IX. cap. 17.

56 *Sed & in Americæ partibus.*) Vide Joſephum Acoſtam & Antonium Herreram.

57 *Quod Plinio notatum.*) Lib. V. cap. 13. Conſentiunt Plinio Mela (*Lib. I. de orbis ſitu Cap.* 11.) & Solinus. (*Polyhiſt. C. XXXVII.*) Confer quæ ex Abydeno jam attulimus.

58 *In montibus Gordiæis.*) Quos Moſes Ararath vocat, Kardu tranſtulere Chaldæi interpretes, Cordyæos Joſephus, (*L. I. Antiq. Jud. C.* 4.) Cordæos Curtius, (*L. V. Hiſtor. Cap. I. §.* 14.) Gordyæos ſcribit Strabo libro XVI. * Plinius libro VI. cap. 27. & Ptolomæus (*Geograph. Lib. V. Cap.* 13.)

59 *In hunc diem.*) Monſtratas ſuo ævo has Arcæ reliquias ait Theophilus Antiochenus libro III. (§. 18. *pag.* 340.) Epiphanius contra Nazaræos. (*Hæreſ. XVIII. num.* 3.) Ὡς ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ τῶν Κορδυέων χώρᾳ. *Ad hoc u*-



* Hoc libro & quidem ejus initio *Gordyæos* gentes, *Lib. XI.* vero *fol.* 359. *Gordyæos* montes *Strabo* commemorat.

ſtante memoria monſtratur. 60 Japetus Europæorum genitor, & inde Ion, aut ut olim eloquebantur, 61 Javon Græcorum, Afrorum vero 62 Hammon, nomina ſunt, quæ apud Moſem quoque apparent, ſicut & cæterorum veſtigia in gentium locorumque

*que tempus reliquiæ Arcæ Noë monſtrantur in Cordyæorum terra:* Chryſoſtomus Oratione de perfecta dilectione. (*fol.* 748. *Tom. VI. Opp. edit. Savilii.*) Iſidorus lib. XIV. Originum, cap. 8. *Ararath mons Armeniæ, in quo Arcam hiſtoriæ poſt diluvium reſediſſe teſtantur. Unde & usque hodie ibidem lignorum ejus videntur veſtigia.* Adde ex Haitone Armenio hæc, quæ habet capite nono: (*Hiſtor. Oriental.*) *In Armenia eſt altior mons quam ſit in toto orbe terrarum, qui Ararath vulgariter nuncupatur, & in cacumine illius montis poſt diluvium arca * primo ſedit.* Adde Geographum Nubienſem & Itinerarium Benjaminis. (*pag.* 61. *edit. L' Empereur. A.* 1633.)

60 *Japetus.*) Eſt ipſa vox יפת. Nam eandem literam פ alii ut π, alii ut φ pronunciabant; qualis differentia & nunc eſt inter Germanos & Belgas. Notavit id de Hebræa litera ad Danielem Hieronymus. (*ad Cap. X. forſitan Tom. IV. Opp. fol.* 519.)

61 *Javon.*) Nam ἰάονες ſæpe eſt apud vetuſtos ſcriptores. Id in Ariſtophanis Acharnenſibus (*v.* 104. *Act. I. Scen. III.*) Perſa pronunciat ἰαοναῦ. Jam vero mos antiquior erat inter duas vocales interponere digamma, quod poſtea per υ ſcribi cœpit, olim ſic F. ita αυὼς erat quod nunc ἀὼς & ἠὼς· ταυὼς ταὼς, pavus, ἰαῦνας τὺς Ἕλληνας καλῦσι Suidas.

62 *Hammon.*) Nam ח per aſpirationem reddere, aut etiam omittere Græci ſolent: ut חצר־מות Ἀδρα-

* Editio noſtra de An. MDCLXXI. in 4to notantes apponit: *Noe*.

rumque vocabulis 63 Joſephus & alii obſervant.

δράμυττος, vel Ἀδράμυττος. הכמות ἀχμώθ, apud Irenæum & alios חברה ſocia ἑταίρα Græcis veteribus. חיה ζωή. חנה, Hanno vel Anno. חני־בעל Hannibal vel Annibal: הצר־בעל Haſdrubal vel Aſdrubal. חשים ἀξωμῖται. αι vero Græca eſt deſinentia. Hic non Libyum tantum, ſed & multarum aliarum gentium pater conſecratus ab ipſis in Jovis ſtellam. Lucanus IX. (v. 520.)

*Quamvis Æthiopum populis Arabumque beatis*
*Gentibus atque Indis unus ſit Juppiter Ammon.*

Ægyptum quoque in hujus parte ponunt ſacræ literæ Pſal. LXXVIII. 51. CV. 23, 27. CVI. 22. Hieronymus in traditionibus Hebraicis ad Geneſin: (*ad Cap. IX. fol.* 380. *col. B. Tom. I. Opp.*) *A quo Ægyptus usque hodie Ham patria Ægyptiorum lingua dicitur.*

63. *Joſephus & alii obſervant.*) Is (*Lib. I. Antiquit. Jud. Cap.* 7.) à גמר dicit eſſe Γομαρεῖς Galatas, ubi oppidum Comara Plinio: Comari populi Melæ libro I. (*de ſitu orbis Cap.* 2.) Ex מגוג Scythas, à quibus condita Scythopolis in Syria; & altera urbs Magog Plinio lib. V, cap. 23. aliis dicta Hierapolis & Bambyce. A מדי Medos eſſe apparet: ab יון, quod diximus, Iavonas, Iaonas, Ionas. A תבל Joſephus (*loc. cit.*) ait eſſe Iberos Aſiæ, in quorum vicinia Thabilacam urbem vetuſtæ originis veſtigia ſervantem ponit Ptolemæus. (*Geograph. Lib. V. Cap.* 12.) A משך eſt urbs ipſi (*Lib. V. Cap.* 6.) memorata Mazaca, cujus & Strabo meminit lib. XII. (*fol.* 370. *ſeq.*) & Plinius lib. VI. 3. & Ammianus Marcellinus libro XX. (*Cap.* 10.) Adjice huic Moſchos nominatos Straboni lib. XI. (*fol.* 342.) & Melæ libro tum primo, (*Cap.* 2.) tum tertio, (*C.* 5.) quos Moſchenos dixit Plinius Lib. VI. c. 9. & Moſchicos montes apud eosdem Melam (*Lib. I. de ſitu orbis Cap.* 20.) & Plinium (*Lib. V. Hiſt. Nat. Cap.* 27.) A תירס eſſe Thraces, cum

E 5 Joſe-

Joſepho tradunt conſenſu alii, & vox indicat; præſertim ſi obſervemus Græcum ξ ab initio reſpondiſſe Syriacæ literæ ס, quod ordo indicat. De iis qui ab אשכנז, corruptus eſt apud Joſephum locus, ſed dubitandum non eſt quin inde nomen habeat Aſcania Homero memorata pars Phrygiæ & Myſiæ: de qua Strabonem vide lib. xii. (*fol.* 388. *ſeq.*) & Plinium lib. v. c. 32. & Aſcanius lacus, & ex lacu amnis apud eundem Strabonem lib. xiv. (*fol.* 468.) & apud Plinium dicto cap. 32, lib. v. Aſcanius portus apud Plinium lib. v. cap. 30. Aſcaniæ inſulæ eidem lib. iv. cap. 12. & lib. v. cap. 31. A ריפת eſſe Paphlagonas dicit Joſephus, Riphatæos dictos aliis, quibus locis Riphaces ponit Mela libro I. (*Cap.* 2.) Ab אלישה eſſe αἰολεῖς, idem ille nos docet Joſephus, & Jeroſolymitanus Paraphraſtes ei adſtipulatur pro Æolibus Græcos nominans, totum pro parte: neque abludit Hellas terræ nomen. A תרשיש eſſe Cilices Joſephus idem dicit, probatq; ex urbe Tarſo. Multis enim in locis evenit, ut quæ populorum nomina fuerant, urbium facta ſint nomina. De כתים, unde Κίτιοι, ſupra attigimus. A כוש Æthiopes Chuſæi & ſibimet ipſis & vicinis, ut Joſephi tempore ita & nunc vocantur: unde & fluvius apud Ptolemæum, * & apud Geographum Arabem urbes Æthiopiæ duæ nomen retinent: pariterque à מצרים, qui Μισωρ Philoni Byblio, (*loc. mox cit. fol.* 36.) Meſori ſibi ipſis & accolis ii qui Græcis Ægyptii, & menſis apud eos nomen Μεσορί. Cedreno ** terra ipſa Μεσραΐα. Vere & hoc Joſephus à פוט eſſe in Mauritania amnem. Meminit ejus amnis & Plinius lib. v. cap. I. *Phut & juxta eum regio Phutenſis uſque in præſens dicitur*, ait Hieronymus Traditionibus Hebraicis in Gene-

* *Chuſarii* cujusdam fluvii nomen eſt *Lib. IV. Geograph. Cap.* 6.

** *Hiſtor. Compendio fol.* 9. edit. *Xylandri Baſileæ* MDLXVI. Exprimit vero hæc æque ac recentior *Pariſienſis Cedreni* editio vocem iſtam: Μεσραΐα.

Geneſin. * Eſt non longe à Feſa, manente nunc etiam vocabulo. Qui Moſi eſt כנען, is contractius Sanchuniathoni, & ex eo Philoni Byblio Χνᾶ. Invenies id apud Euſebium lib. 1. Præparat. c. 10. (*fol.* 39.) Et terra ipſa ſic dicta. Stephanus de Urbibus: (*voce* Χνᾶ) Χνᾶ, οὕτως ἡ Φοινίκη καλεῖται. *Chna, ſic appellatur Phœnice.* Et ſuo tempore ait Auguſtinus libro Expoſitionum epiſtolæ ad Romanos, (*Lib. Expoſitionis inchoatæ fol.* 321. *col. A. Tom. IV. Opp.*) ruſticos ad Hipponem ſi interrogentur qui eſſent, reſpondere Canaani. Et Meſtraimi & Canaanis nomina ſunt & in Eupolemi loco, ut eum profert Euſebius Præparat. IX. 17. A רעמה Regema Ptolemæo ** in Arabia felice, nimirum ע in γ mutato, ut in Gomorra aliisque vocibus. A סבא Sabæos deducit Joſephus, notam gentem: quarum & urbs princeps Sabæ Straboni lib. XVI. (*fol.* 531.) Ubi à סבתה Sabatenos Joſephus ponit, ibi Plinio urbs eſt Sobotale lib. VI. cap. 28. להבים à Libyum nomine non abit, nec à נפתחים Nepata urbs Æthiopum Plinio lib. VI. c. 29. Napata Ptolemæo: (*Lib. IV. Geogr. Cap.* 7.) nec à פתרסים Pharuſi Plinio lib. V. 8. Phauruſii Ptolemæo (*Lib. cit. Cap.* 6.) in Æthiopia. A צידן nota urbs omnibus poëtis & hiſtoricis Sidon. A גרגשי oppidum Goraſa *** Ptolemæo. Ab ערקי Arca, urbs Phœnices Ptolemæo (*Lib. V. Geogr. Cap.* 15.) memo-

---

* *Ad Cap. X. fol.* 381. *col. A. Tom. I. Opp.* Verba *Hieronymi* integriora ita ſeſe habent: *Phut, Libyæ: à quo & Mauritaniæ fluvius usque ad præſens Phut dicitur, omnisque circa eum regio Phutenſis.*

** *Lib. VI. Geograph. Cap.* 7. Dicitur autem ipſi *Rhegma* quam ſcripturam etiam *Hieronymus* obſervat in *Tradition. Hebraic. in Geneſ. loc.* jam *cit.*

*** Puto vitium typographicum heic ſubeſſe. *Goraſa* enim nullibi apud *Ptolemæum* occurrit. Eſt vero urbs *Geraſa* & in *Syria* & in *Arabia Petræa*, cujus utriusque memoriam ſervavit *Ptolemæus Lib. V. Geograph. Cap.* 15. & 17.

memorata, & Plinio lib. v. c. 18. Ab ארודי Aradus inſula memoratus Straboni lib. xvi. (*fol.* 527. & 539.) Plinio lib. v. c. 20. & Ptolemæo (*loc. cit.*) in Syria. A חמתי Amathus Arabiæ nominata Herodoto in Euterpe & Thalia. * Ab עילם Elymæi Medis contigui apud Strabonem lib. xvi. (*fol.* 507. & 512.) Plinium Lib. V. (*verius VI. Cap.* 25. *ſeqq.*) cap. 26. & 27. & apud Livium lib. xxxvii. (*Cap.* 40.) Horum traduces in Phrygia Elymi apud Athenæum lib. iv. ** Ab אשור Aſſyrii noti omnibus, ut & à לוד Lydi, unde & vox Ludorum Latina. Ab ארם in hunc diem ſemper appellant, qui Græcis ab urbe צור Syri: nam צ modo per τ, modo per σ vertitur; unde urbs illa צור quæ Tyrus Græcis, Sarra Ennio, & Sinæ aliis Tinæ. Strabo libro xvi. in fine: *Λέγει δὲ καὶ τοὺς Ἀρίμους ὁ ποιητής· οὕς φησι Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν μὴ τόπον τινὰ τῆς Συρίας, ἢ τῆς Κιλικίας, ἢ ἄλλης τινὸς γῆς, ἀλλὰ τὴν Συρίαν αὐτήν. Nominat Homerus & Arimos: ea autem voce vult Poſidonius intelligi, non partem aliquam Syriæ, aut Ciliciæ, aut alterius regionis, ſed Syriam ipſam.* Idem Strabo Lib. xiii. (*fol.* 431.) Οἱ δὲ τοὺς Σύρους Ἀρίμους δέχονται, οὓς νῦν Ἀραμους λέγουσι. *Sunt qui per Arimos Syros intelligant, qui & nunc Arami dicuntur.* Libro autem primo (*fol.* 28.) Τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων Ἀραμμαίους καλεῖσθαι. *Num qui à nobis dicuntur Syri, eos ab ipſis dici Arammæos.* Ab עוץ Auſanitis regio apud LXX. Interpretes in

* Mihi *Amathum* nec in *Euterpe* nec in *Thalia* reperire licuit; nominatur tamen in *Terpſichore* ſeu *Lib. V. Cap.* 105. *Amathus* urbs quædam *Cypri.* Num vero hanc indigitaverit *Grotius*, definire non audeo.

** *Elymos*, quos apud *Athenæum* ſibi inveniſſe viſus eſt *Grotius*, non omnes ibi videbunt. Is enim *Lib. IV. Deipnoſophiſt. fol.* 176. *ſeq* de ἐλύμοις αὐλοῖς de *Elymis tibiis*, non gentibus, verba facit, easque non alias, quam *Phrygias*, id eſt a *Phrygibus* repertas eſſe, notat.

in Jobo: Auſitida dixit Ariſtæus. A חול urbs Chollæ Ptolemæo (*Lib. V. Geogr. Cap.* 15.) poſita in Syria. A גנדר Gindarus urbs apud Ptolemæum (*loc. cit.*) & populus Gindareni Plinio v. 23. in Cœle-Syria. A מש Maſius mons non procul Niſibi apud Strabonem lib. xi. (*fol.* 359.) & Ptolemæum (*Lib. alleg. Cap.* 18.) in Meſopotamia. Nomina יקטן ut & הצרמות & חולן (חוילה) Geographi Arabes nobis in Arabia repræſentant nominibus Balſatjaktan, Hadramuth, Chaulan, ut notavit Capellus vir eruditiſſimus. Nomen אופר retinet ni fallor Opharus fluvius, & populus Opharitæ circa Mæotim Plinio lib. vi. 7. Etiam urbes eas quarum hoc in loco meminit Moſes, antiquiſſimas eſſe collatione ſcriptorum apparet. De Babylone res notiſſima. ארך eſt Aracca, quam in Suſiane ponit Ptolemæus, (*Lib. VI. Geograph. Cap.* 3.) unde Araccæos campos Tibullo dici notavit in Solinianis vir infinitæ lectionis Cl. Salmaſius. (*Parte altera ſ. Tom. II. fol.* 1194. *col. A.*) Ab אכד Acabene corrupte pro Acadene dictam ſuſpicatur probabiliter diligens in Scripturarum interpretatione Franciſcus Junius, qui & alia non pauca obſervavit eorum quæ jam poſuimus. כלנה eſt Callinicum oppidum ad Euphratem, cui id nomen ad Ammiani manſiſſe tempora, ex libro ejus xxiii. (*Cap.* 2.) docemur. Terra שנער eſt Σεναὰρ τῆς Βαβυλωνίας apud Hiſtiæum Mileſium, in loco quem nobis conſervavit Joſephus Antiquæ hiſtoriæ lib. I. cap. 7. (*verius Cap.* 5.) & in Chronico, (*Lib. I. fol.* 13.) itemque in Præparatione (*Lib. IX. Cap.* 15.) Euſebius. Scripſit is res Phœnicum, lectus etiam Stephano. At rurſum ע in γ mutato Singarum hinc montem Ptolemæus (*Lib. V. Cap.* 18.) in Meſopotamia nominat, Plinius autem Singaram oppidum lib. v. c. 24. Hinc Singarana regio Sexto Rufo: (*pag.* 685. *inter alios Hiſtor. Rom. Lugd. Bat. A.* 1632. *in* 12. *edit.*) נינוה haud dubie eſt quæ Græcis contractius Ninos. In Epitaphio * Sardanapali, Καὶ

* Equidem deeſt hicce verſus in *Sardanapali* Epitaphiis, quæ

ſervant. Jam vero 64 affectati in cœlum itine-

Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.

*Ipſe Nini magnæ modo Rex nil ſum niſi pulvis.*

Eſt id nomen & apud *Theognidem, Strabonem libro xvi. (*ab initio ſtatim.*) Plinium lib. vi. cap. 13. cujus verba ſunt. *Fuit & Ninos impoſita Tigri ad ſolis occaſum ſpectans quondam clariſſima.* Lucanus iii. (β. 215.) *Et felix, ſic fama, Ninos.* Habet id nomen & Ptolemæus (*Lib. VI. Cap. 1. Geograph.*) in Aſſyria. A כלח urbe principe nomen habet regio Calachena. Straboni lib. xi. bis, [*fol.* 347. & 365.] deinde initio lib. xvi. רסן eſt Reſaina apud Ammianum libro xxiii. (*Cap.* 5.) Sidon nota omnibus. עזה nemo dubitare poteſt, quin litera ע per γ, ut diximus, reddita ſit Gaza Palæſtinorum, nominata Straboni lib. xvi. (*fol.* 522.) Melæ lib. i. (*Cap.* 11.) qui ingentem & munitam admodum vocat, Plinio lib. v. 13. vi. 28. & alibi. ספרוים eſt Heliopolis urbs Sipparorum in loco Abydeni, quem modo produximus. Sippara ** Ptolemæo in Meſopotamia. אור eſt Ur Caſtellum Ammiano memoratum libro xxv. (*Cap.* 11.) חרן Carræ Craſſorum clade nobiles.

64 *Affectati in cœlum itineris*) Homerus Odyſſeæ Λ. (β. 304. *ſeqq.*) Ovidius i Metamorphoſeos: (*Fab. VI.* β. 2.)

*Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes.*

Vide & Virgilium Georgicon i. (β. 278. *ſeqq.*) & Lucanum

---

quæ *Diodorus Siculus Biblioth. Hiſtor. Lib. II. fol.* 110. & *Athenæus Deipnoſoph. Lib. XII. fol.* 529. laudant; attexuit tamen eum ceteris, atque ita conſervavit *Theodoretus Therapeut. Serm. XII. fol.* 678. *ſeq. Tom. IV. Opp.*

* In *Theognidis Sententiis* vocem *Ninos* difficulter animadvertes.

** *Sipphara* accurate legeris ex *Lib. V. Geograph. Cap.* 18. Nam *Sippara* eſt urbs *Indiæ*, memorata *Ptolemæo Lib. VII. Cap.* 1.

itineris, quis non Poëtarum meminit?

404

canum lib. VII. Frequens eſt apud omnes gentes loquendi genus, ut quæ ſupra communem altitudinem attolluntur, dicantur οὐρανομήκη, ut apud Homerum ſæpe. Sic & Deut. I. 28. & IX. I. Sibyllæ neſcio cujus locum de inſana illa turris ſubſtructione agentem citat Joſephus (*Lib. I. Antiqu. Jud. Cap. 5.*) talem. Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ· οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν. *Cum homines omnes una lingua uterentur, altiſſimam turrim ædificare quidam cœperunt, velut per eam in cœlum ſcanſuri. At Dii ventis immiſſis evertêre turrim hanc, & ſuam cuique linguam attribuêre: unde urbi Babylon factum eſt nomen.* At ex Abydeno hæc nobis profert Euſebius Præparationis IX. c. 14. & Cyrillus libro I. contra Julianum. (*fol. 9.*) Ἔστι δ' οἳ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας καὶ δὴ θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλών ἐστιν. ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα· τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ θεῶν πολύθροον φωνὴν ἐνείκασθαι. μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον. *Sunt qui dicant primos illos è terra editos homines, cum & viribus & mole ſua ſuperbirent, ita ut ſe plus Diis poſſe jactarent, vertiſſe ſe ad turrim ſtruendam, quo loco nunc eſt Babylon. Cumque jam prope ad cælum perveniſſet opus, ventorum vi Diis auxiliantium, dujectum id ſuper ædificantes: ruinis impoſitum nomen Babylonis. Cum vero ad id temporis unius ſermonis fuiſſent homines, immiſſam in eos à Diis linguarum diſcrepantiam. Poſt id extitiſſe bellum Saturnum inter & Titana.* Falſo autem à Græcis proditum, conditam à Semiramide Babylonem, etiam

nit? 65 Sodomorum incendium eſt apud Diodorum Siculum, 66 Strabonem,

etiam Beroſus in Chaldaicis prodidit, ut nos Joſephus docet contra Appionem I. (*fol.* 1045.) eundemque errorem tum ex Philone Byblio, tum ex Dorotheo Sidonio refellit Julius Firmicus. Vide & quæ de gigantibus & turri ex Eupolemo nobis adducit Euſebius Præparat. Evangelicæ lib. xx. (*verius IX.*) cap. 17.

65 *Sodomorum incendium eſt apud Diodorum Siculum.*) Libro XIX. (*fol.* 733. *ſeq.*) ubi poſt lacus Aſphaltitæ deſcriptionem: Ὁ δὲ πλησίος τόπος ἔμπυρος ὤν, καὶ δυσώδης ποιεῖ τὰ σώματα τῶν περιοικούντων ἐπίνοσα καὶ παντελῶς ὀλιγοχρόνια. *Vicina regio cum igni ſubardeat, fœtumque odorem exhalet, in cauſa eſt cur accolarum corpora morbida ſint minimeque vivacia.*

66 *Strabonem.*) Libro XVI. (*fol.* 526.) poſt Aſphaltitæ deſcriptionem. Τοῦ δ' ἔμπυρον τὴν χώραν εἶναι τὰ ἄλλα τεκμήρια φέρουσι πολλά. καὶ γὰρ πέτρας τινὰς ἐπικεκαυμένας δεικνύουσι τραχείας περὶ Μοασάδα, καὶ σύραγγας πολλαχοῦ, καὶ γῆν τεφρώδη, σταγόνας τε πίσσης ἐκ λισσάδων λειβομένας, καὶ δυσώδεις πόῤῥωθεν ποταμοὺς ζέοντας, κατοικίας δὲ ἀνατετραμμένας σποράδην. ὥστε πιστεύειν τοῖς θρυλλουμένοις ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς ἄρα ᾠκοῦντό ποτε τρισκαίδεκα πόλεις ἐνταῦθα, ὧν τῆς μητροπόλεως Σοδόμων σώζοιτο κύκλος ἑξήκοντά που σταδίων· ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων ἀσφαλτωδῶν τε καὶ θειωδῶν ἡ λίμνη προπέσοι καὶ πέτραι πυρίληπτοι γένοιντο. αἵ τε πόλεις αἱ μὲν καταποθεῖεν, ἃς δ' ἐκλείποιεν οἱ δυνάμενοι φυγεῖν. *Eſſe in hoc ſolo ignem, multa indicia adferunt. Nam & petras oſtendunt aſperas & exuſtas circa Moaſada: tum multis in locis exeſas cavernas, terram cineroſam, picis guttas de petris ſtillantes, ferventia non ſine fœdo odore flumina: quæ cuncta fidem faciunt famæ apud indigenas vulgatæ,* XIII. *olim in ea regione habitatas urbes, quarum princeps Sodoma fuerit, cujus ambitus etiam nunc oſtenditur in* LX. *ſtadia patens: terræ autem motibus,* erum-

nem, 67 Tacitum, 68 Plinium, 69 Solinum. 70 Circumciſionis vetuſtiſſimo mori

*erumpente igne aquisque cadidis et bituminoſis, exſtitiſſe qui nunc eſt lacum, ſaxa concepiſſe ignem, urbium abſorptas alias, alias ab iis qui fugere potuerunt, derelictas.*

67 *Tacitum.*) Hiſtoriarum V. (*C. VII. §. 1. 2.*) *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arſiſſe: et manere veſtigia, terramque ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita aut manu ſata, ſive herba tenus aut flore ſeu ſolitam in ſpeciem adoleverė, atra et inania velut in cinerem vaneſcunt.*

68 *Plinium.*) Is Aſphaltiten deſcribit libri v. cap. 16. et lib. xxxv. cap. 15.

69 *Solinum.*) Capite 36. edit. Salmaſianæ: (*aliis XXXVIII.*) *Longo ab Hieroſolymis receſſu triſtis ſinus panditur, quem de cœlo tactum teſtatur humus nigra et in cinerem ſoluta. Duo ibi oppida, Sodoma nominatum alterum, alterum Gomorrum, apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet ſpecimen maturitatis, mandi tamen non poteſt: nam fuliginem intrinſecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel levi preſſa tactu fumum exhalat, et fatiſcit in vulgum pulverem.*

70 *Circumciſionis vetuſtiſſimo mori teſtimonium præbuerunt Herodotus.*) Cum errore tamen. Verba ejus ſunt in Euterpe. (*ſc. Lib. II. Cap.* 104.) Μῶνοι πάντων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιςίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογῶσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν, καὶ Μάκρωνες οἱ τούτοισιν ἀςυγείτονες ὄντες ἀπὸ Κόλχων φασὶ νεωςὶ μεμαθηκέναι. ὗτοι γάρ εἰσιν οἱ περιταμνόμενοι ἀνθρώπων μῶνοι. καὶ ὗτοι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταυτά. αὐτῶν δὲ Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων ὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὁκότεροι παρὰ τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον. *Soli ab antiquo circumciſi ſunt Colchi et Ægyptii et Æthiopes. Phœnices autem*

ri teſtimonium præbuerunt Herodo-

tus,

*autem & qui in Palæſtina ſunt Syri fatentur hunc ſe morem ab Ægyptiis accepiſſe. Syri vero qui ad Thermodontem & Parthenium ſunt amnem, & Macrones horum vicini, à Colchis dicunt ſe didiciſſe. Hi enim ſoli ſunt, qui circumciduntur, faciuntque ea in re eadem quæ Ægyptii. De Æthiopibus autem & Ægyptiis, utri ab alteris acceperint, liquido dicere non poſſim.* In Syria Palæſtina nullos fuiſſe circumciſos præter Judæos vere dicit Joſephus Antiquæ hiſtoriæ libro VIII. cap. 4. & contra Appionem priore libro. (*fol.* 1047. *Opp.*) De quibus Judæis Juvenalis, (*Sat. XIV.* v. 99.) *præputia ponunt.* Et Tacitus: (*Hiſtor. V. Cap. V.* §. 4) *Circumcidere genitalia inſtituere, ut diverſitate noſcantur.* Vide & Strabonem libro XVII. (*fol.* 566. *ſeq.*) Tantum vero abeſt ut Judæi faſſi ſint umquam ab Ægyptiis ſe accepiſſe hunc morem, ut contra aperte dicant Ægyptios ab Joſepho didiciſſe circumcidi. Vide ſcriptorem Lexici Aruch, quem citat optime meritus de ſacris literis Druſius libro VI. Præteritorum. (*ad Cap. VII. I ad Corinth. Epiſt.* v. 17. *pag.* 225. *edit.* 1632.) Neque vero commune omnibus Ægyptiis fuit circumcidi ut Judæis: quod vel Appionis hominis Ægyptii exemplo, apud Joſephum * diſcas. Phœnicas Herodotus haud dubie pro Idumæis dixit: ut & Ariſtophanes Avibus, (v. 507.

---

* Ad id ſine dubio *Grotius* digitum intendit, quod *Lib. II. adv. Appionem fol.* 1069. *Opp.* de Appione refert *Joſephus:* eum neceſſario circumciſum blaſphemiæ erga patrias leges pœnam dediſſe. Περιετμήθη γὰρ inquit, ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης, καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν: *Etenim neceſſario circumciſo, circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expiravit.*

tus, 71 Diodorus, 72 Strabo, 73 Philo Byblius:

507. *totius Com.*) ubi Ægyptios & Phœnicas ψωλοὺς vocat. Ammonius de Verborum differentiis: (*voce* Ἰδουμαῖοι.) Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι. *Idumæi non ab origine Judæi, ſed Phœnices ac Syri.* Æthiopes autem illi qui circumciſi ſunt ex Cethuræ erant poſteris, ut jam dicemus. Colchi & eorum vicini ex decem ſunt tribubus, quas tranſtulit Salmanaſar. Inde in Thraciam quidam venere. Scholiaſtes ad Ariſtophanis Acharnenſes. (*Ad v.* 155. *Act. I. Scen. IV.*) Ὀδόμαντων ἔθνος Θρᾳκικόν. Φασὶ δὲ αὐτοὺς Ἰουδαίους εἶναι. *Odomantum gens eſt Thracica. Dicuntur autem eſſe Judæi.* Ubi Judæos intellige improprie, Hebræos, ut ſæpe. Ab Æthiopibus trans Oceanum circumciſio venit in Novum orbem, ſi vera ſunt quæ de eo more reperto in variis ejus orbis locis narrantur.

71 *Diodorus.*) Libro I. (*Sect. II. fol.* 50.) de Colchis. Ὅτι δὲ τοῦτο τὸ γένος Αἰγυπτιακόν ἐστι, σημεῖον εἶναι τὸ περιτέμνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους παραπλησίως τοῖς κατ' Αἴγυπτον, διαμένοντος τοῦ νομίμου παρὰ τοῖς ἀποίκοις, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. *Gentem hanc ab Ægyptiis ortam argumento ſit, quod circumciduntur & ipſi more Ægyptiorum, quorum mos in hac colonia manſit, ut & apud Judæos.* Cum Hebræi ab antiquo circumciſi ſint, nihilo magis oſtendit circumciſio Colchos illos ab Ægyptiis eſſe, quam quod nos diximus, ab Hebræis. Idem libro III. (*fol.* 165.) Troglodytas circumciſos narrat, Æthiopum ſcilicet partem.

72 *Strabo.*) Libro XVI. (*fol.* 533.) de Troglodytis: Εἰσὶ δὲ περιτετμημένοι τινὲς καθάπερ Αἰγύπτιοι. *Sunt horum quidam circumciſi, ut Ægyptii.* In eodem libro (*fol.* 524.) περιτομὰς tribuit Judæis.

73 *Philo Byblius.*) In fabula de Saturno, apud Euſebium lib. I. cap. 10. (*fol.* 38.)

 74 *Orta*

blius: præbent etiam nunc 74 ortæ ab Abrahamo gentes, non Hebræi tantum, ſed 75 Idumæi, 76 Iſmaëlitæ, 77 &

74 *Ortæ ab Abrahamo gentes.*) Cui Abrahamo primo omnium datum circumciſionis præceptum etiam Theodorus docuit in Carmine de Judæis, unde hos verſus nobis Euſebius dedit lib. IX. Præparationis Evangelicæ cap. XXII.

Ὅς ποθ' ἑῆς πάτρης ἐξήγαγε δῖον Ἀβραάμ,
Αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κέλετ' ἀνέρα παιδὶ συνοίκῳ
Σάρκ' ἀποσυλῆσαι πόσθης ἄπο, καὶ ῥ' ἐτέλεσσεν.

*Qui ſanctum patriis Abrahamum eduxit ab oris,*
*Idem ipſum totamque domum genitalia ferro*
*Tegmina præcepit præcidere; paruit ille.*

75 *Idumæi.*) Ab Eſavo ita dicti, qui Οὔσωος Philoni Biblio. (*apud Euſebium Lib. I. Præp. Ev. Cap.* 10. *fol.*35.) Ei enim alterum nomen erat Edom, quod Græci Ἐρυθρᾶν tranſtulere, unde dictum mare Erythræum: quippe eo usque pervenit vetus Eſavi poſterorumque ejus imperium. Originis ignari eos cum Phœnicibus, ut modo dixi, confuderunt. Ammonius (*de Different. Verborum voce*: Ἰδουμαῖοι) Idumæos circumciſos ait, ut & Juſtinus Dialogo cum Tryphone, (*fol.* 245. *ſeq. Opp.*) & Epiphanius contra Ebionæos. (*Hæreſi XXX. num.* 33.) Horum pars Homeritæ, quos ſuo etiam tempore circumciſos docet nos Epiphanius contra Ebionæos. (*loc. cit.*)

76 *Iſmaelitæ.*) Circumciſi hi ab antiquo, ſed eo ætatis anno quo Iſmael. Joſephus lib. I. c. 12. & 13. Τίκτεται δὲ παῖς ἑκατοστῷ τῷ ὑστάτῳ ἔτει. ὃν εὐθὺς μετ' ὀγδοὴν ἡμέραν περιτέμνουσι, κἀξ ἐκείνου μετὰ τοσαύτας ἔθος ἔχουσιν οἱ Ἰουδαῖοι ποιεῖσθαι τὰς περιτομάς. Ἄραβες δὲ μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον· Ἰσμαῆλος γὰρ ὁ κτίστης αὐτῶν τοῦ ἔθνους, Ἀβραάμου γενόμενος ἐκ τῆς παλλακῆς, ἐν τούτῳ περιτέμνεται τῷ χρόνῳ. *Naſcitur Abrahamo & Saræ anno ſæculi ſui ultimo puer,*

quem

77 & alii. Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi

*quem ipſo die octavo circumcidunt: quem diem etiam nunc Judæi in circumcidendis liberis obſervant. At Arabes circumciduntur poſt annum ætatis tertium & decimum. Nam princeps eorum generis Iſmaelus ea ætate circumciſus eſt, filius & ipſe Abrahami, ſed ex ancilla.* Origenes in pulchra diſſertatione contra Fatum, quæ & apud Euſebium exſtat Lib. vi. (*Præparat. Evang.*) c. 11. (*fol.* 293.) & in collectione Græca cui φιλοκαλίας (*Cap. XXIII. pag.* 77.) nomen: οὐκ οἶδ᾽ ὅπως διηγήσονται σῶσαι τὸ τῶν μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ σχεδὸν πάντων τοιόνδε εἶναι τὸν σχηματισμὸν ἐπὶ τῆς γενέσεως, ὡς ὀκταήμερον αὐτοὺς λαβεῖν περιτομὴν ἀκρωτηριαζομένους καὶ ἑλκουμένους, καὶ φλεγμονῇ περιπειρομένους καὶ τραύματι, καὶ ἅμα τῇ εἰς τὸν βίον εἰσόδῳ, ἰατρῶν δεομένους· τῶν δὲ ἐν Ἰσμαηλίταις τοῖς κατὰ τὴν Ἀραβίαν τοιόνδε, ὡς πάντας περιτέμνεσθαι τρισκαιδεκαέτεις· τοῦτο γὰρ ἱστόρηται περὶ αὐτῶν. *Neſcio quomodo defendere hoc poſſint, iis qui in Judæa naſcuntur prope omnibus talem eſſe poſituram ſiderum naſcentibus, ut octavo die debeant circumcidi, mutilari, ulcerari, vulnera & inflammationes incurrere, ac medici ope egere ſimul atque vitæ limen intraverint. At Iſmaelitis, qui in Arabia ſunt, talem eſſe poſituram ſiderum, ut circumcidendi ſint omnes ætatis anno tertio & decimo: id enim de iſtis proditum eſt.* Hos Iſmaelitas Epiphanius, contra Ebionæos diſputans, (*Hæreſ. XXX. num.* 30.) explicat Sarracenos: recte admodum. Semper enim hunc morem obſervarunt Sarraceni, & ab eis accepere Turcæ.

77 *Et alii.*) Nempe illi a Cethura, de quibus locus eſt egregius Alexandri Polyhiſtoris, apud Joſephum Lib. I. c. 16. quem & Euſebius adducit Præparationis Evangelicæ Lib. ix. c. 20.* Κλεόδημός φησιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ



* Locus hic ex *Joſepho* tranſſcriptus eſt, *Euſebii* enim ſermo in nonnullis diſcrepat.

phi hiſtoria Moſi conſonans 78 exſta-



ὁ καὶ Μαλχᾶς, ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ ὁ Μωϋσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ Χετούρας Ἀβραάμῳ ἐγένοιτο παῖδες ἱκανοί, λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα ὀνομάζων τρεῖς, Ἀφέρ, Ἀσούρ, Ἀφρᾶ· καὶ ἀπὸ Ἀσοὺρ τὴν Ἀσσυρίαν κεκλῆσθαι· ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφρᾶ τε καὶ Ἀφὶρ, πόλιν τε Ἄφραν καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὰν ὀνομασθῆναι· τούτους δὲ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην καὶ Ἀνταῖον. γήμαντα δὲ τὴν Ἀφρᾶ θυγατέρα Ἡρακλέα, γεννῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Διόδωρον· τούτου δὲ γενέσθαι Σοφῶνα, ἀφ' οὗ τοὺς Βαρβάρους Σοφακας καλεῖσθαι. *Cleodemus Propheta Malchas dictus in Libro de Judæis, eadem dicit quæ Moſes qui Judæis leges condidit, ex Chettura Abrahamo multos eſſe natos liberos, quorum tres ab ipſo nominantur Afer, Aſſur, Afra. Ab Aſſur dictam Aſſyriam. Ab aliis duobus Afra & Afer urbem Afram, terramque Africam. Hos Herculi commilites fuiſſe in Libyam & Antæum. Herculem autem cum Afræ duxiſſet filiam ex ea filium genuiſſe Dedorum nomine. Ex hoc natum Sophona, unde barbaros Sophacas dictos.* Hic cætera nomina exſcriptorum vitio, nec cum Moſe, nec inter ſe collatis Joſephi & Euſebii, quales habemus, codicibus congruunt. At Ἀφὶρ haud dubie eſt qui Moſi עפר. Herculem autem intellige non Thebanum, ſed multo antiquiorem Phœnicem; cujus & Philo Byblius meminit, Euſebio citatus in dicto ſæpe capite 10. Libri primi Præparationis Evangelicæ (*fol.* 38.) Is ipſe eſt Hercules cujus exercitum in Africam veniſſe Salluſtius in Jugurthino (*Cap. XVIII.*) commemorat. Videmus ergo unde Æthiopes, pars magna Afrorum, circumciſionem acceperint, quam & Herodoti habuerunt tempore, & nunc etiam qui eorum Chriſtiani ſunt, non ex religionis neceſſitate, ſed ex vetuſtiſſimi moris reverentia, retinent.

78 *Exſtabat olim apud Philonem Byblium ex Sanchuniathone*) Certe ad Abrahamum pertinere putat Scaliger quædam, quæ ex Philone Byblio nobis ſer-

bat olim apud Philonem Byblium ex Sanchuniathone, 79 apud Beroſum, 80 Hecatæum, 81 Damaſcenum,

varit Euſebius (*Præpar. Evang. Lib. I. Cap.* 10. *fol.* 38. & 40.) Ipſum vide in Auctuario ad Emendationem temporum. * Eſt tamen cur de eo dubitem.

79 *Apud Beroſum.*) Ejus verba ſervavit nobis Joſephus Antiquæ hiſtoriæ lib. I. cap. 8. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ, μέγας καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος. *Poſt cataclyſmum decima ſtirpe apud Chaldæos vir exſtitit juſtus & eximius, interque cætera cœleſtium peritus.* Hæc ad Abrahamum recte referri temporum ratio oſtendit.

80 *Hecatæum.*) Is librum de Abrahamo ſcripſit qui periit, ſed extabat Joſephi tempore. **

81 *Damaſcenum.*) Nicolaum illum virum illuſtrem, amicum & Auguſto & Herodi, cujus reliquias aliquot nuper accepimus beneficio viri Ampliſſimi Nicolai Peireſcii, in cujus morte & literæ & literati omnes damnum incredibile fecerunt. Ejus Nicolai Damaſceni verba hæc refert Joſephus dicto jam loco: Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τᾶς γῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνος Χαλδαίων λεγομένης, μετ᾽ οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταναστὰς, καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ, εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν, μετῴκησε, καὶ οἱ ἀπ᾽ ἐκείνου πληθήσαντες, περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα· τοῦ δὲ Ἀβράμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῇ τὸ ὄνομα δοξάζεται, καὶ κώμη ἀπ᾽ αὐτοῦ δείκνυται, Ἀβράμου οἴκησις λεγομένη. *Abrames in Damaſco regnavit, qui advena cum exercitu illuc venerat, ex ea regione quæ ſupra*



* Sive in *Notis ad veterum Græcorum Fragmenta ſelecta*, quæ Operi *de Emendatione temporum* ſubjiciuntur, *fol.* 48.

** Ceu ipſe teſtatur *Lib. I. Antiquit. Judaic. Cap.* 8.

num, 82 Artapanum, Eupolemum, Demetrium, partim & 83 apud vetuſtiſſimum Orphicorum ſcriptorem: exſtat & nunc

*ſupra Babylonem ſita, Chaldæorum dicitur. At non multo poſt tempore cum ſua multitudine etiam hinc emigrans pervenit in terram, quæ tunc Chananæa vocabatur, nunc Judæa dicitur, ubi & illi habitarunt qui ab eo orti ſunt plurimi, quorum res alibi memorabo. Abramæ autem in Damaſcena regione etiam nunc celebre eſt nomen, monſtraturque vicus qui ab eo dicitur Abramæ habitaculum.*

82 *Artapanum, Eupolemum, Demetrium.*) Habes quæ horum nomine ex Alexandro Polyhiſtore adfert Euſebius in Præp. lib. IX. cap. 16. 17. 18 21. 23. Loca ſunt longiora, quam ut huc tranſcribam. Ante Euſebium nemo eſt, qui ea produxerit. Sed ex altari in Bethel ab Jacobo ſtructo, de quo agitur Gen. XXXV. venit fabula τῶν Βαιτυλίων, quam ex Philone Byblio habet Euſebius lib. I. Præpar. cap. 10. (*fol.* 37.)

83 *Apud vetuſtiſſimum Orphicorum ſcriptorem.*) Certe enim de alio accipi iſta non poſſunt, quæ apud Clementem Alexandrinum Strom. V. (*fol.* 607.) & Euſebium libro XIII. capite 12. legimus:

*Οὐ γὰρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα*
*Εἰ μὴ μουνογενὴς τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν*
*Χαλδαίων, ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης,*
*Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει*
*Κυκλοτερὲς, ἐν ἴσῳ τε κατὰ σφέτερον κνώδακα.*

*Nemo illum vidit mortalia cuncta regentem,*
*Unicus ille niſi Chaldæo ſanguine cretus:*
*Norat enim Solis qua ſe aſtrum lege rotaret,*
*Et circum terram magnus ſe volveret orbis*
*Æqualisque teresque, intus ſita circumplectens.*

Ubi Abrahamus μουνογενὴς ſic dicitur, ut apud Eſaiam LI. 2. אחד Ex cognitione autem ſiderum celebratus

nunc aliquid 84 apud Juſtinum ex Trogo Pompeio. 85 Apud eosdem ferme omnes exſtat & Moſis actorumque ipſius memoria. 86 Nam & aqua extractum, & duas à Deo tabulas ei datas, Orphica carmina diſerte

bratus Abrahamus etiam Beroſo, ut jam audivimus. Eupolemus apud Euſebium (*Lib. IX. Præparat. Evang. Cap. XVII.*) de eodem: Οἱ δὲ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὴν Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν. *Hunc repertorem fuiſſe & ſcientiæ ſideralis & diſciplinæ inſuper Chaldaicæ.*

84 *Apud Juſtinum ex Trogo Pompeio.*) Lib. xxxvi. cap. 2. (§. 1. & 4.) *Judæis origo Damaſcena, Syriæ nobiliſſima civitas. Poſt Abrahamum & Iſrael Reges fuere.* Reges hos ut Nicolaus, ſic Trogus Pompeius dixere, quod in ſuis familiis jus regium obtinuerint. Itaque & Χριστοὶ vocantur Pſ. cv. 15.

85 *Apud eosdem ferme omnes exſtat & Moſis actorumque ejus memoria.*) Vide Euſebium dicto lib. ix. c. 26. 27. 28. Quæ ex Tragico Judæo Ezechiele ibidem citantur, vera ſunt, & partem eorum habes apud Clementem Alexandrinum Strom. I. (*fol.* 344. *ſeq. Opp.*) qui ex myſtarum libris adfert Ægyptium à Moſe verbis occiſum: & Strom. v. (*verius eod. Lib. I. fol. cit.*) ex Artapano quædam habet ad Moſem pertinentia, ſed non ſatis ex vero. Juſtinus ex Trogo Pompeio (*Lib. & Cap. jam citato* §. 13.) de Moſe: *Dux igitur exſulum factus, ſacra Ægyptiorum furto abſtulit; quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempeſtatibus compulſi ſunt: itaque Moſes Damaſcena, antiqua patria repetita, Montem Sinan occupat:* & quæ ſequuntur vera falſis mixta. Ubi Arvas apud eum ſcribitur, Arnas legendum eſt. Is eſt Aaron, non filius, ut hic exiſtimavit, ſed frater Moſis & Sacerdos.

86 *Nam & aqua extractum & duas à Deo tabulas ei datas Orphica carmina diſerte memorant.*) Ille quidem ea emendavit maximus

diſerte memorant. His [87] adde Polemonem, [88] & de exitu ex Ægypto non pauca

ximus Scaliger, * qui litera vicini admodum ductus mutata, pro eo quod ex Ariſtobulo Euſebius Præparationis Evangelicæ libro XIII. cap. 12. citat ὑλογενὴς, legere nos juſſit ὑδογενὴς, ut verſus ſic habeant,

> Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξεν,
> Ἐκ Θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.
>
> *Ut veterum fama eſt, ut juſſit flumine natus,*
> *Dona Dei tabulas geminas qui ſenſibus hauſit.*

Subjungit autem hæc, quisquis ille fuit vetuſtiſſimus ſcriptor Orphicorum, poſtquam dixerat unum Deum eſſe colendum rerum omnium artificem ac moderatorem.

87 *Adde Polemonem.*) Videtur is vixiſſe temporibus Ptolemæi Epiphanis, qua de re vide utiliſſimum Viri Cl. Gerardi Voſſii de Græcis hiſtoricis librum. (*Lib. I. Cap. XIIX. p.* 119. *ſeqq.*) Africanus hiſtorias Græcas ab eo ſcriptas ait, qui idem liber eſt quem Ἑλλαδικὸν vocat Athenæus. (*Lib. XI. Deipnoſoph. fol.* 479.) Sunt autem ejus hæc verba: Ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίου στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ λεγομένῃ Συρίᾳ οὐ πόῤῥω Ἀραβίας ᾤκησαν. *Regnante Apide Phoronei filio pars exercitus Ægyptiaci Ægypto exiit, habitaruntque illi in ea Syria quæ Palæſtina dicitur, ab Arabia non longe.* Sicut Polemonis locum Africanus, ita Africani ſervavit in Chronicis (*Lib. I. fol.* 26.) Euſebius.

88 *Et de exitu ex Ægypto non pauca ex Ægyptiis Manethone, Lyſimacho, Chæremone,*) Loca ſunt apud Joſephum contra Appionem (*Lib. I. fol.* 1052. *ſeqq. Opp.*) plena mendaciis, utpote profecta à gente ſemper Judæis infeſtiſſima, unde & ſua hauſit Tacitus *Hiſtor.*

* Conf. ejus *Notas in veterum Græcorum fragmenta ſelecta*, quæ Operi *de Emendatione temporum* junguntur, *fol.* 48.

ca ex Ægyptiis, Manethone, Lyſimacho, Chæremone. Neque vero cuiquam prudenti credibile fiet Moſem, 89 qui non Ægyptios tantum hoſtes habebat, ſed & plurimas gentes alias, 90 Idumæos, 91 Arabas, 92 Phœnicas; vel de Mundi ortu & rebus antiquiſſimis ea auſum palam prodere, quæ aut aliis ſcriptis prioribus revinci poſſent, aut pugnantem ſibi haberent

(*Hiſtor. Lib. V. Cap. II. & III.*) Apparet autem ex his omnibus, inter ſe collatis, Hebræos ab Aſſyriis ortos, parte Ægypti potitos, ibi paſtoralem egiſſe vitam: ſed operis poſtea ſervilibus preſſos, exiiſſe Ægypto, Ægyptiis etiam quibusdam ipſos comitantibus Moſe duce, perque Arabum terras poſtremo perveniſſe in Syriam Palæſtinam, ibique inſtituta eos ſecutos Ægyptiorum inſtitutis contraria. Cæterum quomodo in his quæ huic hiſtoriæ adſperſere mendaciis ſcriptores Ægyptii inter ſe, quidam & ſecum ſinguli pugnent, quotque illa ſæculis ab antiquitate Moſis librorum vincantur, egregie oſtendit in illo libro eruditisſimo Joſephus. (*loco cit. & Lib. II. fol.* 1060. *ſeqq.*)

89 *Qui non Ægyptios tantum hoſtes habebat.*) A quibus cum vi abſceſſerant: quorum inſtituta reſcideraut Judæi. De odio Ægyptiorum implacabili adverſus Hebræos, vide Philonem, tum contra Flaccum, (*fol.* 969. *Opp. &* 971. *ſeq.*) tum in Legatione: (*fol.* 1008. *ſeqq.* 1017. *ſeqq. Opp.*) ac Joſephum in utroque contra Appionem libro. (*Lib. I. fol.* 1051. *Lib. II. fol.* 1062. *& alibi.*)

90 *Idumæos.*) Heredes veteris odii inter Jacobum & Eſavum, ad quod nova acceſſit cauſa, cum Hebræis Idumæi tranſitum negarunt. Num. xx. 14.

91 *Arabas*) Illos, ſcilicet, ab Iſmaële ortos.

92 *Phœnicas.*) Chananæos ſcilicet vicinasque gentes,

rent perſuaſionem veterem atque communem: vel de ſui temporis rebus ea prædicaſſe, quæ viventium multorum teſtimoniis poſſent refelli. Meminerunt Moſis & 93 Diodorus Siculus, 94 & Strabo, 95 &

gentes, in quos Hebræis bellum æternum.

93 *Diodorus Siculus.*) Is libro I. (*fol.* 48.) agens de iis, qui Deos auctores ſuis legibus inſcripſerint, addit: *παρὰ Ἰουδαίοις δὲ Μωσῆν τὸν Ἰαὼ ἐπικαλούμενον Θεόν. Ut Moſes qui apud Judæos Deum, qui Iao vocatur.* Ubi Ἰάω eſt יְהֹוָה, quod eodem modo extulere & oracula & Orphica antiquis memorata, & hæretici Baſilidiani aliique Gnoſtici. Idem nomen Tyrii, ut ex Philone Biblio (*apud Euſebium Lib. I. Præp. Ev. Cap.* 10. *fol.* 31.) diſcimus, extulere Ἰευὼ, alii Ἰαοὺ, ut apud Clementem Alexandrinum (*Strom. Lib. V. fol.* 562. *Opp.*) eſt: Samaritani Ἰαβαὶ, ut apud Theodoretum * legimus. Nimirum Orientis populi iisdem vocibus alii alias tribuebant vocales, unde in propriis nominibus Veteris Teſtamenti tanta diverſitas. Eſſe in hac voce τοῦ ὄντος ſignificationem vere dictum Philoni. (*loc. Clementis Alex. cit.*) Præter Diodorum qui Moſis meminerint, Paræneſis ad Græcos, (*fol.* 9. & 10. *Opp. Juſtini Martyr.*) quæ Juſtino adſcribitur, nominat Polemonem, Appionem, Ptolemæum Mendeſium, Hellanicum, Philochorum, Caſtorem, Thallum, Alexandrum Polyhiſtorem. Quosdam horum & Cyrillus contra Julianum libro I. (*fol.* 15.)

94 *Et Strabo.*) Locus eſt libro ejus XVI. (*fol.* 523.) ubi quod Ægyptium Sacerdotem Moſem fuiſſe putat, ab Ægyptiis habet ſcriptoribus, ut ex Joſepho apparet. Addit deinde, dogmata ejus

* *Quæſt. XV. in Exod. Tom. I. Opp. fol.* 86. ubi Ἰαβὲ & *Lib. V. Hæret. Fabul. Cap. III. de Spiritu S. fol.* 760. *Tom. IV.* ubi Ἰαβαὶ id expreſſum videbis.

95 & Plinius, 96 Tacitus quoque, 97 & poſt

ejus non ſine aliquo errore deſcribens: Συνεξῆραν αὐτῷ πολλοὶ τιμῶντες τὸ θεῖον· ἔφη γὰρ ἐκεῖνος καὶ ἐδίδασκεν, ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι θηρίοις εἰκάζοντες καὶ βοσκήμασι τὸ Θεῖον, οὐδ' οἱ Λίβυες· οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ οἱ Ἕλληνες, ἀνθρωπομόρφους τυποῦντες. εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὃ καλοῦμεν οὐρανὸν καὶ κόσμον καὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν. τούτου τίς ἂν εἰκόνα πλάττειν θαρρήσειε νοῦν ἔχων ὁμοίαν τινὶ τῶν παρ' ἡμῖν; ἀλλ' ἐᾶν δεῖν πᾶσαν ξοανοποιίαν τέμενος ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον τιμᾶν ἕδους χωρίς. *Aſſirmabat ille, docebatque non recte ſentire Ægyptios, qui ferarum pecorumque imagines numini tribuerent: ſed nec Afros & Græcos qui humanas. Nihil aliud eſſe Deum, quam unum illud, quod nos cunctos terramque & mare contineret, quod cœlum dicimus & mundum rerumque naturam. Huic, ajebat, quis prudens audeat fingere imaginem rebus, quæ apud nos ſunt, ſimilem? Abſtinendum ergo ab omni ſimulacrorum effictione: ſed ſtructo templo inque eo adyto quam magnificentiſſimo, ibi ſine ulla figura colendum Deum.* Addit viris bonis id perſuaſum. Addit inſtituta ab eo ſacra & ritus nec impenſis gravia, nec lymphatico furore odioſa. Narrat circumciſionem, cibos vetitos, alia: & cum oſtendiſſet hominem natura ſua animal eſſe ſocietatis civilis appetens, ad eam ducere præcepta humana ac divina, divina vero efficacius.

95 *Et Plinius.*) Libro XXX. cap. I. *Eſt & alia magices factio à Moſe.* Juvenalis (*Satyra XIV.* v. 101.)

*Judaicum ediſcunt & ſervant & metuunt jus,*
*Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.*

96 *Tacitus quoque.*) Hiſtor. V. (*Cap. III.* §. 2.) ub juxta Ægyptiorum fabulas *Unus exſulum* dicitur.

97 *Et poſt eos Dionyſius Longinus.*) Vixit is tempore Aureliani Imperatoris, gratus Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ. Is in libro de ſublimi dicendi genere, (*Sect. VII.* p. 35. *edit. Oxonienſ.*) cum

poſt eos Dionyſius Longinus de ſermonis ſublimitate: Jamnis autem & * Mambris, qui in Ægypto Moſi reſtiterunt, 98 præter Thal-

cum dixiſſet de Deo loquentes curare debere, ut eum nobis magnum ſincerumque & impermiſtum exhibeant: *Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ, ἐπειδὴ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε κἀξέφηνεν, εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων· εἶπεν ὁ Θεός, φησί· τί; γενέσθω φῶς· καὶ ἐγένετο. γενέσθω γῆ· καὶ ἐγένετο.* *Sic egit & is qui Judæis leges condidit, vir minime vulgaris ingenii, ut qui Dei poteſtatem digne & conceperit & elocutus fuerit, ſtatim in principio legum hæc ſcribens: Dixit, ait, Deus. Quid? Fiat lux: & facta eſt. Fiat terra: & facta eſt.* Chalcidius multa ex Moſe habet, & de eo ſic loquitur: (*Comment. in Timæum Plat. pag.* 372.) *Sapientiſſimus Moſes, non humana facundia, ſed divina, ut ferunt, inſpiratione vegetatus.*

98 *Præter Thalmudicos.*) In Gemara titulo de Oblationibus, cap. Omnes oblationes Synagogæ. (*ſeu Cod. Menachoth Cap. IX. fol.* 85. *col.* 1.) Adde Tanchuma ſive Ilmedenu. ** Dicuntur ibi principes Magorum

* Diſputant viri docti, quæ accuratior ſit ſcriptura: *Mambres*, an *Jambres*? Conf. *Jo. Alb. Fabricii Codicem Pſeudepigr. V. T. num. CLI. pag.* 816. & *Codicem Apocryph. N. T. Part. I. ad Evangelium Nicodemi pag.* 250. Apud quos ſacri N. Teſt. codicis, qui *II. Tim. III.* 8. nomina magorum illorum recenſet, *Origenis* aliorumque autoritas quid valet, *Jambres* iſtam vocem efferunt. Id ego ſcire percuperem, ad cujus editionis ductum *Grotius* in *Euſebiano* textu Μαμβρῆς heic exhibeat. Noſtra enim *Vigeriana* editio non modo, ſed ceteræ quoque, quas laudat *Fabricius loc. cit.* in voce Ἰαμβρῆς ſingulæ conſpirant.

** Male *Grotius* ita hunc commentarium allegat, quod etiam

Thalmudicos, 99 Plinius & 100 Apuleius. Legis ipſius per Moſem datæ, ac rituum,

gorum Pharaonis, & colloquium eorum cum Moſe refertur. Accedat Numenius lib. III. De Judæis. Verba ejus profert Euſebius Lib. VIII. (*potius IX.*) cap. 8. Τὰ δ' ἑξῆς Ἰαμνῆς καὶ Μαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου· Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατατάτῳ οἱ παραστῆναι, ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν, τῶν τε συμφορῶν ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί. *Deinceps vero Jamnes & Mambres ſacrorum ſcribæ Ægyptii, magicis artibus præſtare crediti, quo tempore exacti ſunt ex Ægypto Judæi. Nam qui ab omni Ægyptiorum multitudine electi ſunt, ut Muſæo reſiſterent Judæorum duci, viro precibus apud Deum potentiſſimo, hi fuere, ac graviſſimas calamitates à Muſæo in Ægyptum invectas eorum omnibus depellere quiverunt.* Ubi Moſem voce vicina & Græcis uſitata Muſæum vocat, ſicut alii Jeſum Jaſona, Saulum Paulum. Ad eumdem Numenii locum nos remittit Origenes adverſus Celſum IV. (*pag.* 198. *ſeq.*) Artapanus apud eumdem Euſebium lib. IX. c. 27. hos vocat τοὺς ἱερεῖς ὑπὲρ Μέμφιν, *Sacerdotes ſupra Memphim*, quibus à rege ait mortem indictam, ni paria Moſi patrarent.

99 *Plinius.*) Dicto jam loco. (*vid. not.* 95. *p.* 93.)

100 *Apuleius.*) Apologetico

etiam *Druſius* in quibusdam locis fecit. *Ilmedenu* plane nihil ſignificat. Sed, quoniam auctor ſæpius incipit ילמדנו *docebit nos*, inde vocatur ita, quod melius exprimitur *Jelammedenu.* Commemorantur vero nomina Magorum Ægypti ibi in *Sect.* כי תשא Conf. *Jo. Buxtorfii Lexicon Chald. Talmud. col.* 945. *ſeq. Jo. Alb. Fabricius Codice Pſeudepigr. V. T. n. CLI. pag.* 813. *ſeqq.* W.

um, 101 tum alibi nonnulla exſtant, 102 tum apud Pythagoricos plurima. Vete-

getico ſecundo. (*pag.* 331. *Opp.*)

101 *Tum alibi nonnulla exſtant.*) Ut apud Strabonem (*Lib. XVI. f.* 523. *ſeq.*) Tacitum (*Hiſt. Lib. V. Cap. IV. & V.*) Theophraſtum, productum a Porphyrio de non edendis animalibus ſecundo, (*pag.* 167.) ubi de ſacerdotibus & holocauſtis; & quarto ejusdem operis, (*pag.* 380. *ſeqq.*) ubi de vetitis edi tum piſcibus, tum animantibus aliis. Vide & Hecatæi locum apud Joſephum primo contra Appionem, (*fol.* 1048. *ſeq. Opp.*) & apud Euſebium in Præpar. lib. IX. c. 4. Legem vitandæ conſuetudinis alienigenarum habes in Juſtini (*Lib. XXXVI. Cap. II.* §. 15.) Tacitique (*Hiſt. Lib. cit. Cap. V.* §. 2. 3.) hiſtoria: de ſuilla non edenda apud Tacitum, (*Loc. cit. cap. IV.* §. 3.) Juvenalem, (*Satyra XIV.* v. 98.) Plutarchum Sympoſ. IV. cap. 5. Macrobium * ex antiquis. Apud Plutarchum dicto loco & Levitas & σκηνοπηγίας reperies.

102 *Tum apud Pythagoricos plurima.*) Hermippus vita Pythagoræ, citatus ab Joſepho adverſus Appionem II. (*verius I. fol.* 1046.) Ταῦτα δὲ ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰουδαίων καὶ Θρακῶν δόξας μιμούμενος καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. ἀληθῶς γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ μετήνεγκε φιλοσοφίαν. *Hæc faciebat dicebatque Judæorum ac Thracum opiniones imitans & ſibi vindicans. Vere enim vir ille multa Judæorum inſtituta in ſuam philoſophiam tranſtulit.* Τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι, abſtinere morticinis, inter Pythagoræ præcepta ponit Hierocles, (*Commentar. in aur. Carmin. Pythagoræ ad v.* 67. *ſeqq. pag.* 298. *edit. Londinenſ.* 1654.) Porphyrius epiſtola

---

* Niſi ad facete dictum *Auguſti: Melius eſt, Herodis porcum eſſe quam filium*, quod *Macrobius Lib. II. Saturnal. Cap.* 4. refert, reſpexerit *Grotius*, vix erit, quod alibi in *Macrobio* hac de re quæras.

epiſtola ad Anebonem, * & Ælianus lib. IV. (*Cap. XVII.*) id eſt ex Levit. VII. 15. (24.) Deut. XIV. 21. Θεῦ τύπον μὴ ἐπιγλύφε δακτυλίῳ, ex Pythagora eſt apud Malchum ſive Porphyrium ** Hortatione ad Philoſophiam, & apud Diogenem Laërtium; (*Lib. VIII. de Vit. Philoſ. Segm.* 17.) id ex Decalogi eſt præcepto ſecundo. Quod non poſuiſti ne tollas, inter Judaica ponit Joſephus contra Appionem libro altero, (*fol.* 1075.) inter Pythagorica Philoſtratus. *** Jamblichus: (*de Vita Pythagoræ Cap. XXI. num.* 99.) ἥμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν, *arbor mitis & frugifera ne corrumpatur, neve ei noceatur:* ex Deut. XX. 19. Non transeundum locum ubi

G asinus

---

* Reliquiæ illæ, quas ex *Porphyrii ad Anebonem Ægyptium Epiſtola* ad nos transmiſerunt *Euſebius Præparat. Evang. Lib. III. Cap.* 4. & 7. *Lib. V. Cap.* 7. & 10. *Lib. XIV. Cap.* 10. *Theodoretus Therapeut. Serm. I.* ac *III. fol.* 472. *ſeq.* & 517. *ſeq. Tom. IV. Opp. Cyrillus Lib. IV. contra Julianum fol.* 125. nihil hujus rei continent; neque *Thomas Gale*, qui *Epiſtolam* iſtam, in unum conflatam *Jamblicho de Myſteriis Ægyptiorum* A. MDCLXXVIII. Oxonii edito præmiſit, eandem exhibet.

** Loco *Malchi* ſeu *Porphyrii Jamblichus* laudandus fuiſſet. Hic enim Προτρεπτικοὺς λόγους εἰς Φιλοσοφίαν, *Hortationes ad Philoſophiam* ſcripſit, quarum *Cap. XXI. num.* 23. inter Symbola Pythagoræ præceptum illud habetur.

*** *Philoſtratus* minus recte in partes heic vocatur, quippe qui nullibi Pythagoricum iſtud dogma profiteatur. Quin juſte ambigeres: num id unquam docuerit *Pythagoras*, cum & ceteri, qui de rebus ipſius litteris aliquid conſignarunt, ſcriptores ſileant, & ex *Diog. Laertii Lib. I. de Vit. Philoſ. Segm.* 57. conſtet, *Solonem* inter alia præcepiſſe: Ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ: *Quæ non poſuiſti, ne tollas.*

103 Veteribus Judæis inſigne & religionis & juſtitiæ teſtimonium perhibent, & Strabo, & ex Trogo Juſtinus: ita ut jam, quæ de Joſua, aliisque, aut reperiuntur, aut reperta olim ſunt, Hebræorum libris conſentientia, adferre ne opus quidem ſit; cum qui Moſi fidem habeat, quæ, niſi inverecunde admodum, negari ei non poteſt, is omnino crediturus ſit eximia olim prodigia à Deo edita: quod hic præcipue ſpectamus. Poſteriorum vero temporum mira-

aſinus in genua ſederit, Pythagoræ tribuit is quem dixi Hermippus. (*loco apud Joſephum cit.*) Origo ex hiſtoria quæ eſt Num. XXII. 27. Platonem quoque multa ex Hebræis ſumpſiſſe agnoſcebat Porphyrius, ut Theodoretus notat ſermone contra Græcos I. (*fol.* 466. *Tom. IV. Opp.*) Partem eorum videbis in Præparatione Euſebii. (*Lib. XI. Cap.* 8. 9. 10. 11. *ſeqq. Conf. & Lib. IX. Cap.* 6.)

103 *Veteribus Judæis inſigne & religionis & juſtitiæ teſtimonium perhibent & Strabo & ex Trogo Juſtinus.*) Strabo quidem lib. XVI. (*fol.* 524.) poſt Moſis hiſtoriam: Οἱ δὲ διαδεξάμενοι χρόνους μέν τινας ἐν τοῖς αὐτοῖς διέμενον δικαιοπραγοῦντες καὶ εὐσεβεῖς, ὡς ἀληθῶς, ὄντες. *Succeſſores hero ad aliquod tempus in iisdem inſtitutis manſere, juſti vereque religioſi.* Idem paulo ante (*fol.* 523.) eos qui Moſi crediderant ait fuiſſe τιμῶντας τὸ θεῖον, *Dei reverentes*, εὐγνώμονας, *æqui amantes.* Juſtinus vero ſic lib. XXXVI. c. 2. *Quorum* (Regum ſcilicet & Sacerdotum) *juſtitia religione permixta, incredibile quantum coaluere.* Ariſtoteles quoque magnum ſapientiæ & eruditionis teſtimonium Judæo, quem viderat, præbuit, Clearcho teſte libro ſecundo de Somno, quem ex-

miracula, puta 104 Eliæ, Eliſæi & aliorum, eo minus conficta cenſeri debent, quod illis temporibus & innotuiſſet jam magis Judæa, & ob diverſitatem religionis in magno eſſet odio vicinorum, quibus facillimum fuiſſet refellere naſcentem mendacii famam. Jonæ hiſtoria, qui triduo intra cetum fuerit, 105 eſt apud Lycophronem, & Æneam Gazæum; niſi quod ſubjectum eſt nomen Herculis, in cujus claritatem referri ſolitum quicquid ubique magnificum

exſcripſit Joſephus. * Tacitus (*Hiſtor. Lib. V. Cap. V. ſ. 8.*) inter multa falſa hoc vere, coli ab Judæis, *ſummum illud & æternum, neque mutabile neque interiturum*, id eſt Deum, ut de iiſdem Judæis agens Dio Caſſius (*Hiſt. Rom. Lib. XXXVII. fol. 37.*) loquitur, ἄῤῥητον καὶ ἀειδῆ, *qui nec voce exprimi, nec a nobis conſpici poſſit.*

104 *Eliæ.*) De cujus Prophetia Eupolemo ſcriptum librum dicit Euſebius Præp. lib. IX. c. 30. Ejuſdem locum de Jeremiæ Prophetiis profert eodem libro Euſebius c. XXXIX.

105 *Eſt apud Lycophronem.*) Verſus hi ſunt: (*Alexandra ſeu Caſſandra v. 33. ſeqq.*)

Τριεσπέρου λέοντος, ὅν ποτε
  γνάθοις
Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρ-
  χαρος κύων·
Ἔμπνους δὲ δαιτρὸς ἡπάτων
  φλοιδούμενος
Τινθῷ λέβητος, ἀφλογοῖς
  ἐπ' ἐσχάραις
Σμήριγγας ἐστάλαξε κω-
  δείας πέδῳ.

*Tribeſperi leonis, olim quem ſuis*
  *Malis vorabit ſæva Tritonis canis,*

 *Cum*

* Vide ejus *Lib. I. contra Apionem fol.* 1047. *Opp.* ubi tamen non ſecundum, ſed primum *Clearchi* de ſomno librum nominat, atque ex eo dicta adducit.

cum eſſet, 106 notatum Tacito. Certe Julianum, Judæorum, non minus quam Chriſtianorum hoſtem, hiſtoriæ evidentia coëgit fateri, & 107 viros divino ſpiritu afflatos vixiſſe inter Judæos, & 108 ad Moſis atque Eliæ ſacrificia ignem cœlitus delapſum. Ac ſane notandum in hac parte eſt,

*Cum vivus intra, ceu coquus, verſans jecur*
*Imo lebetis in ſine ignibus foco,*
*Sudore totum per caput madeſceret.*

Ad quem locum Tzetzes: Διὰ τὸ ἐν τῷ κήτει τρεῖς ἡμέρας ποιῆσαι: *quia per triduum intra cetum fuit.* Æneas Gazæus Theophraſto: (*pag. 72. ex recenſione Caſp. Barthii A.* 1653.) ὥσπερ καὶ Ἡρακλῆς ᾄδεται, διαρραγείσης τῆς νεὼς ἐφ' ἧς ἔπλει, ὑπὸ κήτους καταποθῆναι καὶ διασώζεσθαι. *Sicut Hercules narratur, fracta qua vehebatur nave, à ceto voratus & incolumis factus.*

106 *Notatum Tacito.*) (*de Mor. Germ. Cap.* 34.) Et Servio, (*ad VIII. Æn. Virgilii v.* 564.) tum Varrone, tum Verrio Flacco auctoribus.

107 *Viros divino ſpiritu afflatos vixiſſe inter Judæos.*) Libro III. apud Cyrillum (*fol.* 106.)

108 *Ad Moſis atque Eliæ ſacrificia ignem cœlitus delapſum.*) Julianus in libro Cyrilli decimo: (*fol.* 343.) Προσάγειν δὲ ἱερεῖα βωμοῖς καὶ θύειν παρῃτήσασθε· πῦρ γάρ, φησίν, οὐ κάτεισιν ὥσπερ ἐπὶ Μωσέως τὰς θυσίας ἀναλίσκον· ἅπαξ τοῦτο ἐπὶ Μωσέως ἐγένετο, καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου πάλιν μετὰ πολλοὺς χρόνους. *Aris admovere victimas & ſacrificare defugitis. Nempe quod ignis de cœlo non deſcendat ut Moſis tempore, & victimas conſumat. Atqui id ſemel tantum accidit ſub Moſe, & multo poſt tempore cum viveret Elias Thesbita.* Vide & ſequentia de igne cœleſti. Cyprianus Teſtimoniorum III. (*Capitulo* 101.) *Item in ſacrificiis quæcumque accepta habebat Deus, deſcendebat ignis de cœlo qui ſacri-*

eſt, non modo [109] ſupplicia gravia apud Hebræos conſtituta fuiſſe in eos, qui Prophetiæ munus falſo ſibi arrogarent; ſed [110] plurimos reges qui auctoritatem ſibi eo modo conciliare poterant, plurimos viros eruditiſſimos, [111] qualis Eſdras, atque alii, numquam auſos eum ſibi honorem arrogare, [112] nec aliquot ſæculis quemquam ante Jeſu tempora. Multo vero minus imponi populo tot millium potuit in aſſeveratione prodigii quaſi perpetui ac publici; id eſt, [113] oraculi ejus, quod ex pectorali

*ſacrificata conſumeret*, Menander autem in Phœnicum hiſtoria meminerat ſummæ illius ſiccitatis, quæ Elia florente contigit, id eſt, regnante apud Tyrios Ithobalo. Vide Joſephum Antiquæ hiſtoriæ Libr VIII. cap. 7.

109 *Supplicia gravia apud Hebræos conſtituta fuiſſe in eos, qui Prophetiæ munus falſo ſibi arrogarent.*) Deut. XIII. 5. XVIII. 20. & ſeqq.

110 *Plurimos Reges.*) Nemo id auſus poſt Davidem.

111. *Qualis Eſdras.*) Ad illa tempora adſcribere ſolent Hebræi: *Hactenus Prophetæ, jam incipiunt Sapientes.*

112 *Nec aliquot ſæculis quemquam ante Jeſu tempora.*) Itaque libro I. Maccab. IV. 46. legimus contaminati altaris lapides ſepoſitos ſeorſum, μέχρι τοῦ παραγενηθῆναι προφήτην τοῦ ἀποκριθῆναι περὶ αὐτῶν. *Donec veniret Propheta qui de iis reſponderet.* Ejuſdem libri cap. IX. 27. Καὶ ἐγένετο θλῖψις μεγάλη ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἥτις οὐκ ἐγένετο ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας οὐκ ὤφθη προφήτης αὐτοῖς. *Facta eſt tribulatio magna in Iſraël, quæ non eſt facta à qua die non eſt viſus Propheta eis.* Idem legis in Thalmude, titulo de Synedrio.

113 *Oraculi ejus, quod ex pectorali ſummi Pontificis effulgebat.*) Vide Exodi

 XXVIII.

ctorali ſummi Pontificis efſulgebat: quod duraſſe ad excidium usque templi primi, tam firme à Judæis omnibus ſemper creditum eſt, ut neceſſe omnino ſit, eorum majores id habuiſſe compertiſſimum.

§. XVII.

xxviii. 30. Levit. viii. 8. Num. xxvii. 21. Deut. xxxiii. 8. I. Sam. xxi. ii. (*forte* I. 2. *ſeqq.*) xxii. 10. 13. 15. xxiii. 2. 5. 9. 10, 11, 12. xxviii. 6. Adde Nehemiam vii. 65. Adde Joſephum Lib. iii. 9. (*potius Cap.* 8.) Hoc eſt ἐρώτημα δήλων apud Sirachidem xxxiii. 4.* Nam vox δῆλα proprie reſpondet Hebræo אורי[illegible], atque ita vertunt LXX. dictis locis Num. xxvii. 21. I. Sam xxviii. 6. & alibi δήλωσιν, ut Exodi xxviii. 26 Levit. viii. 8. תמי[illegible] vero iidem vertunt ἀλήθειαν. Imitati hoc, ſed ut pueri virorum res imitantur, Ægyptii. Diodorus Lib. I. (*Sect. II. fol.* 45.) in rebus Ægyptiorum deſcribit ἀρχιδικαστὴν ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου. *Summum judicem qui haberet de collo pendentem Veritatem.* Atque iterum poſtea: (*f.*68.) Συντάξεις δὲ τῶν ἀναγκαίων παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς μὲν δικασταῖς ἱκαναὶ πρὸς διατροφὴν ἐχορηγοῦντο· τῷ δ' ἀρχιδικαστῇ πολλαπλάσιοι· ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζῴδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον ἀλήθειαν· τῶν δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντο ἐπειδὰν τὴν τῆς ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθοῖτο. *Salaria ad victum reſque alias neceſſarias à Rege judicibus præbebantur; ampliſſima autem ſummo judici. Geſtabat is de collo pendens ex aurea catena ſimulacrum è pretioſis lapidibus, cui nomen*

* Ἐρώτημα δικαίων, non δήλων, apud Sirachidem & quidem §. 3. Cap. xxxiii. legitur. Capite autem xlv. 10. de δήλοις ἀληθείας ipſi ſermo eſt, id quod ad præſentem diſputationem omnino ſpectat.

## §. XVII. *Probatur idem, quod ſupra, ex prædictionibus.*

Huic ex miraculis argumento adfine eſt alterum ad probandam Dei providentiam non minus efficax, ex prædictionibus rerum futurarum, quæ apud Hebræos plurimæ exſtant, & apertiſſimæ: 1 ut de orbitate ejus, qui Hierichuntem reſtitueret: de exſcindendo per regem, Joſiam nomine, templo Bethelis, 2 trecentis & amplius annis

*men veritas. Cauſæ autem dictio tunc incipiebat, cum hoc veritatis ſimulacrum ſibi ſummus judex aptaſſet.* Ælianus variæ hiſtoriæ Lib xiv. cap. 24. Δικασταὶ δὲ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν· ἦν δὲ τούτων ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας, ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων καὶ ἀφειδέστατον. εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα, ἀλήθεια. *Apud Ægyptios qui judicabant, ſacerdotes erant. Eorumque princeps, qui ætate anteibat cæteros: is in omnes jus dicebat. Eum vero eſſe oportebat omnium & juſtiſſimum & parcentem nemini. Gerebat autem de collo imaginem ex ſapphiro, eaque imago veritas dicebatur.* Gemara Babylonica capite I. codicis Joma ait, in ſecundo Templo defuiſſe quæ in primo fuerant, Arcam cum propitiatorio & Cherubim: Ignem cœlitus lapſum: Schechina: Spiritum ſanctum: Urim & Thummim.

1 *Ut de orbitate ejus qui Hierichuntem reſtitueret.*) Confer Joſuæ vi. 26. cum I Reg. xvi. 34.

2 *Trecentis & amplius annis.*) CCCLXI. ut Joſephus putat Antiquæ hiſtoriæ Lib. x. cap. 5.

annis priusquam res eveniret. Sic 3 Cyri quoque nomen ipſum ac res præcipuæ præſignificatæ ab Eſaia, exitus obſidionis, qua Chaldæi Hieroſolyma cinxerunt, ab Jeremia: 4 à Daniele vero translatio imperii ab Aſſyriis ad Medos ac Perſas, 5 inde

3 *Cyri quoque nomen ipſum ac res præcipuæ præſignificatæ ab Eſaia.* *) Cap. xxxvii. xxxviii. Implementum vide cap. xxxiv. & lii. Et prophetiæ & implementi teſtimonium ex Eupolemo adfert Euſebius Præpar. lib. ix. c. 39.

4 *A Daniele vero translatio imperii ab Aſſyriis ad Medos ac Perſas.*) Daniel. ii. 32. 39. v, 28. vii. 5. viii. 3. 20. x. 20. xi. 2.

5 *Inde ad Alexandrum Macedonem.*) Dicto cap. ii. 32. & 39. vii. 5, 6. viii. 6, 7, 8. 21. x. 20. xi, 3, 4.

6 *Cujus*

* Grave hoc loco mendum in recentiores editiones irrepſit. Namque capita, quæ *Eſaiæ* eſſe dicuntur, ad rem noſtram prorſus non faciunt. Quod ſi vero pro *Eſaia* ſubſtituas *Jeremiam*, omnia recte ſeſe habent. Atque id quidem innuere volunt & noſtra probatior & cæteræ antiquiores editiones, quando hæc præſenti notæ verba præfigunt: *Cyri quoque nomen ipſum ac res præcipuæ præſignificatæ ab Jeremia.* Cum vero hoc pacto notæ inſcriptio textus verbis non reſpondeat, conjecturam facio; omnem illam textus ſeriem: *Cyri quoque nomen* &c. usque *ab Jeremia* ad notæ titulum pertinere, atque a *Grotio* olim hac ratione expreſſam fuiſſe: *Cyri quoque nomen ipſum ac res præcipuæ præſignificatæ --- ab Jeremia.* Fieri autem facile potuit, ut linea illa, quæ loco reliqui textus aderat, in typorum emendatione negligeretur, atque ita cuncta in unum nexum confluerent.

de ad Alexandrum Macedonem; 6 cujus deinde ex parte ſucceſſores forent Lagidæ, & Seleucidæ; quæque mala populus Hebræus ab his omnibus, 7 maxime vero ab Antiocho illuſtri accepturus eſſet, adeo perſpicue, 8 ut Porphyrius, qui hiſtorias Græcas ſuo adhuc tempore exſtantes cum vaticiniis iſtis contulit, aliter ſe expedire non potuerit, quam ut diceret ea, quæ Danieli tribuebantur, poſt eventum fuiſſe ſcripta: quod perinde eſt, quaſi quis neget, quæ ſub Virgilii nomine exſtant, & pro Virgilianis habita ſunt ſemper, ab ipſo ſcripta Auguſti ævo. Non enim de iſto, quod dicimus, magis umquam dubitatum inter Hebræos fuit, quam de

6 *Cujus deinde ex parte ſucceſſores forent Lagidæ & Seleucidæ.*) Cap. 11. 33, 40. VII. 7. 19. 23, 24. VIII, 22. XI. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.

7 *Maxime vero ab Antiocho illuſtri accepturus eſſet.*) VII. 8. 11. 20. 24, 25. VIII. 9, 10, 11, 12, 13. 14. 23, 24, 25, 26. XI. 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45. XII, 1, 2, 3, 11. Hæc loca, ſicut nos, exponunt Joſephus Lib. X. c. 12. XII. c. 11. & de bello Judaico Lib. I. c. 1. Chryſoſtomus 11. adverſus Judæos, (*al. Lib. III. fol.* 426 *ſeqq. Tom. I. Opp.*) Joſephi utens teſtimonio: & Polychronius Græcorumque alii.

8 *Ut Porphyrius*, &c.) Vide Hieronymum paſſim ad Danielem. (*Cap. V. VII. XI. fol.* 506. *ſeq.* 511. 523. *ſeqq. Tom. IV. Opp. Adde Proœm. in Dan. init.*)

de hoc apud Romanos. Addi his poſſunt oracula plurima & clariſſima, 9 apud Mexicanos & Peruanos, quæ Hiſpanorum in eas terras adventum, & ſecuturas inde calamitates prædixerunt.

*Argumentis aliis.*

Referri huc poſſunt & ſomnia non pauca, tam exacte congruentia cum eventibus, qui & in ſe, & in cauſis ſuis, ſomniantibus erant plane incogniti, ut ad caſum, aut cauſus naturales referri, niſi inverecunde, non poſſint: cujus generis illuſtria exempla ex probatiſſimis ſcriptoribus, 1 libro

9 *Apud Mexicanos & Peruanos.*) Mira ſane ſunt quæ de iſtis oraculis referunt Incha, * Acoſta, Herrera, alii. Vide & Petrum Ciezam tomo II. rerum Indicarum.

1 *Libro de Anima Tertullianus.*) Cap. XLVI. ubi notabilia refert ſomnia Aſtyagis, Philippi Macedonis, Himereæ feminæ, Laodices, Mithridatis, Balaridis Illyrici, M. Tullii, Artorii, Polycratis Samii filiæ, ejus quæ Gerula Ciceroni, Cleonymi Pyctæ, Sophoclis, Neoptolemi tragœdi. Habes quædam horum & apud Valerium Max. lib. I. cap. 7, præterea Calpurniæ de Cæſare, P. Decii & T. Manlii Conſulum, T. Annii. M. Tulli

* *Incha* non eſt nomen Hiſtorici, qui Annales *Mexicanorum* condidit, uti verba *Grotii* interpretari quis poſſet, ſed regum, qui *Peruanis* imperant. Namque & *Garcilaſſo de la Vega Hiſtorie des Yncas Rois de Perou* compoſuit, & ipſe *Grotius* noſter ad *Incharum hiſtoriam* infra *Lib. IV. §. 5. not.* 1. lectores ſuos remittit.

bro de anima Tertullianus congeſſit: & 2 ſpectra non viſa tantum, ſed & loqui audita, tradentibus hæc hiſtoricorum etiam illis, qui à ſuperſtitioſa credulitate abſunt longiſſime: & noſtri quoque ævi teſtibus qui in Sina, quique in Mexicana & aliis Americæ partibus vixere. Neque ſpernenda

M. Tullii in exſilio, Annibalis, Alexandri Magni, Simonidis, Crœſi, matris Dionyſii tyranni, C. Sempronii Gracchi, Caſſii Parmenſis, Aterii Rufi equitis Romani, Amilcaris Pœni, Alcibiadis Athenienſis, Arcadis cujusdam. Sunt & notabilia apud Ciceronem de Divinatione, (*Lib. I. Cap.* 20. *ſeqq.* & *Lib. II. Cap.* 65. *ſeqq.*) nec indignum memoratu quod Plinius habet Lib. XXV. cap. 2. de matre in Luſitania militantis. Adde illa Antigoni & Artuculis, qui Oſmanidarum generis auctor in Monitis Lipſianis Lib. I. cap. V. (*Monito.*) 5. & alia quæ collegit vir magnæ diligentiæ Theodorus Zuingerus Voluminis V. (*rectius Vol. III. fol.* 364.) Lib. IV. titulo de inſomniis.

2 *Spectra non viſa tantum, ſed & loqui audita.*) Vide Plutarchum, vita Dionis & Bruti, (*fol.* 958. 982. & 1000. *Tom. I. Opp.*) & de eodem Bruto Appianum Civilium quarto, (*pag.* 668. *edit. Stephani* & *p.* 1067. *ed. Tollii Amſtelod. A.* 1670.) & Florum Lib. IV. cap. 7. Adde Tacitum de Curtio Rufo Annalium XI. (*Cap. XXI.* §. 2.) quæ eadem hiſtoria eſt in Epiſtola Plinii XXVII. Lib. VII. ſimul cum altera, de eo quod vidit Athenis philoſophus ſapiens & intrepidus Athenodorus. Vide & quæ apud Valerium Max. Lib. I. cap. VIII. præſertim (*Exemplo* 8.) de Caſſio homine Epicureo exterrito ad conſpectum Cæſaris à ſe occiſi, & apud Lipſium Monitorum Lib. I. cap. V. (*Monito*) 5. Multas hiſtorias tales congeſſerant Chryſippus, Plutarchus libro de Anima, Numenius ſecundo libro de Animarum im-

nenda publica illa 3 ad tactum ignitorum vomerum innocentiæ examina, quorum tot

immortalitate, memorante Origene contra Celſum quinto. (*p.* 268. *ſeq.*)

3 *Ad tactum ignitorum vomerum innocentiæ examina.*) Vide teſtimonia hac de re congeſta à Franciſco Jureto ad epiſtolam Ivonis Epiſcopi Carnotenſis 74. Quam autem id antiquum ſit, docet Sophocles Antigone, (v. 269. *ſeqq.*) ubi ſic Thebani Oedipodæ loquuntur:

*Ἤμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,*
*Καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,*
*Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι.*

*In hoc parati tangere ardentes ſumus*
*Maſſas, per ignes ire, jurare aut Deos,*
*Nos hujus eſſe nec reos, nec conſcios.*

Docet & ex iis quæ in luco Feroniæ apud Soracte olim ſpectata ferunt Strabo Lib. v. (*fol.* 156.) Plinius Hiſt. natur. Lib. VII. c. 2. & ad Virgilium XI. Æneidos Servius. * His naturæ ordinem egredientibus addi poſſe arbitror, quæ contra telorum jactus tutandis corporibus uſurpari videmus. Vide & de iis qui exſecta ob religionem lingua locuti, teſtes certiſſimos Juſtinianum l. 1. C. de Officio Præfecti prætorio Africæ, (*Lib. I. Cod. Tit. XXVII. Leg.* 1. *init.*) Procopium Vandalicorum 1. (*p.* 24. *edit. Grotii A.* 1655.) Victorem Uticenſem libro de Perſecutionibus, (*Lib. V. pag.* 77. *edit. Chiffletii A.* 1664.) Æneam Gazæum Theophraſto. (*fere circa fin. pag.* 81. *ex recenſione Barthii A.* 1653.)

1 *Æquum*

* Quæ apud montem *Soractem* aliquando eveniſſe, *Servius ad v.* 785. *Æneid. XI. Virgilii* narrat, ab iis, quæ *Strabo* ac *Plinius* referunt, prorſus aliena ſunt, noſtrumque adeo argumentum nihil juvant.

tot Germanicarum nationum hiſtoriæ, ipſæque leges meminerunt.

§. XVIII. *Solvitur objectio, quod miracula nunc non conſpiciantur.*

Nec eſt, quod quisquam objiciat, talia miracula hoc tempore non conſpici, nec audiri tales prædictiones. Satis enim eſt ad probationem divinæ providentiæ, factum id eſſe aliquando; qua ſemel conſtituta, conſequens eſt, ut tam provide ac ſapienter nunc credatur Deus abſtinere à talibus, quam olim ea uſurpaverit. Neque vero æquum fuit, leges univerſo datas, de rerum curſu naturali & futurorum incertitudine, temere aut ſemper excedi: ſed tum demum, cum digna incidiſſet cauſa: ut quo tempore veri Dei cultus toto prope orbe ejectus in uno mundi angulo, id eſt, in Judæa reſidebat, & adverſus circumfuſam impietatem novis ſubinde præſidiis muniendus erat; aut cum Chriſtiana religio, de qua peculiariter mox agemus, ex Dei decreto, per totum orbem primum ſpargi debuit.

§. XIX. *Et quod tanta ſit ſcelerum licentia.*

Solent nonnulli, ut de divina providentia dubitent, moveri conſpectu ſcelerum, quorum velut diluvio quodam hic orbis

orbis obruitur: quæ coërcere atque reprimere præcipuum contendunt divinæ providentiæ, ſi qua eſſet, opus futurum fuiſſe. Sed facilis eſt reſponſio: cum hominem Deus condidiſſet liberum ad bene maleque agendum, ſibi reſervata bonitate plane neceſſaria atque immutabili, 1 æquum haud fuiſſe, ut malis actionibus impedimentum poneret ei libertati contrari-

1 *Æquum haud fuiſſe, ut malis actionibus impedimentum poneret ei libertati contrarium.*) Tertullianus adverſus Marcionem II. (*Cap. VI.*) *Tota ergo libertas arbitrii in utramque partem conceſſa eſt illi, ut ſui dominus conſtanter occurreret, & bono ſponte ſervando, & malo ſponte vitando: quoniam & alias poſitum hominem ſub judicio Dei, oportebat juſtum illud efficere de arbitrii ſui meritis, liberi ſcilicet. Cæterum nec boni nec mali merces jure penſaretur ei, qui aut bonus aut malus neceſſitate fuiſſet inventus, non voluntate. In hoc & lex conſtituta eſt non excludens, ſed probans libertatem, de obſequio ſponte præſtando, vel tranſgreſſione ſponte committenda. Ita in utrumque exitum libertas patuit arbitrii.* Mox: (*Cap. VII.*) *Igitur conſequens erat, uti Deus ſecederet a libertate ſemel conceſſa homini, id eſt, contineret in ſemetipſo & præſcientiam & præpotentiam ſuam, per quas intercesſiſſe potuiſſet, quo minus homo, male libertate ſua frui aggreſſus, in periculum laberetur. Si enim interceſſiſſet, reſcidiſſet arbitrii libertatem, quam ratione & bonitate permiſerat.* Tractat hoc ipſum erudite, ut ſolet, Origenes quarto contra Celſum, (*pag.* 163.) ubi hoc inter alia: Ἀρετῆς ἐὰν ἀνέλῃς τὸ ἑκούσιον, ἀνεῖλες αὐτῆς καὶ τὴν οὐσίαν. *Virtuti humanæ ſi auferas libertatem, ipſam ejus naturam ſuſtuleris.*

trarium. Cæterum quæcumque ſunt impediendi rationes, cum libertate data non pugnantes, ut legis conſtitutio ac promulgatio, monitus interni externique, cum minis etiam & promiſſis, earum nulla à Deo prætermittitur: ſed nec malitiæ effectus ſinit, quo poſſent, evagari, unde nec imperia everti, nec legum divinarum cognitio plane deleri umquam potuit. Quæ vero permittuntur ſcelera, non carent interim ſuo fructu, cum adhibeantur, ut attingere ſupra cœpimus, aut ad puniendos alios non minus ſceleratos, aut ad corrigendos, qui extra virtutis viam prolapſi ſunt, aut ad exigendum ſpecimen eximium patientiæ atque conſtantiæ ab his, qui magnos in virtute profectus fecerunt. Poſtremo & ipſi, quorum ad tempus diſſimulata videntur ſcelera, pœnas eorum cum temporis uſura ſolent ſolvere; ut de iis fiat, quod Deus voluit, qui fecerunt, quod Deus noluit.

§. XX. *Sæpe ita ut opprimantur boni.*

Quod ſi quando nulla apparent ſcelerum ſupplicia, &, quod multos infirmos ſolet offendere, boni quidam, malorum violentia oppreſſi, non vitam modo agunt ærumnoſam, ſed & mortem ſæpe ſubeunt, & quidem infamem: non ideo mox tol-

lenda

lenda eſt à rebus humanis Dei providentia, quæ tam validis, ut jam diximus, argumentis eſſe oſtenditur; ſed potius, cum ſapientiſſimis viris, ita colligendum eſt:

§. XXI. *Retorquetur hoc ipſum, ad probandum animos ſupereſſe corporibus.*

Cum Deus curet actiones juſtusque ſit, & ita interim fiant, exſpectandum eſt aliquod poſt hanc vitam judicium; ne aut inſignis improbitas ſine pœna, aut magna virtus ſine ſolatio præmioque maneat. 1 Hoc autem ut ſtatuamus, etiam animos ſupereſſe corporibus ſtatui neceſſe eſt:

§. XXII. *Quod confirmatur traditione.*

Quæ antiquiſſima traditio à primis (unde enim alioqui?) parentibus ad populos

1 *Hoc autem ut ſtatuamus, etiam animos ſupereſſe corporibus ſtatui neceſſe eſt.*) Qui argumentum hoc fuſius tractatum volet legere, recurrat ad Chryſoſtomum ad 2 Cor. Cap. xviii. * in Ethicon, eundem Tomo v. contra eos qui a dæmonibus aiunt res humanas adminiſtrari, (*Tom. V. Opp. fol.* 711.) & quarto Sermone de Providentia. (*Tom. I. Opp. fol.* 727. *ſeqq.*)

1 Et

* Vitioſe hæc poſita ſunt, cum tredecim ſaltem poſterioris ad *Corinthios Epiſtolæ* Capita exiſtant. Puto itaque, *Grotium Homil. IX. ad II. Cor. Cap. IV.* voluiſſe *Tom. V. Comment. in N. Teſt. fol.* 594. *ſeqq.*

pulos moratiores pene omnes manavit; ut 1 ex Homeri carminibus apparet, & 2 ex Philoſophis non Græcorum tantum, ſed & Gallorum veterum, 3 quos Druidas vocabant, 4 & Indorum, quos Brachmanes: & ex iis 5 quæ de Ægyptiis

1 *Ex Homeri carminibus apparet.*) Maxime in ea parte quæ νεκυΐα dicitur, cui addi poſſunt ſimiles νεκυΐας apud Virgilium, Senecam in Oedipode, Lucanum, Statium, & quod eſt 1 Sam. xxviii.

2 *Ex Philoſophis.*) Pherecyde, Pythagora ac Platone, omnique horum ſchola. His Empedoclem & oracula plurima adjungit Juſtinus Apologetico II. (*fol.* 65. *Opp.*) Anaxagoram & Xenocratem Theodoretus. (*Therapeut. Serm. V. fol.* 546. *Tom. IV. Opp.*)

3 *Quos Druidas vocabant.*) Docebant hi non interire animas, teſte Cæſare l. vi. de bello Gallico (*Cap.* 14) Strabo Lib. iv. (*fol.* 136.) de iisdem: ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι καὶ ἄλλοι τὰς ψυχάς. *Et hi & cum his alii interitus expertes dicunt animas.*

4 *Et Indorum, quos Brachmanes.*) Quorum ſententiam ſic exprimit nobis Strabo Lib. xv. (*fol.* 490.) Νομίζειν μὲν γὰρ δὴ τὸν ἐνθάδε βίον, ὡς ἂν ἀκμὴν κυόμενον εἶναι. τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι. *Hanc vitam habendam eſſe quaſi recens concepti fœtus ſtatum: mortem vero partum eſſe ad eam, quæ vere vita eſt, planeque beatam, iis ſcilicet qui ſapientiam ſectati fuerint.* Vide & inſignem de hac eorum ſententia locum, libro iv. Porphyrii de non edendis animalibus. (*pag.* 410. *ſeq.*)

5 *Quæ de Ægyptiis.*) Herodotus Euterpe (*nempe Lib. II. Hiſt. Cap.* 123.) Ægyptiorum eſſe ait dogma: ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι *morte carere humanas animas.* Idem tradit de iis Diogenes Laertius in proœmio. (*Segm.* 11.) Tacitus Lib. v. hiſtor. (*Cap. V.* §. 7.)

ptiis 6 & Thracibus, quin & Germanis ſcriptores plurimi prodiderunt. Quin & de judicio divino poſt hanc vitam pluri-

de Judæis: *Corpora condere quam cremare è more Ægyptio. Eademque cura, & de infernis perſuaſio.* Vide de anima Oſiridis Diodorum Siculum, (*Biblioth. Hiſt. Lib. I. Sect. II. fol.* 76.) & Servium ad VI. Æneidem, * cujus pleraque ab Ægyptiis deſumta ait. (*ad* ϐ. 1. *Æn.* VI.)

6 *Et Thracibus.*) Repete hic locum Hermippi de Pythagora, quem modo ex Joſepho protulimus. Mela Lib. II. (*Cap.* 2.) de Thracibus: *Alii redituras putant animas obeuntium: alii etſi non redeant, non exſtingui tamen, ſed ad beatiora tranſire.* De iisdem Solinus c. x. (*alias XVI.*) *Nonnulli eorum putant obeuntium animas reverti: alii non exſtingui, ſed beatas magis fieri.* Hinc mos ille lætitiæ ſignis funera proſequendi, & his ſcriptoribus memoratus, & Valerio Maximo Lib. I. c. VI. 12. ** Facit ea res credibile quod ex Scholiaſte Ariſtophanis modo diximus, Hebræorum quosdam jam olim veniſſe in Thraciam.

7 *Sed*

* Quæ *Servius* ad ϐ. 154. *Æneid. VI. Virgilii* de Oſiride prodit, non ejus animam, ſed membra concernunt, de quibus narrat, quod ab Iſide non inventa fuerint. Cæterum luculenta ipſius *Servii* de animarum immortalitate diſputatio, ad ϐ. 719. dictæ *Æneid.* prolata, expendi omnino meretur.

** Obſcurius paulo, quod ex *Valerio Maximo* petitur, eſt argumentum. Scilicet prodigia, quæ Pompejo evenere, ibi exponuntur, inter quæ & illud: *ſonum tympanorum Pergami abditis delubris editum.* Quod cum Pompeji mortem portenderet, hinc, lætitiæ ſigna in funeribus audita fuiſſe, collegiſſe videtur *Grotius*, quo argumenti robore, alii videant.

pluriſma exſtitiſſe videmus non apud Græcos tantum, 7 ſed & apud Ægyptios & 8 Indos, ut nos Strabo, Diogenes Laërtius, 9 Plutarchus docent; quibus addi poteſt traditio de Mundo hoc conflagraturo, quæ olim 10 apud Hyſtaſpen & Sibyllas,

7 *Sed & apud Ægyptios.*) Quæ de inferis Orpheus prodidit, ab Ægyptiis ſumta ait Diodorus Siculus Lib. I. (*Sect. II. fol.* 86.) Repete quæ ex Tacito jamjam habuimus.

8 *Indos.*) In quorum ſententiis ponit Strabo libro xv. (*fol.* 490.) τῶν καθ' ᾅδου κρίσεων, de judiciis quæ apud inferos exercentur.

9 *Plutarchus.*) De his qui ſero à Deo puniuntur, (*Tom. II. Opp. fol.* 560. *it.* 563. *ſeqq.*) & de facie in orbe Lunæ. (*Tom. II. Opp. fol.* 943. *ſeqq.*) Vide & egregium ejus locum ex dialogo de Anima recitatum ab Euſebio Præparationis Evangelicæ libro xi. (*Cap.*) 38.

10 *Apud Hyſtaſpen & Sibyllas.*) Teſtis Juſtinus Apologetico altero, (*fol.* 66. *Opp.*) & Clemens Stromateon vi. * unde & illud ſumtum quod ex tragœdia citatur;

Ἔσται γὰρ ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
Ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ

H 5 Χρυσω-

* *Hyſtaſpis* & *Sibyllarum* de mundo hoc conflagraturo traditionis nequaquam memorato libro teſtis eſt *Clemens Alex.* Illud tamen, quod ex Tragœdia heic citatur, *Lib. V. Strom. fol.* 606. *ſeq.* recitat, id quod etiam ſub *Sophoclis* nomine *Juſtinus Martyr Lib. de Monarchia Dei fol.* 105. *Opp.* habet. Cum vero Græca in quibusdam paulo aliter inflectantur, ac hoc loco exhibentur, *Grotius* ipſe conferendus in *Excerptis ex Tragœdiis & Comœdiis Græcis pag.* 144. edit. Pariſ. MDCXXVI.

byllas, nunc quoque 11 apud Ovidium 11 &

Χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
Ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια
Φλέξει μανεῖσ᾽, ἐπὰν δ᾽ ἄρ᾽ ἐκλίπῃ τὸ πᾶν
Φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθός.
Γῆ δενδρέων ἔρημος, οὐδ᾽ ἀὴρ ἔτι
Πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρούμενος.

*Nam veniet ille, veniet haud dubie dies,*
*Laxabit ignis cum redundantes opes*
*Auratus æther: lege tum ſpreta furens*
*Terras, & illis quidquid eſt ſublimius,*
*Depaſcet ardor: inde cum defecerit*
*Hoc omne, nullas jam ferent undas vada,*
*Neque ulla ramos eriget tellus, neque*
*Exuſtus aer paſcet aligerum genus.*

11 *Apud Ovidium.*) Metamorphoſeon I. (*Fab. IX.* v. 17.)

*Eſſe quoque in fatis reminiſcitur adfore tempus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli*
*Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.*

12 *Et Lucanum.*) Libro I. (v. 72. *ſeqq.*)

*—— Sic cum compage ſoluta*
*Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,*
*Antiquum repetent iterum chaos omnia: mistis*
*Sidera ſideribus concurrent: ignea pontum*
*Aſtra petent: tellus extendere littora nolet,*
*Excutietque fretum: fratri contraria Phœbe*
*Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem*
*Indignata, diem poſcet ſibi, totaque diſcors*
*Machina divulſi turbabit fœdera mundi.*

Præiverat Lucano patruus Seneca, ſine ad Marciam: (i. e. *Libro de Conſolatione ad Marciam Cap. XXVI.*) *Sidera ſideribus incurrent, & omni flagrante materia, uno igne, quicquid nunc ex diſpoſito lucet, ardebit.*

13 Et

& Lucanum 13 & Indos Siamenſes reperitur: cujus rei indicium 14 & Aſtrologis notatum, Sol ad terras propius accedens. Etiam cum in Canarias, Americam, & alia longinqua loca primum ventum eſt, reperta ibi quoque eadem de animis & judicio ſententia.

## §. XXIII. *Cui nulla ratio repugnet.*

Neque vero ullum poteſt reperiri ex natura petitum argumentum, quod hanc tam veterem, tam late patentem traditionem refellat. Nam quæ perire cernimus omnia, ea pereunt, aut oppoſitu contrarii validioris, ſicut frigus perit vi magna caloris; aut ſubtractione ſubjecti, à quo pendent, ut magnitudo vitri fracto vitro; aut defectu cauſæ efficientis, ut lux Solis abitu. Nullum autem horum poteſt de animo dici. Non primum: quia nihil poteſt dari, quod animo ſit contrarium;

 imo

13 *Et Indos Siamenſes.*) Vide Ferdinandum Mendeſium. (*Itinerario per Europam, Aſiam &c. pag.* 157. *verſ. German.*)

14 *Et Aſtrologis notatum.*) Copernico Revolutionum Lib. III. c. 16. Joachimo Rhætico ad Copernicum, Gemmæ Friſio. Vide & Ptolemæum Lib. III. c. 4. Syntaxeos Mathematicæ. Mundum non illis viribus ſtare, quibus prius ſteterat, idque ipſum loqui mundum, & occaſum ſui rerum labentium probatione teſtari, ait Cyprianus ad Demetrianum. (*paulo poſt initium.*)

imo ea eſt ejus natura peculiaris, ut quæ inter ſe contraria ſunt, ea pariter, & eodem tempore in ſe capiat, ſuo, id eſt intellectuali modo. Non ſecundum: quia nec ſubjectum eſt ullum, à quo pendeat animi natura. 1 Si quod enim eſſet, id eſſet corpus humanum. At id non eſſe ex eo apparet; quod cum vires, quæ corpori inhærent, agendo laſſentur, ſolus animus actione laſſitudinem non contrahit: item 2 corporis vires læduntur à nimia excellentia rei objectæ, ut viſus à Solis luce: at animus, quo circa excellentiora verſatur, ut circa figuras à materia abſtractas,

1 *Si quod enim eſſet, id eſſet corpus humanum.*) Id non eſſe bene probat Ariſtoteles ex ſenibus, libro de Anima I. cap. 4. Idem Lib. III. cap. 4. Anaxagoram laudat quod νοῦν ἀμιγῆ dixerit, mentem impermixtum aliquod, nimirum, ut res alias poſſit cognoſcere.

2 *Corporis vires læduntur à nimia excellentia rei objectæ.*) Ariſtoteles Lib. III. de Anima. c. 4. ὅτι δ' οὐχ ὁμοία ἡ ἀπάθεια τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ νοητικοῦ φανερὸν ἐπὶ αἰσθητηρίων καὶ τῆς αἰσθήσεως· ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις οὐ δύναται αἰσθάνεσθαι ἐκ τοῦ σφόδρα αἰσθητοῦ, οἷον ψόφου ἐκ τῶν μεγάλων ψόφων, οὐδ' ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ὀσμῶν καὶ χρωμάτων, οὔτε ὁρᾶν, οὔτε ὀσφραίνεσθαι· ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν τι νοήσῃ σφόδρα νοητὸν, οὐχ ἧττον νοεῖ τὰ ὑποδεέστερα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον· τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ νοῦς χωριστός. *Non eſſe autem ſimilem impatibilitatem partis ſentientis & intelligentis, apertum eſt ex ſentiendi inſtrumentis, ipſaque ſenſione. Senſus enim, ubi nimia eſt res ſenſibilis, ſentire nequit, id eſt, nec audire ſonos vehementes, nec odores tales olfacere, nec conſpicere colores. At mens*

*ubi*

ſtractas, circa univerſalia, 3| eo redditur perfectior. Quæ corpori inhærent vires, occupantur circa ea, quæ locis ac temporibus definita ſunt, quæ eſt natura corporis. |At animus etiam circa infinitum & æternum. Quare cum in operando animus à corpore non pendeat, ne eſſe quidem ipſius inde pendet. Nam rerum, quas non cernimus, natura aliunde, quam ex operationibus, colligi nequit. Sed nec tertius ille pereundi modus hic locum habet. Neque enim dari poteſt cauſa effectrix, à qua animus ſemper emanet. Non enim parentes dixeris, cum iis mortuis vivere filii ſoleant. Quod ſi quam omnino velimus eſſe cauſam, unde emanet animus, non poteſt alia ea eſſe, quam cauſa prima atque univerſalis, quæ ex parte poteſtatis numquam deficit. Ex parte autem voluntatis eam deficere, hoc eſt velle Deum, ut exſtinguatur animus, nullo poteſt probari argumento.



*ubi aliquid concepit quod egregium ſit intellectu, non minus id intelligit quam minora, imo & magis: id eo venit, quod ſentiens pars non ſit ſine corpore, mens autem aliquid à corpore ſeparabile.* Adde Plotini locum egregium, quem poſuit Euſebius in Præparatione libro XV. c. 22. Adjunge, quod animus eos qui ex corpore naſcuntur affectus vi ſua vincit, ipſique corpori cruciatus interitumque imperat.

3 *Eo redditur perfectior.*) Et quæ magis animum à corpore ſeducunt, eæ ſunt animi actiones excellentiores.

### §. XXIV. *Multa faveant.*

Imo argumenta ſunt non levia in contrarium: datum homini 1 dominium in ſuas actiones, appetitus immortalitatis inſitus, conſcientiæ vis conſolantis ſe ob actiones bonas quamvis moleſtiſſimas, & ſpe quadam ſuſtentantis; 2 contra cruciantis ſeſe ob prave acta, præſertim circa mortem, tanquam ſenſu imminentis judicii: quam vim 3 ſæpe nec peſſimi tyranni intra ſe exſtinguere, cum maxime id vellent, potuerunt, ut multis exemplis apparet.

§. XXV.

1 *Dominium in ſuas actiones.*) Et in animantia quævis. Adde notitiam Dei & naturam immortalium: Θνητὸν δὲ οὐδὲν ἀθάνατον οἶδε, ait Salluſtius Philoſophus, (*de Diis & mundo Cap. VIII.*) *Nulli naturæ mortali immortalis natura cognita eſt.* Notitiæ autem ingens ſignum, quod nihil eſt tam grave, quod non Dei cauſa animus ſoleat contemnere. Adde quod potentiam intelligendi agendique non habet circumſcriptam, ut cætera animantia, ſed infatigabilem, & in infinitum patentem, & ſic Deo ſimilem; quæ differentia hominis à cæteris animantibus etiam Galeno notata.

2 *Contra cruciantis ſeſe ob prave acta, præſertim circa mortem.*) Plato de Republica primo: (*fol.* 573. *Opp.*) Ἐπειδάν τις ἐγγὺς ᾖ τοῦ οἴεσθαι τελευτήσειν, εἰσέρχεται αὐτῷ φόβος καὶ φροντὶς περὶ ὧν ἐν τῷ πρόσθεν οὐκ εἰσῄει. *Cum jam prope eſt ut quis moriturum ſe putet, tunc metus eum ac ſollicitudo ſubit, de quibus ante non inſtituerat cogitare.*

3 *Sæpe nec peſſimi tyranni intra ſe exſtinguere, cum*

maxime

## §. XXV. *Cui conſequens eſt, ut finis hominis ſit felicitas poſt hanc vitam.*

Quod ſi animus & ejus eſt natura, quæ nullas habeat in ſe intereundi cauſas, & Deus multa nobis ſigna dedit, quibus intelligi debeat, velle ipſum, ut animus ſuperſtes ſit corpori; non poteſt finis homini ullus proponi ipſo dignior, quam ejus ſtatus felicitas: & hoc eſt, quod Pla-



*maxime id vellent, potuerant.*) Teſtis illa Tiberii ad Senatum epiſtola: *Quid ſcribam vobis, Patres Conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam hoc tempore? Dii me Deæque pejus perdant, quam perire quotidie ſentio, ſi ſcio.* Qua recitata, addit Tacitus Annalium VI. (*Cap. VI.*) *Adeo facinora atque flagitia ſua ipſi quoque in ſupplicium verterant: Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe aſpici laniatus & ictus; quando ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis, animus dilaceretur.* Plato eſt is quem hic indicat Tacitus, qui de Republica no- no (*fol. 733.*) de tyranno: Πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλην ψυχὴν ἐπίσταται θεάσασθαι, καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης. *Mendicus revera eſt, ſi quis univerſum ipſius animum recte norit inſpicere, plenus formidinis per omnem vitam, plenus mœroris & cruciatuum.* His ſimilia idem Philoſophus habet in Gorgia. (*f. forte* 326. 327. *Opp.*) Suetonius capite 67. eam quam dixi Tiberii epiſtolam recitaturus ſic præfatur: (*Cap. 66. in Tiberio.*) *Poſtremo ſemetipſe pertæſus talis epiſtolæ principio tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt.* Ad Platonis locum etiam Claudianus reſpexit, Rufinum car-

to, & Pythagorici dixerunt, 1 bonum eſſe hominis Deo quam ſimillimum reddi. Qualis autem ea ſit felicitas, & quomodo comparetur, poſſunt quidem homines conjecturis indagare: ſed ſi quid ejus rei à Deo patefactum eſt, id pro veriſſimo & certiſſimo haberi debet:

## §. XXVI. *Ad quam comparandam indaganda vera Religio.*

Quod cum Chriſtiana religio ſupra alias ſe nobis adferre polliceatur, ſitne ei fides habenda, ſecunda hujus operis parte examinabitur.

carmine ſecundo (*ſeu Lib. II. v.* 504. *ſeq.*) deſcribens:

*—— pectus inuſtæ*
*Deformant maculæ, vitiisque inolevit imago.*

1 *Bonum eſſe hominis Deo quam ſimillimum reddi.*) Quod à Platone accepere Stoici. Notat Clemens, Strom. v. (*fol.* 594. *Opp.*)

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

## LIBER SECUNDUS.

§. I. *Ut probetur, hunc titulum Chriſtianæ Religioni competere, oſtenditur Jeſum vixiſſe.*

SECUNDUS igitur liber, fuſis ad Chriſtum in cœlo jam regnantem precibus, ut ea nobis Spiritus ſui auxilia ſubminiſtret, quæ ad rem tantam nos idoneos reddant, conſilium explicat, non hoc eſſe, ut omnia dogmata Chriſtianiſmi tractentur: ſed ut oſtendatur, religionem ipſam Chriſtianam veriſſimam eſſe atque certiſſimam, quod ſic orditur. | Jeſum Nazarenum vixiſſe quondam in Judæa, rerum Romanorum potiente Tiberio, non tantum Chriſtiani per omnes terrarum oras ſparſi conſtantiſſime profitentur; ſed & Judæi omnes, qui nunc ſunt, & qui umquam

quam poſt illa tempora ſcripſerunt: teſtantur idem & Pagani, hoc eſt, nec Judaicæ, nec Chriſtianæ religionis Scriptores, ut 1 Suetonius, 2 Tacitus, 3 Plinius junior, & poſt hos multi.

§. II.

1 *Suetonius.*) Claudio cap. 25. ubi *Chreſto* ſcribitur pro *Chriſto*, quia nomen illud Græcis & Latinis notius.

2 *Tacitus.*) Libro XV. (*Cap. XLIV. §. 4*) ubi de Chriſtianorum ſuppliciis: *Auctor nominis ejus Chriſtus, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat.* Ubi flagitia & odium generis humani nihil aliud ſunt quam falſorum Deorum neglectus: quam eandem cauſam etiam Judæis maledicendi Tacitus habuit, & Plinius major cui Judæi dicuntur gens contumelia numinum inſignis. Nimirum, Romani plerique ita erant facti, ut, quod Seneca laudat, civilis Theologiæ partes in animi religione non haberent, ſed in actibus fingerent, ſervarentque tanquam legibus juſſa, credentes cultum magis ad morem quam ad rem pertinere. Varronis & Senecæ hac de re ſententiam, quæ eadem Taciti, vide apud Auguſtinum Lib. IV. cap. 33. (*rectius forte Cap.* 31.) & Lib. VI. cap. 10. de Civitate Dei. Interim nota, Jeſum, qui a Pontio Pilato ſupplicio affectus eſt, jam Neronis tempore a multis etiam Romæ pro Chriſto habitum. Confer quæ apud Juſtinum ſunt Apologetico II. de hac hiſtoria, * ubi Imperatores & Senatum Romanum alloquitur, qui ex Actis noſſe iſta poterant.

3 *Plinius Junior.*) Epiſtola

* Non de hac hiſtoria: *jam Neronis tempore a multis etiam Romæ pro Chriſto habitum* Servatorem noſtrum, quam modo notaverat *Grotius*; quippe de qua *Juſtinus*

## §. II. *Eumdem affectum morte ignominioſa.*

Eumdem Jeſum à Pontio Pilato, Judææ præſide, cruci affixum, omnes itidem Chri-

ſtola omnibus obvia, quæ libri decimi eſt XCVII. cujus & Tertullianus Apologetico (*Cap. II.*) meminit, & Euſebius in Chronico. (*Lib. II. fol.* 209.) Ubi vides Chriſtianos carmen Chriſto, quaſi Deo, dicere ſolitos, obſtrictoſque inter ſe, non in ſcelus aliquod, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent. Pervicaciam & inflexibilem in iis obſtinationem culpat Plinius, in hoc uno, quod Deos appellare & ſimulacris numinum thure ac vino ſupplicare, ac Chriſto maledicere nollent, neque ut id facerent ullis tormentis cogi poſſent. Epiſtola quæ ei reſpondet Trajani, eum ait re ipſa manifeſtum facere Chriſtianum ſe non eſſe, qui diis Romanis ſupplicet. Hiſtoriam quandam de Jeſu etiam, apud Numenium Pythagoricum exſtitiſſe docet nos Origenes contra Celſum quarto. (*pag.* 198.)

I. *Fa-*

---

*nus* nihil perhibet. Sed de illa hiſtoria, quod Jeſus Nazarenus vixerit in Judæa imperante Tiberio, atque per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus fuerit. Hujus enim veritatem ut Romanis ob oculos ponat *Juſtinus*, ad *Acta & Commentarios*, qui ſub Pilato ſunt conſcripti provocat *fol.* 76. & 84. *Opp.* Quin & illud hic adnotandum: *Juſtinum*, ut probet, Chriſtum Bethlehemi natum eſſe, *deſcriptiones cenſus acti*, quæ ſub Cyrenio ſunt confectæ, ceu locupletiſſimas ejus rei teſtes allegare, nominata *Apolog. II. fol.* 75.

Chriſtiani, quanquam ignominioſum videri poterat talem Dominum colentibus, fatentur: 1 fatentur & Judæi, cum tamen non ignorent, eo ſe nomine, quod majores ſui Pilato id ſtatuendi auctores fuerint, graviſſimam invidiam apud Chriſtianos, quorum ſub imperiis paſſim degunt, ſuſtinere. Pagani vero, quos jam diximus, ſcriptores idem memoriæ prodiderunt: imo multo poſt tempore exſtiterunt 2 acta Pilati, quibus id conſtaret, ad quæ Chriſtiani nonnunquam provocabant. Neque Julianus, aut alii oppugnatores Chriſtianiſmi id umquam in controverſiam vocarunt: ita ut nulla excogitari poſſit hiſtoria, quæ certior hac ſit; ut quæ tot, non dicam hominum, ſed populorum

1 *Fatentur & Judæi.*) Qui eum vocant תלוי, id eſt, ſuſpenſum. Jeſum Hieroſolymis occiſum agnoſcit Benjaminus Tudelenſis in Itinerario. *

2 *Acta Pilati.*) Vide Epiphanium in Teſſareſcædecatitis. (i. e. *Hæreſi L. num.* 2.)

1 *Quod*

* Etenim dum ſepulchri *viri illius, quem omnes hoto conſtricti adeunt*, id eſt, Salvatoris noſtri, quod *Hieroſolymis viſitur*; dum & templi Domini, noſtri ſcilicet Domini Jeſu Chriſti, mentionem injicit *Itinerario pag.* 42. edit. *L'Empereur* A. MDCXXXIII. coll. *L'Empereurii notis pag* 173. Jeſum noſtrum *Hieroſolymæ* occiſum fuiſſe, hoc ipſo fateri neceſſe habet. Diſertiora ac magis perſpicua fruſtra a *Benjamino* exſpectabis.

rum inter ſe diſcordantium teſtimoniis approbetur.

## §. III. *Et tamen poſt mortem adoratum etiam à viris ſapientibus.*

1 Quod cum ita ſit, videmus tamen per diſſitiſſimas mundi regiones ipſum, ut Dominum, coli: neque noſtris tantum, aut actis paullo ante temporibus, ſed & ſuperioribus, usque dum ad ætatem rei geſtæ proximam veniatur: puta ſub Neronis imperio, quo tempore plurimos Chriſti venerationem profeſſos ob id ipſum affecto;

1 *Quod cum ita ſit, videmus tamen per diſſitiſſimas mundi regiones ipſum ut Dominum coli.*) Tractat hoc fuſius Chryſoſtomus ad II ad Cor. v. 7. *

1 *Ser-*

* Cum dicto loco nihil huc ſpectans inveniatur, vitium Typographicum heic latere, ominor. Forte *Homil. XXVI. ad II. Corinth. XII. Grotius* citavit. Ibi enim *fol. 740. Tom. V. Comment. in N. Teſt.* præter alia luculenter *Chryſoſtomus* affirmat: *ὅτι ἡ δύναμις καὶ σταυρωθέντος ἐκλάμψασα εἰς τὸ οἰκεῖον ἐπεσπάσατο σέβας τὴν οἰκουμένην ἅπασαν*: *Quod potentia crucifixi effulgens, univerſum orbem ad ſui cultum pertraxerit.* Et paulo poſt: Καν εἴπωμεν, ὅτι ὁ ἐσταυρωμένος ζῇ, γέλως εὐθέως, καίτοι τῆς οἰκουμένης βοώσης ἁπάσης, καὶ πάλαι, καὶ νῦν· τότε μὲν ἀπὸ τῶν σημείων, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν ἐπιστρεψάντων. *Quod ſi crucifixum vivere dixerimus, riſus ſtatim conſequitur: quamlibet etiam univerſus orbis, & olim & nunc quoque id clamet, tum videlicet per miracula; nunc autem per eos, qui ad eum ſe converterunt.*

ctos ſupplicio is, quem diximus, Tacitus, & alii teſtantur.

§. IV. *Cujus rei cauſam aliam eſſe non poſſe, quam miracula ab ipſo edita.*

Fuerunt autem ſemper, inter cultores Chriſti, plurimi, & judicio præditi, & litterarum non rudes: quales (ut de Judæis nunc taceamus) 1 Sergius Cypri præſes, 2 Dionyſius Areopagita, 3 Polycarpus, 4 Juſtinus, 5 Irenæus, 6 Athenagoras, 7 Origenes, 8 Tertullianus, 9 Clemens Alexandrinus, ac porro alii: qui tales cum eſſent, cur homini ignominioſa morte affecto ſe cultores addixerint; præſertim cum prope omnes in aliis religionibus educati eſſent, nec in Chriſtiana quicquam

1 *Sergius Cypri Præſes.*) Act. XIII. 12.

2 *Dionyſius Areopagita*) Act. XVII. 34.

3 *Polycarpus.*) Qui martyrium paſſus in Aſia anno Chriſti CLXIX. juxta Euſebium (*in Chronic. Lib. poſt. fol* 214.)

4 *Juſtinus.*) Qui pro Chriſtianis ſcripta edidit anno Chriſti CXLII. Vide eundem Euſebium. (*ibid. fol.* 212.)

5 *Irenæus.*) Floruit Lugduni anno Chriſti CLXXXIII.

6 *Athenagoras.*) Athenienſis hic fuit. Floruit autem circa annum Chriſti CLXXX. ut ex libri inſcriptione apparet.

7 *Origenes.*) Floruit circa annum Chriſti CCXXX.

8 *Tertullianus.*) Celeber anno Chriſti CCVIII.

9 *Clemens Alexandrinus.*) Circa idem tempus. Vide Euſebium. (*loc. cit. fol.* 216.)

1 *Neque*

quam eſſet, aut honoris, aut commodi; nulla poteſt cauſa reddi, præter hanc unam, quod diligenti inquiſitione, qualis viros prudentes in maximi momenti negotio decet, comperiſſent, veram & firmis teſtibus ſubnixam fuiſſe famam, quæ de miraculis ab eo editis percrebuerat; ut de ſanatis ſola voce, & quidem palam, morbis gravibus atque inveteratis, de viſu reddito ei, qui cœcus natus eſſet, auctis non ſemel panibus in alimenta multorum millium, quæ id teſtari poterant, de mortuis in vitam revocatis, & quæ plura ſunt ejusmodi: quæ quidem fama tam certam atque indubitatam habuit originem, ut edita à Chriſto prodigia aliqua, 10 neque Celſus, 11 neque Julianus, cum in Chriſtianos ſcriberent, negare auſi fuerint, 12 Hebræi vero in Thalmudicis libris aperte fateantur.

§. V.

10 *Neque Celſus.*) Cujus verba apud Origenem Lib. II. (*pag.* 87.) Ἐνομίσατε αὐτὸν εἶναι υἱὸν θεοῦ, ἐπεὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς ἐθεράπευσε. *Credidiſtis eum eſſe Dei filium, ideo quod claudos & cæcos ſanabit.*

11 *Neque Julianus.*) Imo rem fatetur cum dicit verbis recitatis à Cyrillo Lib. VI. (*fol.* 191.) Εἰ μή τις οἴεται τὰς κυλλοὺς καὶ τυφλοὺς ἰάσασθαι, καὶ δαιμονῶντας ἐφορκίζειν ἐν Βηθσαϊδᾷ καὶ ἐν Βηθανίᾳ ταῖς κώμαις, τῶν μεγίστων ἔργων εἶναι. *Niſi quis exiſtimat inter maxima eſſe opera, claudos & cæcos integritati reſtituere, & dæmonio correptos adjuvare in vicis Bethſaida aut Bethania.*

12 *Hebræi vero in Thal-*

### §. V. *Quæ miracula non naturali efficaciæ, neque diabolicæ adſcribi poſſint, ſed omnino à Deo ſint profecta.*

Naturali vi non patrata fuiſſe quæ diximus opera, ſatis hoc ipſo apparet, quod prodigia ſive miracula appellantur. Neque vero per naturæ vim fieri poteſt, ut ſola voce, aut contactu, morbi graves, & quidem ſubito tollantur. Quod ſi ad naturalem efficaciam referri opera iſta aliquo modo potuiſſent, dictum jam pridem id fuiſſet ab iis, qui ſe aut Chriſti in terris agentis, aut Evangelii ipſius hoſtes profeſſi ſunt. Simili argumento colligimus, nec præſtigias fuiſſe: quia pleraque opera palam geſta ſunt, 1 inſpectante populo, & in populo multis eruditis Chriſto male volentibus, cuncta ipſius opera obſervantibus. Adde quod ſimilia opera ſæpe repetita: & ipſi effectus non momentanei, ſed permanentes. Quibus, ut oportet, expenſis, omnino ſequitur, quod &

*mudicis aperte fatentur.*) In titulo Aboda Zara. *

1 *Inſpectante populo.*) Act. xxvi. 26. Luc. xii. 1.

2 *Et*

---

* Provocat *Grotius* ad Codic. *Abhoda Sara*, quæ citatio nimis laxa eſt. Quod Judæi alias confiteantur, Jeſum miracula vel prodigia feciſſe, oſtendit *Eiſenmengerus in Judaiſmo detecto Part. I. Cap.* 3. W. Imo ſunt, qui nobis certo affirmant, Judæos nullibi in *Aboda Zara* Chriſti miracula confiteri.

& Judæi fatentur, opera hæc proceſſiſſe à virtute aliqua plusquam humana; id eſt, à ſpiritu aliquo bono, vel malo. A malo autem ſpiritu non eſſe profecta hæc opera, inde probatur, quod doctrina Chriſti, cui probandæ iſta opera adhibebantur, malis ſpiritibus adverſatur. Vetat enim malos ſpiritus coli, abſtrahit homines ab omni immunditia morum, qua tales ſpiritus delectantur. Rebus quoque ipſis apparet, ubicumque ea doctrina recepta eſt, collabi Dæmonum cultum, 2 & artes magicas, & unum Deum coli, cum deteſtatione Dæmonum: quorum vim ac poteſtatem Chriſti adventu infractam 3 Porphyrius ipſe agnovit. Credendum autem non eſt, quemquam malum ſpiritum adeo eſſe imprudentem; ut ea faciat, & quidem ſæpiſſime, ex quibus nihil honoris ſibi, aut commodi, contra vero maximum detrimentum ac dedecus accedat. Sed neque ſapientiæ, aut bonitati ipſius Dei ullo modo convenit, ut paſſus credatur, aſtu Dæmonum illudi hominibus ab omni malitia alienis, & ſui metuentibus;

I 2

2 *Et artes magicas.*) Quarum & libri hortatu diſcipulorum Jeſu combuſti. Act. xix. 19.

3 *Porphyrius ipſe agnovit.*) Locus eſt apud Euſebium Præparationis Lib. v. cap. I. Ἰησοῦ τιμωμένου, οὐδεμιᾶς τις θεῶν δημοσίας ὠφελείας ᾔσθετο. *Ex quo Jeſus coli cœptus eſt, publicam Deorum opem nemo ſenſit.*

4 Qui

bus; quales fuiſſe primos Chriſti diſcipulos, vita ipſorum inculpata, & multæ calamitates conſcientiæ cauſa toleratæ manifeſtum faciunt. Quod ſi dicas, à bonis mentibus, Deo tamen inferioribus, profecta Chriſti opera; jam eo ipſo fateris, illa Deo placuiſſe, & ad Dei honorem pertinuiſſe, cum bonæ mentes nihil faciant, niſi quod Deo gratum, ipſique glorioſum ſit: ut jam taceamus, quædam Chriſti opera eſſe talia, quæ Deum ipſum auctorem teſtari videantur, ut mortui non unius in vitam revocatio. Jam vero Deus miracula nec facit, nec fieri ſinit absque cauſa: id enim ſapientem legis conditorem decet, à legibus ſuis non niſi ob cauſam, & quidem gravem, recedere. Cauſa autem nulla alia reddi poteſt, cur hæc facta ſint, quam ea, quæ à Chriſto allata eſt; nempe ut doctrinæ ipſius redderetur teſtimonium. Neque vero, qui ea adſpicerent, aliam cauſam ullam animo concipere potuerunt: quos inter cum multi, ut diximus, pio eſſent animo, Deum hoc egiſſe, ut eis imponeret, impium eſt creditu. Et hæc una fuit cauſa cur Judæorum plurimi, qui circa Jeſu tempora vixerunt, etiam 4 qui induci non poſſent, ut

4 *Qui induci non poſſent ut legis a Moſe datæ partem ullam omitterent.*) Vide Actor. xv. Rom. xiv. Hieronymus in Chronico Euſebiano ad annum Chriſti cxxv.

ut legis à Moſe datæ partem ullam omitterent, quales fuerunt qui Nazareni & Ebionæi dicebantur, nihilominus Jeſum, ut miſſum cœlitus magiſtrum, agnoſcerent.

## §. VI. *De ipſius Jeſu reſurrectione conſtare teſtimoniis fide dignis.*

Miraculis à Chriſto editis par argumentum præbet Chriſti ipſius poſt crucem, mortem, ſepulturam, admirabilis reditus in vitam. Id enim non modo ut verum, ſed ut præcipuum ſuæ fidei fundamentum

cxxv. cum Chriſtianos Epiſcopos Hieroſolymitanæ Eccleſiæ quindecim nominaſſet: *Hi omnes usque ad everſionem, quam ab Hadriano perpeſſa eſt Jeruſalem, ex circumciſione Epiſcopi præfuerunt.* Severus Sulpitius * de illorum locorum ac temporum Chriſtianis, *Chriſtum Deum ſub legis obſervatione credebant, & ex circumciſione eorum Eccleſia habebat ſacerdotem.* Adde Epiphanium, ubi de Nazarenis & Ebionitis agit. (*Hæreſi XXIX. n. 6. 7. & XXX. num. 2.*) Nazareni non eſt nomen partis alicujus, ſed omnes in Palæſtina Chriſtiani, ideo quod Dominus eorum Nazarenus fuiſſet, ſic appellabantur: Act. xxiv. 5.



* Ex *Hiſt.* ejus *Sacr. Lib. II. Cap.* 31. hæc ſunt deſumta, perverſo tamen ordine. Hic enim ibi verborum deprehenditur nexus: *Et quia Chriſtiani ex Judæis potiſſimum putabantur (namque tum Hieroſolymæ nonniſi ex circumciſione habebat Eccleſia ſacerdotem) ---- quia tum pene omnes Chriſtum Deum ſub legis obſervatione credebant.*

tum, adferunt omnium locorum & temporum Chriſtiani: quod fieri non potuit, niſi qui primi Chriſtianam fidem docuerunt, certo auditoribus ſuis perſuaſerint, rem ita geſtam. Certo autem perſuadere hoc non potuerunt hominibus aliquo judicio præditis, niſi affirmarent, ſemetipſos oculatos rei teſtes eſſe: ſine qua affirmatione nemo mediocriter ſanus illis habuiſſet fidem, præſertim iis temporibus, cum illis credere maximis malis ac periculis conſtaret. Affirmatum hoc ab ipſis magna conſtantia, etiam libri ipſorum, 1 & aliorum docent: imo ex libris apparet, provocaſſe eos 2 ad teſtes quingentos, qui Jeſum poſt mortem redivivum conſpexerint. | Non eſt autem mos mentientium, ad tam multos teſtes provocare. Neque fieri poteſt, ut in falſum teſtimonium tam multi conſpirent. Et ut alii teſtes non fuiſſent, quam duodecim illi notiſſimi Chriſtianæ doctrinæ primi propagatores, ſufficere hoc debebat. | Nemo gratis malus

1 *Et aliorum.*) Etiam Celſi, qui adverſus Chriſtianos ſcripſit. Vide Origenem Lib. II. (*pag.* 87.)

2 *Ad teſtes quingentos.*) Paulus 1 ad Corinth. xv. 6. quosdam eorum eo tempore mortuos eſſe dicit: ſed horum quoque liberi & amici ſuperſtites audiri poterant, ac teſtari quæ audierant. Major autem horum pars etiam vivebat, ſcribente iſta Paulo. Hæc apparitio in monte Galilææ contigit.

lus eſt. Honorem ex mendacio ſperare non poterant, cum honos omnis eſſet penes Paganos, aut Judæos, à quibus ipſi probris & ignominia afficiebantur: non divitias, cum contra hæc profeſſio ſæpe & bonorum, ſi qua eſſent, damno mulctaretur: atque ut hoc non fuiſſet, tamen Evangelium doceri ab ipſis non poſſet, niſi omni bonorum temporalium cura omiſſa. Neque vero alia ulla vitæ hujus commoda ad mentiendum movere eos potuerunt, cum ipſa Evangelii prædicatio laboribus, fami, ſiti, verberibus, carceribus eos objecerit. Fama duntaxat inter ſuos tanti non erat, ut propterea homines ſimplices, & quorum vita ac dogma à faſtu abhorrebat, tantam malorum vim ſubirent: neque vero ſperare ullo modo poterant tantum progreſſum ſui dogmatis, cui & intenta commodis ſuis natura, & ubique imperantium auctoritas repugnabant, niſi ex divino promiſſo. Accedat, quod etiam hanc qualemcunque famam nullo modo durabilem ſibi poterant promittere, cum, Deo de induſtria ſuum in hoc conſilium celante, [3] mundi totius exitium quaſi de proximo



3 *Mundi totius exitium quaſi de proximo imminens opperirentur.* ) Vide 1. Theſſal. IV. 15, 16. 1. Cor. XV. 52. Tertullianus de Monogamia: ( *Cap. III.* ) *Quum magis nunc tempus in collecto factum ſit.* Hieronymus ad Geruntiam.

ximo imminens opperirentur; quod & ipſorum, & ſequentium Chriſtianorum ſcripta apertiſſimum faciunt. Reſtat ergo, ut religionis ſuæ tuendæ cauſa mentiti dicantur; quod omnino, ſi res recte expendatur, dici de illis non poteſt. Nam aut religionem illam veram ex animi ſententia crediderunt, aut non crediderunt. Si non credidiſſent veram, imo ſi non credidiſſent optimam, numquam hanc elegiſſent omiſſis religionibus aliis magis tutis, magisque honoratis: imo quamvis veram, profeſſi non eſſent, niſi & profeſſionem ejus credidiſſent neceſſariam; præſertim cum & facile prævidere poſſent, & experimento ſtatim diſcerent, hanc profeſſionem poſt ſe trahere mortem imminenti agminis, cui ſine juſta cauſa cauſam dare à latrocinii ſcelere non abſcedebat. Quod ſi crediderunt religionem ſuam veram, imo & optimam, & profitendam omnino, & quidem poſt Magiſtri ſui mortem: ſane id fieri non potuit, ſi feſelliſſet eos Magiſtri ſui de ſua reſurrectione pollicitatio. Nam 4 id cuivis ſano homini ſatis fuiſſet,

roniam: * *Quid ad nos, in quos fines ſeculorum devenerunt?*

4 *Id cuivis ſano homini ſatis fuiſſet ad excutiendam etiam ante conceptam fidem.)*

* Dedit *Hieronymus* ad *Geronttam* Epiſtolam *de Monogamia*, quæ in *Epiſtolarum* ordine XI. eſt. In illa, quæ recenſentur, invenire nullus potui.

fuiſſet, ad excutiendam etiam ante conceptam fidem. Rurſum religio omnis, præſertim vero Chriſtiana, 5 mendacium ac falſum teſtimonium maxime in divinis rebus prohibet : non potuerunt ergo religionis, & quidem talis amore, ad mendacium permoveri. Adde jam, quod viri fuerunt vitæ ne ab adverſariis quidem culpatæ, & quibus nihil objicitur 6 præter ſolam ſimplicitatem ; cujus ingenium à confingendo mendacio longiſſime abeſt. Nemo etiam eorum fuit, qui non graviſſima quæque paſſus ſit, propter illam profeſſionem de Jeſu reſuſcitato. Multi etiam ipſorum morte exquiſitiſſima ob id teſtimonium affecti ſunt. Jam vero, ut quis ſenſus ſui compos talia toleret ob conceptam animo opinionem, fieri poteſt : at

I 5 ut

*dem.*) Fuſius hoc argumentum exſequitur Chryſoſtomus ad 1 Corinth. I. in fine. (*Homil. V. fol.* 46. *ſeq. Tom. V. Comment. in N. Teſt.*)

5 *Mendacium ac falſum teſtimonium, maxime in divinis rebus, prohibet.*) Matth. xii. 36. Joh. viii. 44. 55. Eph. iv. 25. Rom. ix. 1. 11. Cor. vii. 19. (*rectius* 14.) xi. 31. Gal. I. 20. Col. iii. 9. 1 Tim 1. 10. & 11. 7. Jac. iii. 14. Matth. xxii. 16. Marc. xii. 14. Luc. xx. 21. Joh. xiv. 16. (& 17.) Eph. v. 9. * 1. Tim. II. 7. & alibi.

6 *Præter ſolam ſimplicitatem.*) Etiam Celſus. Vide Origenem Lib. I. (*pag.* 48.)

7 *Palam*

---

* Secunda vice, atque ita abundanter, hic locus affertur.

ut ob falſum, quod falſum eſſe norit, tam dura pati velit, non unus aliquis, ſed plures, quorum id falſum credi nihil interſit, res eſt plane incredibilis. Amentes autem eos non fuiſſe, & vita & ſcripta ſatis teſtantur. Quod de primis illis diximus, idem de Paulo quoque dici poteſt; qui Chriſtum in cœlo regnantem à ſe conſpectum 7 palam prædicavit, 8 cum nihil eruditionis Judaicæ ipſi deeſſet; nec ſpes honorum, ſi patrum viam inſtitiſſet: contra vero ob illam profeſſionem & odiis cognatorum ſuorum ſubjacere, & toto orbe peregrinationes difficiles, periculoſas, laborioſas ſuſcipere deberet, ac poſtremo etiam ſupplicium cum infamia perpeti.

## §. VII. *Solutio adverſus objectionem ſumtam ab eo, quod Reſurrectio videatur impoſſibilis.*

Sane tantis ac talibus teſtimoniis fidem detra-

7 *Palam prædicavit.*) I Cor. xv. 9. (8.) II. Cor. xii. 4. Adde quæ diſcipulus Pauli Lucas ſcribit Act. ix. 4, 5, 6. & xxii. 6, 7, 8.

8 *Cum nihil eruditionis Judaicæ ipſi deeſſet.*) Act. xxii. 3. Gamalieles duos eruditionis nomine Hebræi prædicant. Horum alterius diſcipulus fuit Paulus, neque legis tantum, ſed & eorum quæ à magiſtris erant tradita, apprime gnarus. Vide Epiphanium. *

I *Id*

* Forſan *Lib. I. adv. Hæreſ. Hæreſi XLII. fol.* 361. *Tom. I. Opp.* edit. *Dion. Petavii* Pariſiis A. MDCXXII.

detrahere nemo poteſt, niſi dicat, rem ipſam talem eſſe; ut nullo modo fieri poſſit; qualia ſunt, quæ contradictionem, ut loquuntur, implicant. 1 Id autem hac de re dici non poteſt. Poſſet ſane, ſi quis eumdem tempore eodem & vixiſſe, & mortuum fuiſſe, pronunciaret. Cæterum ut mortuo vita reddi poſſit, præſertim per ejus efficaciam, qui vitam primum homini dedit, cur pro impoſſibili habeatur, nihil cauſæ eſt. Neque vero viri ſapientes id impoſſibile credi-

1 *Id autem hac de re dici non poteſt.*) Reſponſio ſeptima ad objecta de reſurrectione in Juſtini operibus. (*fol.* 210.) Ἄλλο τὸ πάντῃ ἀδύνατον, καὶ ἄλλο τὸ τινὶ ἀδύνατον. πάντῃ μὲν ἀδύνατόν ἐστιν, ὡς τῷ διαμέτρῳ τὸ σύμμετρον εἶναι τῇ πλευρᾷ. τινὶ δὲ ἀδύνατόν ἐστιν, ὡς τῇ φύσει τὸ χωρὶς σπέρματος ποιεῖν ζῶον. τίνι τούτων τῶν ἀδυνάτων ὑποβάλλουσι τὴν ἀνάστασιν οἱ ταύτην ἀπιστοῦντες; ἀλλ' εἰ μὲν τῷ πρώτῳ, ψευδής ἐστιν ὁ λόγος. οὐ γὰρ κατὰ ἀνάκτισιν σύμμετρος γίνεται ἡ διάμετρος τῇ πλευρᾷ. οἱ δὲ ἀνιστάμενοι κατὰ ἀνάκτισιν ἀνίστανται. εἰ δὲ τῷ τινί, ἀλλὰ τῷ θεῷ πάντα δυνατὰ τὰ τινὶ ἀδύνατα. *Aliud eſt quod omnino eſt impoſſibile, aliud quod alicui. Omnino impoſſibile, ut dimetiens par ſit lateri. Alicui impoſſibile, quomodo naturæ eſt impoſſibile ſine ſemine animans producere. Utri horum duorum impoſſibilis generum reſurrectionem conferunt, qui ei non credunt? Si priori, falſa eſt illatio: neque enim nova creatio hoc facit, ut dimetiens par ſit lateri. Reſurgent autem homines per novam creationem. At ſi intelligunt id quod alicui impoſſibile eſt, certe Deo poſſibilia ea omnia quæ impoſſibilia tantum alicui.* De diſcrimine hoc impoſſibilium vide quæ docte notat Maimonides Doctoris dubitantium Parte III. cap. 15.

2 *Eri*

crediderunt; cum 2 Eri * Armenio id eveniſſe ſcripſerit Plato, mulieri cuidam 3 Heraclides Ponticus, 4 Ariſtæo Herodotus,

2 *Eri Armenio.*) Locus hac de re Platonis exſtat de Republica decimo: (*fol.* 761. *ſeq. Opp.*) tranſcriptus Euſebio Præparatione Evangelica libro XI. cap. 35. Hiſtoriæ autem ipſius memoria apud Valerium Maximum Lib. I. c. VIII. exemplo externorum primo; in Protreptico ** quod eſt inter Juſtini Opera, apud Clementem Strom. V. (*fol.* 598. *ſeq. Opp.*) apud Origenem Lib. II. contra Celſum, (*pag.* 70.) apud Plutarchum Sympoſiacon IX. 5. apud Macrobium initio ad Somnium Scipionis. (*i. e. Lib. I. Cap. I.*)

3 *Heraclides Ponticus.*) Ejus erat liber περὶ ἄπνου, cujus meminit Diogenes Laertius in Procœmio (*Segm.* 12.) & Empedocle, (*Lib. VIII. de Vit. Philoſ. Segm.* 60. 61.) & Galenus (Lib.) VI. (*Cap. V.*) de locis affectis. De eo ſic Plinius Lib. VII. cap. 32. (*rectius Cap.* 52.) *Nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis, ſeptem diebus fœmina exanimis ad vitam revocata.* At triginta dies ei tribuit Diogenes Laertius loco poſteriore.

4 *Ariſtæo Herodotus.*) Melpomene. (*i. e. Lib. IV. Cap.* 13. *ſeqq.*) Vide & Plinium hiſtoriæ naturalis libro VII. c. 52. & Plutarchum Romulo, (*Tom. I. Opp. fol.*

* Pro *Armenio* ſcribendum eſſe accuratius *Harmonio*, contendit *Petr. Dan. Huetius Demonſtr. Ev. Prop. IX. Cap. CXLII. §.* 11. *pag. m.* 1041.

** Nullus allegationis hujus eſt ſenſus, quoniam nihil *Juſtinus* conſcripſit, quod *Protreptici* titulo veniat. Quod ſi *Paræneſin* ejus ſive *Cohortationem ad Græcos* intelligere velis, etiam fruſtra eris, neque de *Eris Armenii* reſurrectione in illa quid obſervabis.

tus, 5 alii Plutarchus; quæ ſive vera, ſive falſa ſunt, oſtendunt opinionem eruditorum de ea re tanquam poſſibili.

## §. VIII. *Reſurrectione Jeſu poſita, evinci dogmatis veritatem.*

Quod ſi nec impoſſibile eſt, ut Chriſtus in vitam redierit, & ſatis magnis teſtimoniis id conſtat, quibus convictus Judæorum Magiſter * Bechai veritatem hujus rei agnovit: is ipſe autem Chriſtus, ut & ſui & alieni fatentur, novum protulit dogma tamquam mandato divino, ſane ſequitur, ut dogma id verum ſit; cum divinæ juſtitiæ ac ſapientiæ adverſetur tam excellenti modo eum ornare, qui falſum in re tanta commiſiſſet: præſertim vero, cum ipſe ante mortem ſuam, & mortem, & mortis genus, & reditum ſuum in vitam præ-

*fol.* 35.) & Heſychium de Philoſophis. (*ſeu claris ſive voce:* Ἀρείου.)

5 *Alii Plutarchus.*) Theſpeſio. Habet hoc Plutarchus libro de ſera Dei vindicta. (*fol.* 563. *Tom. II. Opp.*) Item Antyllo, de quo Plutarchi locum ex primo de Anima nobis ſervavit Euſebius Præp. Lib. xi. cap. 36. & Theodoretus Serm. xi. (*fol.* 654. *Tom. IV. Opp.*)

I *Hac*

---

* De indaganda *R. Bechai* confeſſione doctiſſimi viri fuerunt ſolliciti; vid. *Biblioth. Hiſtor. Philolog. Theol. Claſſe V. Faſc. III. pag.* 561. quam cum nemo adhuc plenius indicaverit, cauſam omnino habemus, cur de hoc veritatis teſtimonio dubitemus.

prædixiſſet ſuis, & quidem addito, 1 hæc ideo eventura, ut de ſui dogmatis veritate conſtaret.

## §. IX. *Chriſtianam religionem præſtare aliis omnibus.*

Et hæc quidem ex factis ipſis veniunt argumenta: veniamus ad ea, quæ veniunt ex natura dogmatis. Sane aut omnis omnino Dei cultus repudiandus eſt, quod numquam ei in mentem veniet, qui & Deum eſſe, & curare res conditas credat, & hominem conſideret tum intellectu eximio, tum vi electrice boni malique moralis præditum, ac proinde ut præmii, ita & pœnæ in ipſo eſſe materiam; aut hæc admittenda religio, non tantum ob factorum teſtimonia, de quibus jam egimus, verum etiam ob ea, quæ religioni ſunt intrinſeca; cum nulla ex omnibus ſæculis ac nationibus proferri poſſit, aut præmio excellentior, aut præceptis perfectior, aut modo, quo propagari juſſa eſt, admirabilior.

## §. X. *Præmii propoſiti excellentia.*

Nam ut à præmio, id eſt, à fine homini

1 *Hæc ideo eventura, ut de ſui dogmatis veritate conſtaret.*) Vide Joh. XVII. (*aut potius Joh. XIV.* 19. 20. 29.) Luc. XXIV. 46. 47.

I *Mo-*

ni propoſito, incipiamus, quia id, ut dici ſolet, in exſecutione eſt ultimum, ſed intenditur primum, 1 Moſes in religionis Judaicæ inſtitutione, ſi diſerta legis pacta reſpicimus, nihil promiſit ſupra hujus vitæ bona, terram uberem, penum copioſam, victoriam de hoſtibus, longam & valentem ſenectam, poſteros cum bona ſpe ſuperſtites. Nam ſi quid eſt ultra, id umbris obtegitur, aut ſapienti ac difficili ratiocinatione colligendum eſt: quæ cauſa fuit, cur multi, qui legem Moſis ſequi ſe profiterentur, ut 2 Sadducæi, ſpem omnem de bonis poſt hanc vitam adipiſcendis projicerent. Apud Græcos, ad quos eruditio usque à Chaldæis & Ægyptiis perlata eſt, qui de vita poſt hujus conſpicuæ vitæ interitum ſpem habebant aliquam, 3 valde de ea re hæſitanter loquebantur,

1 *Moſes in religionis Judaicæ inſtitutione, ſi diſerta legis pacta reſpicimus, nihil promiſit ſupra hujus vitæ bona.*) Vide Deut. XI. Cap. XXVIII. Hebr. VIII. 6.

2 *Sadducæi, ſpem omnem de bonis poſt hanc vitam adipiſcendis projicerent.*) Matth. XXII. 23. Lucæ Act. XXIII. 8. Joſephus: (*Lib. XVIII. Antiquit. Jud. Cap. 2.*) Σαδδουκαίοις τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι. Alibi: (*Lib. II. de Bello Jud. Cap. 7. in fin.*) Ψυχῆς δὲ τὴν διαμονὴν καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. Hieronymus de eisdem: (*ad Cap. XXII. Matth. Tom. VI. Opp. fol. 48.*) *Animam putabant interire cum corporibus.*

3 *Valde de ea re hæſitanter loquebantur.*) Notatum hoc Chryſoſtomo

I ad

bantur, 4 ut ex Socratis diſſertationibus, ex ſcriptis 5 Tullii, 6 Senecæ,

1 ad Cor. cap. 1. 25. (*Homil. IV. circa fin. fol. 39. Tom. V. Comment. in N. Teſt.*)

4 *Ut ex Socratis diſſertationibus.*) In Platonis Phædone: (*fol. 48. Opp.*) Νῦν δὲ εὖ ἴστε ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθοὺς· καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην. *Hoc ſcitis, ſpem mihi eſſe venturum me ad viros bonos: quod tamen non nimium affirmaverim.* Et poſtea: (*fol. 68.*) Εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ ἐγὼ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πεισθῆναι· εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον αὐτὸν τὸν πρὸ τοῦ θανάτου ἧττον τοῖς παροῦσιν ἀηδὴς ἔσομαι ὀδυρόμενος· ἡ δὲ ἄγνοιά μοι αὕτη οὐ ξυνδιατελεῖ (κακὸν γὰρ ἂν ἦν) ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον ἀπολεῖται. *Si enim vera ſunt quæ dico pulchrum eſt ea credere. Si vero mortuo nihil ſupereſt, hoc tamen tempore, quod mortem antecedit, minus torquebor præſentibus: hic autem meus error non manebit (id enim malum foret,) ſed paulo poſt interibit.* Tertullianus de Anima: (*Cap. ſtatim I.*) *Adeo omnis illa tunc ſapientia Socratis de induſtria venerat conſultæ æquanimitatis, non de fiducia compertæ veritatis.* Idem in Socrate obſervat Parænefis, quæ eſt inter Opera Juſtini. (*fol. 33.*)

5 *Tullii.*) Ut Tuſculanarum I. (*Cap. 12.*) *Expone igitur mihi, niſi moleſtum eſt, primum animos, ſi potes, remanere poſt mortem, tum, ſi id minus obtinebis (eſt enim arduum) docebis carere omni malo mortem.* Deinde: (*Cap. 21.*) *Præclarum autem neſcio quid adepti ſunt, quod didicerunt ſe, cum tempus mortis veniſſet, totos eſſe perituros: quod ut ita ſit, (nihil enim pugno) quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum?* Poſtea: (*Cap. 34.*) *Fac enim ſic animum interire, ut corpus: Num igitur aliquis dolor, aut omnino poſt mortem ſenſus in corpore eſt? nemo id quidem dicit.* Citat ex eodem Cicerone hoc ejus poſt diſputationem de animo dictum Lactantius libro VII. cap. 8. (§. 9.) *Harum ſententiarum quæ vera ſit, Deus aliquis viderit.*

6 *Senecæ.*) Epiſtola LXIV.

necæ, 7 aliorumque apparet. Et cum ad eam rem argumenta conquirerent, nihil ferme adferebant certi. Nam quæ adferunt, pleraque 8 nihil magis de homine, quam beſtiis, procedunt. Quod cum alii animadverterent, mirandum adeo non eſt, 9 ſi tranſitum animarum de hominibus in beſtias, de beſtiis in homines, commenti ſunt. Rurſum vero, cum hoc quoque nullis teſtimoniis, aut argumentis certis niteretur; & tamen negari non poſſet, quin homini finis aliquis eſſet propoſitus: eo perducti ſunt alii, ut dicerent, 10 virtutem ſibi eſſe præmium, & ſatis beatum eſſe ſapientem, etiam in Phalaridis tauro. Sed & hoc non ſine cauſa aliis diſplicuit, qui

(aliis LXIII) *Et fortaſſe ſi modo ſapientum vera fama eſt, recipitque nos locus aliquis,) quem putamus periiſſe, præmiſſum eſt.*

7 *Aliorumque.)* Generaliter Juſtinus Martyr colloquio cum Tryphone: (*fol.* 222. *Opp.*) Οὐδὲν ἴσασι περὶ τούτων οἱ φιλόσοφοι, οὐδὲ γὰρ ὅ τι ποτέ ἐστι ψυχὴ, ἔχουσιν εἰπεῖν. *Nihil horum norunt Philoſophi: neque vel quid ſit anima, valent dicere.*

8 *Nihil magis de homine, quam beſtiis procedunt.)* Ut illud Socratis ſive Platonis; *quod ſe movet, æternum eſt.* Vide Lactantium dicto jam loco, (§. 4.)

9 *Si tranſitum animarum de hominibus in beſtias, de beſtiis in homines commenti ſunt.)* Ut Brachmanes olim, & nunc quoque, à quibus hauſit Pythagoras & ejus Schola.

10 *Virtutem ſibi eſſe præmium, & ſatis beatum eſſe ſapientem, etiam in Phalaridis tauro.)* Vide Ciceronem Tuſculanarum II. (*Cap.* 7. *&* 20.) & Lactan-

qui ſatis videbant, 11 in ea re, quæ ſecum haberet pericula, incommoda, cruciatum, interitum; felicitatem, præſertim ſummam, non poſſe eſſe poſitam; niſi verborum ſonum, ſine rerum ſenſu ſequi liberet: ideoque bonum ſupremum finemque hominis collocarunt in iis rebus, quarum voluptas ſenſibus perciperetur. Sed hæc quoque ſententia à plurimis, & quidem efficaciter, refutata eſt: ut quæ honeſtum omne, cujus ſemina quædam in animo condita habemus, exſtingueret, hominemque ad ſublimia erectum dejiceret in cenſum pecudum, quæ pronæ nihil niſi terreſtre

tium Lib. III. Inſtitutionum, cap. 27. ubi contra hanc ſententiam fortiter diſputat, ut & Auguſtinus epiſtola LII.

11 *In ea re, quæ ſecum haberet pericula, incommoda, cruciatum, interitum, felicitatem, præſertim ſummam, non poſſe eſſe poſitam.*) Lactantius Lib. III. cap. 12. (§. 7.) *Virtus per ſeipſam beata non eſt, quoniam in perferendis, ut dixi, malis tota vis ejus eſt.* Et mox cum Senecæ adduxiſſet locum: (§. 12.) *Sed & Stoici, quos ſecutus eſt, negant ſine virtute effici quemquam beatum poſſe. Ergo virtutis præmium beata vita eſt, ſi virtus, ut recte dictum eſt, beatam vitam facit. Non eſt igitur, ut ajunt, propter ſeipſam virtus expetenda, ſed propter vitam beatam, quæ virtutem neceſſario ſequitur. Quod argumentum docere eos potuit, quod eſſet ſummum bonum. Hæc autem vita præſens & corporalis beata eſſe non poteſt, quia malis eſt ſubjecta per corpus.* Bene Plinius Hiſtoriæ Naturalis Lib. VII. cap. 7. (*rectius* Cap. 40.) *Mortalium nemo felix.*

reſtre reſpiciunt. In tantis dubitationibus incertum palabatur genus humanum ea ætate, cum Chriſtus veram finis cognitionem intulit; promittens ſectatoribus ſuis poſt hoc ævum vitam non modo ſine morte, ſine dolore ac moleſtia, verum etiam ſummo gaudio comitatam: neque id parti tantum hominis, id eſt, animo, de cujus ſperanda poſt hanc vitam felicitate partim conjectura, partim traditio aliqua exſtabat; verum etiam corpori, & id quidem juſtiſſime, ut corpus, quod ob legem divinam ſæpe incommoda, cruciatus, atque interitum pati debet, repenſationis expers non eſſet. Gaudia autem, quæ promittuntur, non vilia ſunt, 12 ut epulæ, quas poſt hanc vitam ſperant craſſiores Judæi, 13 & concubitus, quos ſibi promittunt Mahumetiſtæ: ſunt enim hæc caducæ vitæ propria, mortalitatis remedia, illud quidem ad ſingulorum animantium con-

12 *Ut epulæ quas poſt hanc vitam ſperant craſſiores Judæi.*) Loca adducentur infra ad librum V. *

13 *Et concubitus quos ſibi promittunt Mahumetiſtæ.*) Alcoranus Azoara II. (*com.* 25.) V. (*Sura III. com.* 14. 15.) XLVII. (XXXVII. *com.* 49.) LIV. (XLIV. *com.* 53.) LXV. (LV. *com.* 55 & 70.) LXVI. (LVI. *com.* 24. 38.)



* Sui oblitus *Grotius*, iſto libro neutiquam hoc argumentum illuſtravit.

conſervationem; hoc vero ad durationem generum: ſed in corporibus vigor perpetuus, & plusquam ſiderea pulchritudo; in animo intellectio ſine errore, etiam Dei ac divinæ providentiæ, & ſi quid nunc occultum latet; voluntas vero tranquilla, maxime in Dei conſpectu, admiratione laudibusque occupata; in ſumma, majora multo ac meliora omnia, quam optimarum ac maximarum rerum comparatione concipi poſſint.

## §. XI. *Solvitur obiter objectio inde ſumpta, quod diſſoluta corpora reſtitui nequeant.*

Solet hic præter eam objectionem, cui jam ante reſpondimus, alia adferri, quaſi omnino fieri nequeat, ut quæ diſſoluta ſunt hominum corpora, in eamdem compagem redeant: ſed hoc ratione nulla nititur. Cum enim inter plerosque Philoſophos conſtet, rebus quantumcumque mutatis, manere materiam diverſarum ſpecierum capacem: quis dicat, aut Deum neſcire, quibus in locis, etiam longiſſime diſtantibus, ſint materiæ ejus, quæ ad humanum corpus pertinuit, partes; aut deeſſe ei potentiam, qua eas reducat, atque recomponat, idemque faciat in ſuo univerſo, quod in fornacibus, aut vaſis, facere

re Chymicos videmus, ut, quæ congenera ſunt, quamvis disjecta, colligant? Ut vero, ſpecie quantumvis mutata, res tamen ad originis ſuæ formam redeat, ejus & in rerum natura exempla ſunt, ut in arborum animantiumque ſeminibus. Neque inſolubilis eſt ille, qui à multis necitur, nodus de humanis corporibus, quæ in ferarum aut pecudum alimenta transeunt, quibus ita paſtis homines iterum paſcantur. Nam eorum, quæ comeduntur, pars maxima non in corporis noſtri partem abit, ſed in excrementa, aut acceſſiones corporis; quales ſunt & pituita, & bilis: & de eo, quod alendi vim habet, morbis, interno calore, circumfuſo aëre multum abſumitur: quæ cum ita ſint, Deus, qui etiam mutorum animantium genera ita curat, ut nullum eorum intereat, poteſt humanis corporibus ſingulari quadam cura proſpicere, ut quod inde ad aliorum hominum eſcam pervenit, non magis in ſubſtantiam eorum vertatur, quam ſolent venena, aut medicamenta; eoque magis, quod quaſi naturaliter conſtet humanam carnem ad hominum victum non datam. Id ſi non ſit, & aliquid, quod poſteriori corpori aliunde acceſſerit, inde debeat decedere, non hoc tamen efficiet, ut non idem ſit corpus, 1 cum etiam



1 *Cum etiam in hac vita major contingat particularum*

iam in hac vita major contingat particularum mutatio: 2 imo & papilio inſit in verme,

*rum mutatio.*) Alfenus in l. Proponebatur. D. de Judiciis. (*Lib. V. Digeſt. Tit. I. leg. 76.*) *Quod ſi quis putaret partibus commutatis, aliam rem fieri, fore ut ex ejus ratione nos ipſi non iidem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus: propterea quod, ut Philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſtiterimus, hæ quotidie ex corpore noſtro decederent, aliæque extrinſecus in earum locum accederent.* Seneca Epiſtola LVIII. *Corpora noſtra rapiuntur fluminum more: quicquid vides, currit cum tempore: nihil ex his quæ videmus manet. Ego ipſe, dum loquor mutari iſta, mutatus ſum.* Vide quæ pulchre hac de re diſſerit Methodius, cujus verba nobis ſervavit Epiphanius, qui Origenianos refutat (*Hæreſi LXIV.*) numeris XII. XIII. XIV. XV.

2 *Imo & papilio inſit in verme.*) Ovidius ultimo Metamorphoſeon (*i. e. Lib. XV. v. 372.*)

*Quæque ſolent canis frondes intexere filis*
*Agreſtes tineæ, res obſervata colonis,*
*Ferali mutant cum papilione figuram.*

Addam ex Plinio quædam. Hiſtoriæ Naturalis Lib. x. cap. 5. (*verius Lib. IX. Cap. 51.*) de Ranis: *Mirumque ſemeſtri vita reſolvuntur in limum, nullo cernente, & rurſus vernis aquis renaſcuntur quæ fuere natæ.* Eodem Lib. cap. 9. *Coccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram mutans.* Libro XI. cap. 20. *Sunt qui mortuas, ſi intra tectum hieme ſervventur, deinde ſole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foveantur, putent reviviſcere.* Ibidem cap. 22. de bombycibus: *Fit alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde quod vocatur bombylius; ex eo necydalus; ex hoc in ſex menſibus bombyces.* Ibidem cap. 23. de bombyce Coa: *Fieri autem primo papiliones parvos nudosque.* cap. 26. de cicadis: *Fit primum vermiculus, deinde ex eo qua voca-*

verme, & herbarum ſubſtantia, aut vini in minimo aliquo, unde iterum inſtaurentur in veterem magnitudinem. Certe cum & hæc, & alia multa, non incommode poni poſſint, nulla eſt cauſa, cur inter impoſſibilia habeatur reſtitutio diſſoluti corporis; cum viri eruditi, 3 Zoroaſter apud Chaldæos; 4 Stoici prope omnes, 5 &

*vocatur tettygometra, cujus cortice rupto circa ſolſtitia evolant.* cap. 30. (*potius Cap.* 36.) *Muſcis humore exanimatis, ſi cinere condantur, redit vita.* cap. 32. *Multa autem inſecta & aliter naſcuntur. Atque Aſilus imprimis ex rore: inſidet hic raphani folio primo vere, & ſpiſſatus ſole in magnitudinem milii cogitur. Inde oritur vermiculus parvus, & triduo mox eruca, quæ adjectis diebus creſcit immobilis, duro cortice, ad tactum movetur araneæ. Hæc eruca, quam chryſalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.*

3 *Zoroaſter apud Chaldæos.*) Vide Clementem Strom. v. (*fol.* 598. *ſeq.*)

4 *Stoici prope omnes.*) Clemens Strom. v. (*fol.* 549.) Οἶδεν γὰρ ὗτος ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί· καθ' ὃν καὶ τὸν ἰδίως ποιὸν ἀναστήσεσθαι δογματίζουσι· τοῦτ' ἐκεῖνο τὸν ἀνάστασιν περιέποντες. *Norat enim ille* (Heraclitus) *edoctus è barbara philoſophia, Mundum à malis hominibus purgatum iri per ignem, quod* ἐκπύρωσιν *poſtea Stoici dixere, qui & per eam hunc talemque revicturum docent, his vocibus obtegentes reſurrectionis rem.* Origenes Lib. IV. adverſus Celſum *: Φασὶ δὴ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς κατὰ περίοδον ἐκπύρωσιν τοῦ παντὸς γενέσθαι, καὶ ἑξῆς αὐτῇ διακόσμησιν πάντ' ἀπαράλλακτα ἔχουσαν. *Ajunt de porticu Philoſophi poſt ſæculorum circuitus fore incendium univerſi, deinde ejusdem for-*

5 & inter Peripateticos Theopompus, eam & fieri poſſe, & futuram crediderint.

## §. XII. *Præceptorum eximia ſanctitate, circa Dei cultum.*

Secundum, quo Chriſtiana religio omnes

*formationem qua eadem omnia habeat.* Poſtea: * Κἂν μὴ ὀνομάζωσιν οὖν τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα, τὸ πρᾶγμά γε δηλοῦσιν· *quamquam igitur reſurrectionis non uſurpant vocabulum, rem tamen agnoſcunt.* Addit hic Origenes Ægyptios. Chryſippus de Providentia citatus Lactantio Lib. VII. Inſtitutionum, c. 23. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν περιόδων τινῶν εἰλυμένων χρόνων, εἰς ὃ νῦν ἐσμὲν ἀποκαταστήσεσθαι σχῆμα. *Hoc cum ita ſe habeat, apparet non eſſe impoſſibile, ut & nos poſt mortem, ſæculorum certis circuitibus evolutis, reſtituamur in eum in quo nunc ſumus ſtatum.* Vide ſi vacat Nathanaelem Carpentarium Liberæ Philoſophiæ exercitatione XVI.

5 *Et inter Peripateticos Theopompus.*) De quo Diogenes Laërtius initio libri. (*ſeu proœmio Segm.* 8. & 9.) Καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν, ὃς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐταῖς διακλήσεσι διαμενεῖν. *Theopompus vero etiam octavo Philippicorum, qui reviicturos homines ex magorum ſententia tradit, immortalesque futuros, & omnia in ſuis iiſdem ſemper manſura nominibus.*

1 *Por-*

* Eorum, quæ ex *Origine Lib. IV. adv. Celſum* heic recitantur, prius, ſaltem quod ad rem ipſam attinet, *pag.* 167. & 208. iſtius libri legitur; poſterius neque quoad rem, nec quoad verba ibi occurrit.

mnes alias, quæ aut ſunt, aut fuerunt, aut fingi poſſunt, exſuperat, eſt ſumma ſanctitas præceptorum; tum in iis, quæ ad Dei cultum, tum quæ ad res cæteras pertinent. Paganorum ſacra ferme per totum orbem terrarum, ut late oſtendit 1 Porphyrius, & noſtri etiam ſæculi navigationes docent, plena erant crudelitatis. Nam receptum ferme ubique, ut & humano ſanguine Dii placarentur; quem morem nec Græca eruditio, nec Romanæ leges ſuſtulerunt: ut apparet ex iis, quæ 2 de victimis factis Baccho Omeſtæ apud Græcos, de Græco & Græca, 3 Gallo & Galla

1 *Porphyrius.*) De abſtinentia ab eſu animalium. (*Lib. II. pag.* 133. 169. & 221. *ſeqq.*) Unde multa ſumpſit Cyrillus IV. contra Julianum. (*fol.* 128. *ſeq.* & *alibi.*)

2 *De victimis factis Baccho Omeſtæ apud Græcos.*) Meminit Plutarchus Themiſtocle, (*Tom. I. Opp. fol.* 118. *ſeq.*) & Pauſanias. * Similia ſacra Meſſeniorum, Pellæorum, Lyctiorum in Creta, Lesbiorum, Phocæenſium habes apud Clementem Protreptico. (*fol.* 27.)

3 *Gallo & Galla mactatis Jovi Latiali.*) Antiquum in Italia homines immolare docet nos libro I. (*Antiquit. Rom. fol.* 30. *edit. Francofurt.* A. 1586.) Dionyſius Halicarnaſſenſis. Quamdiu id manſerit Plinius libro XXVIII. cap. I. *Boario vero in foro Græcum Græcamve* defoſ-



* Hiſtoriam *de victimis factis Baccho Omeſtæ Pauſanias*, quantum mihi perſpicere licuit, non confirmat, alia tamen ei convenientia exponit *Lib. VII. fol.* 434. & *L. VIII. fol.* 457. edit. *Xylandri* Hanoviæ MDCXIII.

Galla mactatis Jovi Latiali legimus. Myſteria autem illa ſanctiſſima, ſive Cereris, ſive Liberi patris, pleniſſima fuere omnis ob-

*defoſſos, aut aliarum gentium cum quibus tum res eſſet, etiam noſtra ætas vidit.* Manſit mos ad Juſtini & Tatiani tempora. Juſtinus enim ſic Apologetico I. (*fol.* 50.) Romanos alloquitur: Τῷ παρ᾽ ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ᾽ ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόσχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιουμένου. *Ut ei quod vos colitis idolo, cui non tantum ratione carentium animantium ſanguis aſpergitur, ſed & humanus, nobiliſſimo atque illuſtriſſimo veſtrum, occiſorum hominum aſſundente, ſanguinem.* Tatianus vero: (*Orat. contra Græc. fol.* 165.) Εὗρον παρὰ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον. *Cum compererim apud Romanos Latialem Jovem humano cruore, & per homicidium fuſo ſanguine oblectari.* Porphyrius ad Adriani tempora manſiſſe talia ſacra nos docet. (*Lib. II. de Abſtinentia pag.* 225.) Apud Gallos mos is vetus humanis victimis litandi, ut ex Cicerone pro M. Fonteio, (*Cap.* 10.) & ex Plutarcho de Superſtitione (*fol.* 171. *Tom. II. Opp.*) diſcimus. Eum ſuſtulit inde Tiberius: memorante Plinio Lib. xxx. cap. I. De Britannis eumdem ibi Plinium vide, & Dionem Nerone, & Solinum. * De Slavis vero Helmoldum Lib. I. cap. 3. * Porphyrius libro de non eſu animantium ſecundo manſiſſe ad ſuam ætatem ait, (*pag.* 169. *coll.* 226.) & in Arcadia & Carthagine, imo & ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει, id eſt Romæ, ſacrum nominans Jovis Latialis.

4 Cle-

* Altum ibi apud *Helmoldum* de Slavorum more, humano ſanguine Deos placandi, eſt ſilentium.

obſcœnitatis, ut apparuit, poſtquam ſemel, perrupta arcani religione, evulgari cœperunt: quod late exſequuntur 4 Clemens Alexandrinus, 5 & alii. Tum vero illi dies, qui Deorum honori ſacrati erant, talibus ſpectaculis celebrabantur, 6 quibus intereſſe Catonem puduit. At Judaica religio nihil quidem habuit illicitum, aut inhoneſtum; ſed tamen 7 ne pronus ad idololatriam populus à vera religione deſciſceret, multis præceptis earum rerum, quæ per ſe nec bonitatem, nec malitiam habebant, oneratus eſt; qualia ſunt pecudum mactationes, circumciſio, exacta quies ſabbati, & ciborum aliquam multorum interdictio; quorum nonnulla mutuati ſunt Mahumetiſtæ, addita vini prohibi-

4 *Clemens Alexandrinus.*) In Protreptico. (*fol.* 10. *ſeqq.*)

5 *Et alii.*) Maxime Arnobius. (*Lib. V. adverſus gentes pag.* 174. *ſeqq.*)

6 *Quibus intereſſe Catonem puduit.*) Martialis initio Epigrammatum (*Lib.*) I. (*Epigr.* I.) Gellius x. 13.*

Valerius Maximus Lib. II. c. x. (*Exemplo* 8.)

7) *Ne pronus ad idololatriam populus à vera religione deſciſceret, multis præceptis earum rerum, quæ per ſe nec bonitatem nec malitiam habent, oneratus eſt.*) Hanc cauſam talium præceptorum reddit & Maimonides, quem ſequitur Joſephus Albo.

8 *Puræ*

* Neque hoc, neque alio loco id de *Catone Gellius* memoriæ prodidit.

hibitione. / At Chriſtiana religio Deum, ut mentem puriſſimam, 8 pura mente colendum docet, 9 & iis operibus, quæ ſuapte natura etiam citra præceptum honeſtiſſima ſunt. / Sic 10 non carnem vult circumcidi, ſed cupiditates: 11/non ab omni opere, ſed ab illicito nos feriari:/ non pecudum ſanguinem, aut adipem Deo ſacrare, ſed ſi opus ſit, 12 pro veritate ipſius teſtanda noſtrum offerre ſanguinem: & 13 quæ de bonis noſtris egentibus damus, Deo data credere: / non certis ciborum potuſve generibus abſtinere, ſed 14 utroque uti cum modo, qui ſanitati conveniat; 15 interdum & jejuniis ſubactum corpus

8 *Pura mente colendum docet.*) Joh. IV. 24.

9 *Et iis operibus quæ ſuapte natura etiam citra præceptum honeſtiſſima ſunt.*) Unde λογικὴ λατρεία dicitur, cultus rationi conſentiens Rom. XII. 1. Adde Philipp. IV. 8.

10 *Non carnem vult circumcidi, ſed cupiditates.*) Rom. II. 28, 29. Philipp. III. 3.

11 *Non ab omni opere, ſed ab illicito nos feriari.*) I. Cor. V. 8.

12 *Pro veritate ipſius teſtanda noſtrum offerre ſanguinem.*) I. Corinth. X. 16. (13.) Hebr. XII. 4. I. Petr. II. 21.

13 *Quæ de bonis noſtris egentibus damus, Deo data credere.*) Matth. VI. 4. Luc. XII. 33. II. Cor. IX. 7. Hebr. III. 6. (verius XIII. 16.)

14 *Utroque uti cum modo qui ſanitati conveniat.*) Luc. XXI. 34. Rom. XIII. 13. Eph. V. 18. Gal. V. 21. I. Petr. IV. 3. I. Tim. V. (IV.) 3.

15 *Interdum & jejuniis ſubactum corpus animo addicere.*) Matth. VI. 18. XVII. 21. I. Corinth. VII. 5.

16 In

pus animo addicere, quo is alacrior ad ſublimia feratur. / Præcipua vero pars religionis ubique oſtenditur poſita [16] in pia fiducia, [17] qua compoſiti ad fidele obſequium [18] in Deum toti recumbimus, [19] ejusque promiſſis non dubiam habemus fidem; [20] unde & ſpes exſurgit, [21] & verus amor, tum Dei, tum proximi, quo fit ut præceptis ipſius pareamus, [22] non ſerviliter pœnæ formidine, [23] ſed ut ipſi placeamus, [24] ipſumque habeamus pro ſua bonitate patrem [25] / ac remuneratorem. [26] Precari vero jubemur, non ut divitias, aut honores nanciſcamur, & quæ alia multum optata plurimis male ceſſerunt: ſed primum quidem ea, quæ Deo ſunt glorioſa, nobis vero de rebus caducis

16 *In pia fiducia.*) Ut Joh. XII. 44.

17 *Qua compoſiti ad fidele obſequium.*) Luc. XI. 28. Joh. XIII. 17. & ſequentibus. Rom. I. 5. I. Petr. I. 2. I. Cor. VII. 19.

18 *In Deum toti recumbimus.*) Matth. XXI. 21. II. Tim. I. 12.

19 *Ejusque promiſſis non dubiam habemus fidem.*) Rom. IV. 20. II. Cor. VII. I. Gal. III. 29.

20 *Unde & ſpes exſurgit.*) Hebr. VI. II. Rom. VIII. 24. XV. 4.

21 *Et verus amor tum Dei, tum proximi.*) Gal. V. 6. I. Theſſ. III. 6.

22 *Non ſerviliter pœnæ formidine.*) Rom. VIII. 15.

23 *Sed ut ipſi placeamus.*) Hebr. XII. 28.

24 *Ipſumque habeamus pro ſua bonitate patrem.*) Rom. VIII. (15. 16.)

25 *Ac remuneratorem.*) Coloſſ. III. 24. II. Theſſ. I. 6.

26 *Precari vero jubemur.*) Matth. VI. (9.) 10.

I *Notat*

cis ea, quæ natura deſiderat, reliquum permittentes divinæ providentiæ, utramcumque in partem res ceciderit ſecuri; ea vero, quæ ad æterna ducunt, omni ſtudio, nempe retro commiſſorum veniam, in poſterum auxilium Spiritus, quo firmati adverſus minas omnes atque illecebras in pio curſu perſtemus. Hic eſt Dei cultus in religione Chriſtiana, quo certe nihil excogitari poteſt Deo dignius.

## §. XIII. *Circa ea officia humanitatis, quæ proximo debemus, etiam læſi.*

Similia ſunt quæ adverſus proximum exiguntur officia. Mahumetis religio in armis nata, nihil ſpirat niſi arma, armis propagatur. Sic & Laconum inſtituta, quæ inter Græcanica maxime laudabantur, etiam Apollinis oraculo, tota ad vim bellicam fuiſſe directa, 1 notat, & in culpa

1 *Notat & in culpa ponit Ariſtoteles.*) Polit. VII. cap. 14. Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ οἱ ὕστερόν τινες γράψαντες ἀπεφήναντο τὴν αὐτὴν δόξαν· ἐπαινοῦντες γὰρ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν ἄγανται τοῦ νομοθέτου τὸν σκοπὸν, ὅτι πάντα πρὸς τὸ κρατεῖν καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐνομοθέτησεν. ἃ καὶ κατὰ τὸν λόγον ἐστὶν εὐέλεγκτα, καὶ τοῖς ἔργοις ἐξελήλεγκται νῦν. *Pari modo & qui poſterius ſcripſerunt, oſtenderunt ejuſdem ſe eſſe ſententiæ. Nam in laudatione Lacedæmoniorum reipublicæ, admirantur propoſitum conditoris legum in eo, quod leges omnes ad bellicas res victoriamque direxit: quod & ratione refelli*

pa ponit Ariſtoteles. | Sed idem in Barbaros bellum dicit eſſe naturale ; |cum contra verum ſit, inter homines à natura amicitiam ac ſocietatem conſtitutam. 2 |Quid enim iniquius, quam ſingulas cædes puniri, occiſarum gentium, velut glorioſum facinus, triumphis oſtentari? | Et tamen illa adeo celebrata Romana civitas, quo tantum nomen, niſi bellis, 3 ſæpe maniſeſte injuſtis, 4 ut de bello in Sardiniam 5 & Cyprum ipſi fatentur, conſecuta eſt?

*facile poteſt, & ipſis factis refutatum nunc apparet.* Euripides Andromacha (v. 724. *ſeqq.*) Ariſtoteli præiverat:

—— εἰ δ' ἀπῆν δορὸς
Τοῖς Σπαρτιάταις δόξα καὶ μάχης ἀγὼν,
Τ' ἀλλ' ὄντες ἴστε μηδενὸς βελτίονες.

—— *ſi vis Martia,*
*Vobis Lacones abſit & ferri decus,*
*Spectatur ultra quod ſit eximium nihil.*

2 *Quid enim iniquius, quam ſingulas cædes puniri, occiſarum gentium velut glorioſum facinus triumphis oſtentari?*) Senſus ex Senecæ epiſtola 96. (*aliis XCV.*) & de Ira Lib. II. cap. 8. ex Cypriani epiſtola ſecunda.

3 *Sæpe maniſeſte injuſtis.*) Petronius: (*Satyr. p.* 156. *edit. Francofurt.* 1621. 8vo.)

—— *ſi quis ſinus abditus ultra,*
*Si qua foret tellus fulvum quæ mitteret aurum,*
*Hoſtis erat.* ——

4 *Ut de bello in Sardiniam.*) Vide Polybium Hiſtoriarum III. (*maxime Cap.* 28.)

5 *Et Cyprum ipſi fatentur.*) Florus Lib. III. cap. 9. *Divitiarum tanta erat fama, nec falſo, ut inſtar gentium populus, & donare regna conſuetus, Publico Clodio tribuno duce, ſocii vivique Regis confiſcationem mandaverit.* Meminit ejuſdem rei Plutarchus Catone. (*Minore fol.* 776. *ſeq. Tom.*

eſt? Et certe generatim, ut à præclaris annalium conditoribus memoriæ proditum eſt, 6 latrocinia extra fines plerisque gentibus

*Tom. I. Opp.*) Appianus Lib. II. Civilium, (*pag.* 441. *edit. Stephani p.* 728. *edit. Tollii Amſtelod. A.* 1670.) Dion Lib. XXXVIII. (*fol.* 78.) Vide eundem Florum de Bello Numantino & de Cretico. (*Lib. II. Cap.* 18. *& Lib. III. Cap.* 7.)

6 *Latrocinia extra fines plerisque gentibus nullam habebant infamiam.*) Thucydides Lib. I. (*fol.* 4. *edit. Æmilii Porti de A.* 1594.) Οἱ γὰρ Ἕλληνες τὸ πάλαι, καὶ τῶν βαρβάρων οἵ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι, καὶ ὅσοι νήσους εἶχον, ἐπειδὰν ἤρξαντο μᾶλλον περαιοῦσθαι ναυσὶν ἐπ' ἀλλήλους, ἐτράποντο πρὸς ληστείαν, ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων, κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς. καὶ προσπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις, ἥρπαζον καὶ τὸ πλεῖστον ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο, οὐκ ἔχοντές πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον. δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν πλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες, εἰ λῃσταί εἰσιν. ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων· ἐλῄζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους, καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται, περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας, καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον. *Olim quippe Græci non minus quam barbari, tum qui in continente, tum qui per inſulas vivebant, poſtquam ſæpius alii ad alios navibus tranſire cœperunt, ad latrocinandum ſe contulerunt, ad quam rem viri illuſtres duces ipſis erant, partim quæſtus ſui cauſa, partim ut victum ſuppeditarent egentibus: adortique civitates mœnibus carentes, aut per vicos ſparſas, diripiebant eas, maximamque partem hinc ſe alebant, nondum infami eo vitæ genere, quin & nonnihil habente gloriæ. Manifeſtum id faciunt*

tibus nullam habebant infamiam. 7 Ultionis exactionem Ariſtoteles, & Cicero, in vir-

*cunt etiam nunc quidam continentis terræ habitatores, qui pro decoro habent ſtrenue id facere, & vetuſti Poetarum, apud quos frequentes ſunt interrogationes ad navigantium obvios, an prædones eſſent; nimirum, quod nec defugituri id nomen illi eſſent qui interrogabantur, nec exprobraturi hi qui interrogabant. In ipſa quin etiam terra continente, ſpoliabant alii alios, & nunc quoque magna portio Græcorum ſic vivit, apud Locros Ozolas, apud Ætolos, apud Acarnanas & vicina terrarum.* Interrogatio illa, cujus Thucydides meminit, eſt apud Homerum Odyſſeâ Γ ubi Scholiaſtes: οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' ἔνδοξον. *Apud veteres latrocinari adeo infame non erat, ut & gloriæ duceretur.* Juſtinus Lib. XLIII. c. 3. de Phocenſibus: *Studioſius mare quam terras exercuere, piſcando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris (quod illis temporibus gloriæ habebatur) vitam tolerabant.* De Hiſpanis vide Plutarchum Mario: (*Tom. I. Opp. fol.* 408.) & Diodorum Lib. V. de Tyrrhenis: (*fol.* 315. 316. *luculentius forte Lib. XI. fol.* 67.) Servium ad VIII. * & X. Æneidos: de Germanis Cæſarem, (*Lib. VI. de Bello Gall. Cap.* 23.) Tacitum, (*Annal. XII. Cap.* 27. §. 2. *coll. de Mor. Germ. Cap.* 29. §. 1.) Saxonem Grammaticum. (*Lib. II. Hiſt. Dan. fol.* 25. 26. *Lib. III. fol.* 48. *edit. Stephanii* 1644.)

7 *Ultionis exactionem Ariſtoteles & Cicero in virtutis parte ponunt.*) Ariſtoteles de moribus ad Nicomachum IV. 11. Δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι οὐδὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός· τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, ἀνδραποδῶδες. *Videtur talis & ſenſu & dolore*

L

* Ad *Æneid. VIII. Virg. v.* 479. *ſeq. Servius* de Tyrrhenis latrocinia teſtatur, ad X. *Æneid.* vero id vitium minime ipſis exprobrat.

virtutis parte ponunt 8 Gladiatorum mutuæ dilaniationes inter oblectamenta erant publica Paganorum: 9 exponere liberos quotidianum. Apud Hebræos ſane lex melior, ſanctior diſciplina; ſed tamen in populo impotentis iræ diſſimulata quædam, aut etiam ipſis conceſſa: 10 ut vis in populos ſeptem id meritos; qua non contenti, 11 omnes à ſe diſſidentes crudeli odio ſunt perſecuti; 12 cujus ſigna nunc etiam

*lore carere, & cum non iraſcatur, vindictæ eſſe negligens. Servile, ſi contumelioſe tracteris, id tolerare.* Cicero autem de Inventione II. (*Cap.* 22.) inter ea quæ ad jus naturæ pertinent, ponit vindicationem, *per quam vim aut contumeliam defendendo aut ulciſcendo propulſamus.* Ad Atticum: *Odi hominem & odero: utinam ulciſci poſſem.* In Antonium: *Sic ulciſcar facinora ſingula, quemadmodum à quibusque ſum provocatus.*

8 *Gladiatorum mutuæ dilaniationes inter oblectamenta erant publica Paganorum.*) Vide Lactantium libro II. (*verius Lib. VI. Cap. XX §.* 10. *ſeqq.*) Tertullianum de Spectaculis cap. 19.

9 *Exponere liberos quotidianum.*) Juſtinus Apologetico ſecundo. (*fol.* 70. *Opp.*) Tertullianus Apologetico cap. 9. Vide & Lactantium Lib. VI. Inſtitutionum, cap. 20. (§. 18. *ſeqq.*) & Terentii Hecyram. (*Al. III. Scen. III.* v. 39. 40.)

10 *Ut vis in populos ſeptem id meritos.*) Exodi XXXIV. 11. 12. Deut. VII, 1. 2.

11 *Omnes à ſe diſſidentes crudeli odio ſunt perſecuti.*) Dandam operam ut eis damnum quovis modo inferatur, docet R. Levi ben Gerſon: non reddenda illis quæ furtis ſubducta ſunt, Bechai.

12 *Cujus ſigna nunc etiam in ipſorum precibus adverſus Chriſtianos conceptis apparent.*)

etiam in ipſorum precibus adverſus Chriſtianos conceptis apparent. At 13 dolorem ſuum talionis judicio exſequi, homicidam propinqui ſui privata manu occidere, lege ipſa permittebatur. Chriſti vero lex omnino 14 prohibet injuriam ſive verbis, ſive rebus factam reponere, ne, quam in aliis improbamus malitiam, rurſum probemus imitando: bene fieri vult bonis quidem præcipue, ſed & malis, 15 ad Dei exemplum, à quo Solem, aſtra, aërem, ventos, imbres habemus communia in homines quosvis dona.

## §. XIV. *Circa conjunctionem maris & fœminæ.*

Conjunctio maris cum fœmina, per quam propagatur genus humanum, digniſſima

*rent.*) Vide Libellum precum editum Venetiis forma minima fol. 8. & librum Germanicum Antonii Margaritæ. Maimonidem ad XIII. Articulos, ubi perdendos ait, qui eos non credunt. Et dictum eſt in ore Judæorum: *Omnes ſectarii ſubito pereant.* Similia ſunt dicta R. Iſaaci in Bereſchith rabba: & Thalmud in Baba Kama, & Baba Bethra.

13 *Dolorem ſuum talionis judicio exſequi.*) Levit. XXIV. 20. Deut. XIX. 21.

14 *Prohibet injuriam ſive verbis ſive rebus factam reponere.*) Matth. V. 38. 44.

15 *Ad Dei exemplum, à quo ſolem, aſtra, aërem, ventos, imbres habemus communia in homines quosvis dona.*) Matth. V. 45.

 I *Deo-*

gniſſima res eſt legum cura. |Quam partem neglectui habitam à Paganis haud mirum eſt, cum eorum, quos colerent, 1 Deorum ſtupra, & adulteria narrarentur. Quid

1 *Deorum ſtupra & adulteria.*) Euripides Ione: (f. 436. *ſeqq.*)

—— *νουθετητέος δέ μοι*
*Φοῖβος, τί πάσχει, παρθένους βίᾳ γαμῶν,*
*Προδίδωσι παῖδας ἐκτεκνούμενος λάθρα,*
*Θνήσκοντας ἀμελεῖ. μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐπεὶ κρατεῖς.*
*Ἀρετὰς δίωκε. καὶ γὰρ ὅστις ὢν βροτῶν*
*Κακὸς πεφύκει, ζημιοῦσιν οἱ θεοί.*
*Πῶς οὖν δίκαιον, τοὺς νόμους ὑμᾶς βροτοῖς*
*Γράψαντας, αὐτοὺς ἀνομίαν ὀφλισκάνειν;*
*Εἰ δ' οὐ γὰρ ἔσται, τῷ λόγῳ δὲ χρήσομαι,*
*Δίκας βιαίων δώσετ' ἀνθρώποις γάμων,*
*Σὺ καὶ Ποσειδῶν, Ζεύς θ' ὃς οὐρανοῦ κρατεῖ,*
*Ναοὺς τίνοντες ἀδικίας κενώσετε.*

—— *monendus, ſi tamen fas eſt, mihi*
*Apollo, per vim virginum minuit decus,*
*Quosque ipſe ſevit liberos, interfici*
*Clam patitur, ah ne tu iſta: ſed quando imperas,*
*Honeſta ſequere. Si quis eſt mortalium*
*Qui ſcelera patrat, exigunt pœnam Dii:*
*At nonne iniquum eſt, vos, ſuas leges quibus*
*Gens debet hominum, jure nullo vivere?*
*Si, quod futurum non erit, dicam tamen,*
*Hominibus æquo ſtupra lueretis modo,*
*Neptunus & tu, rexque ſupremi poli,*
*Vacuaret omnes mulcta templorum domos.*

Vide hæc fuſe tractata apud Clementem Protreptico, (*fol.* 10. *ſeq.* 20. *ſeqq.*) Athenagoram, (*Legat. pro Chriſt. pag.* 158. *ſeqq.* 172. *ſeqq.*) Tatianum, (*Orat. contra Græc. fol.* 147. *ſeq.* 168. *ſeqq. & alibi.*) Arnobium libro IV. (*p.* 140. *ſeqq. it.* 149.

Quid quod & 2 concubitus marium cum maribus Deorum exemplis defendebantur? in quorum numerum eo merito relati olim Ganymedes, 3 poſtea Antinous; quod flagitium apud Mahumetiſtas quoque frequens eſt, apud Sinenſes, & gentes alias etiam pro licito: à Græciæ autem Philoſophis in id laboratum videtur, 4 ut rei turpi honeſtum nomen imponeretur. Inter eosdem Græciæ Philoſophos

*it.* 149. *ſeqq.*) Nazianzenum I. contra Julianum, (*i. e. Orat. III. num.* 114. *ſeqq. fol.* 104. *ſeq. &* 108. *edit. Jac. Billii*) Theodoretum Sermone III. (*fol. inprimis* 512. *Tom. IV. Opp.*)

2 *Concubitus marium cum maribus.*) Hæc quoque vide apud Clementem & Theodoretum dictis locis.

3 *Poſtea Antinous.*) Meminit Juſtinus Apologetico II. (*fol.* 72.) Clemens Protreptico: (*fol.* 32.) Origenes libro contra Celſum tertio (*pag.* 132. *ſeqq.*) & octavo: (*pag.* 384.) Euſebius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ IV. 8. Theodoretus octavo: (*ſcil. Therapeut. Serm. fol.* 597. *Tom. IV. Opp.*) & Hiſtorici illorum temporum.

4 *Ut rei turpi honeſtum nomen imponeretur.*) Ita ſane cenſent non Lucianus tantum libello de amoribus, (*Tom. I. Opp. p.* 1066. *ſeqq. maxime* 1040. *ſeqq. it.* 1048. *ſeqq.*) ſed & Gregorius Nazianzenus Oratione III. (*num.* 67. *fol.* 78. *edit. Jac. Billii.*) contra Julianum, & ad eum Elias Cretenſis & Nonnus, Cyrillus contra Julianum libro VI. (*fol.* 186. *ſeqq.*) & late Theodoretus libro XII. ad Græcos. (*fol.* 670. *ſeqq. Tom. IV. Opp.*) Philonis, qui Platoni favit plurimum, locum hic omittere non poſſum è libro de vita contemplatrice: (*fol.* 898. *Opp.*) Τὸ δὲ Πλατωνικὸν ὅλον σχεδόν ἐστι περὶ ἔρωτος, οὐκ ἀνδρῶν ἐπὶ γυναιξὶν ἐπιμανέντων, ἢ γυναικῶν ἀνδράσιν



αὐτὸ

loſophos præſtantiſſimi, 5 communione mulierum laudata, quid aliud quam ex civitate tota unum fecerunt lupanar, 6 cum etiam inter muta animantia quadam ſit fœdus aliquod conjugale? quanto æquius ne ſanctiſſimum animal homo incerto ſemine naſcatur, exſtinctis etiam parentum & liberorum inter ſe affectibus? Lex Hebræa omnem quidem ſpurcitiem inhibet, ſed & 7 plures uni concedit uxores,

αὐτὸ μόνον· ἐπιτελοῦνται γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι αὗται νόμῳ φύσεως· ἀλλὰ ἀνδρῶν ἀρσένων ἡλικίᾳ μόνον διαφέρουσι· καὶ γὰρ εἴ τι περὶ ἔρωτος καὶ οὐρανίας Ἀφροδίτης κεκομψεῦσθαι δοκεῖ, χάριν ἀστεισμοῦ παρείληπται: *Platonicum autem conbibium totum fere in amoribus conſumitur, non birorum modo in mulieres, mulierum in biros inſanientium: tales enim cupiditates lege naturæ explentur: ſed birorum in ſexus ejusdem ſola ætate diſpares: nam ſi quid ibi de Venere & Amore cœleſti ſpecioſe dici auditur, id honeſti obtentus cauſa aſſumitur.* Tertullianus de Anima, (*Cap. I.*) Chriſtianam ſapientiam præferens Socraticæ: *Nec noba inferens dæmonia, ſed betera depellens, nec adoleſcentiam bitians, ſed omni bono pudoris informans.*

5 *Communione mulierum laudata.*) Platonem vide tum alibi, tum maxime de Republica IV. (*potius V. fol. 655. Opp.*)

6 *Cum etiam inter muta animantia quadam ſit fœdus aliquod conjugale.*) Plinius L. x. c. 33. (*alias 34.*) *Ab his columbarum geſta ſpectantur maxime, ſimili ratione. Mores iidem, ſed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria: conjugii fidem non biolant.* De palumbium caſtitate conjugali vide Porphyrium de non eſu animantium tertio. (*pag. 274.*)

7 *Plures uni concedit uxores.*) Apparet id Deut. XVII. 16. 17. XXI. 15. II. Sam.

res, 8 & marito dimittendæ ob quasvis cauſas uxoris jus facit: quod & hodie uſurpant Mahumetiſtæ, & olim Græci, ac Latini, tanta licentia, ut & uxores ad tempus utendas aliis darent 9 Lacones, & Cato. At perfectiſſima Chriſti lex ad ipſas penetrat vitiorum radices, & eum, qui attentavit mulieris cujusquam pudicitiam, vel oculis libavit, 10 reum habet, inſpectore cordis Deo judice, concupiti nec peracti criminis. Cumque omnis vera amicitia perpetua ſit & inſolubilis, 11 merito talem eam eſſe voluit, quæ cum animorum ſocietate corporum quoque continet communionem: quod etiam ad rectam

Sam. xii. 8. Sic legem intelligunt Hebræi, & Chryſoſtomus 1. ad Cor. xi. (*Homil. XVI. fol.* 286. *Tom. V. Comment. in N. Teſt.*) Auguſtinus de doctrina Chriſtiana libro III. cap. 12. & veterum alii. Joſephus legis peritiſſimus, Antiquitatum xvi. (*accuratius Lib. XVII. Cap. I.*) πάτριον ἐν ταυτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν. *Mos nobis patrius eodem tempore plures habere uxores.*

8 *Et marito dimittendæ ob quasvis cauſas uxoris jus facit.*) Deut. xxiv. 1. 2. 3. 4. Levit. xxi. 14.

9 *Lacones & Cato.*) Vide Herodotum libro vi. (*Cap.* 61. *ſeq. forte.*) Plutarchum Lycurgo & Catone Uticenſi. (*fol.* 48. *ſeq.* & 770. *ſeq. Tom. I. Opp.*)

10 *Reum habet, inſpectore cordis Deo judice, concupiti nec peracti criminis.*) Matth. v. 28.

11 *Merito talem eam eſſe voluit, quæ cum animorum ſocietate corporum quoque continet communionem.*) Matth. v. 32. ix. (xix.) 9.

ctam liberorum educationem haud dubio eſt utilius. Inter Paganos paucæ gentes una uxore contentæ fuerunt, ut Germani & Romani. 12 Sequuntur & hoc Chriſtiani; ut ſcilicet animus ab uxore in ſolidum marito datus, 13 æquali retributione penſetur, 14 rectiusque procedat ſub una præſide

12 *Sequuntur & hoc Chriſtiani.*) Paulus Apoſtolus I. Cor. VII. 4. Lactantius Inſtitutionum VI. 23. Hieronymus adverſus Oceanum. (*i. e. Epiſt. XXX. Cap. I.*)

13 *Æquali retributione penſetur.*) Bene enim Salluſtius Jugurthino: * *Apud eos qui plures uxores habent, levis iſta ducitur neceſſitudo, quod animus multitudine diſtractus nullam pro ſocia obtinet, omnes pariter viles ſunt.* Ammianus de Perſis Lib. XXIII. (*Cap.* 12.) *Per libidines varias caritas diſperſa torpeſcit.* Claudianus bello Gildonico: (*v.* 441. *ſeqq.*)

*—— Connubia mille:*
*Non illis generis nexus, non pignora curæ,*
*Sed numero languet pietas.*

14 *Rectiusque procedat ſub una præſide domeſticum regimen; neu diverſæ matres diſcordiam liberis inferant.*) Utrumque recte concepit & expreſſit Euripides Andromacha (*v. inprimis* 177. *ſeqq. it.* 464. *ſeqq.*)

I lli

* *Cap.* LXXX. cujus verba ad mentem ipſius hæc damus : *Verum ea neceſſitudo apud Numidas Mauroſque levis ducitur, quia ſinguli pro opibus quiſque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; ſed reges eo amplius. Ita animus multitudine diſtrahitur, nullam pro ſocia obtinet, pariter omnes viles ſunt.*

ſide domeſticum regimen; neu diverſæ matres diſcordiam liberis inſerant.

## §. XV. *Circa uſum bonorum temporalium.*

Ad uſum eorum, quæ bona vulgo dicuntur, ut veniamus, furta videmus à gentibus paganis quibusdam, 1 ut Ægyptiis 2 & Spartiatis, permiſſa: & qui privatis non permiſerunt, publice hoc ferme unum agebant, ut Romani: 3 quibus ad caſas redeundum dicebat Romanus orator, ſi ſuum cuique reddere deberent! Hebræis nihil quidem tale, ſed 4 fœnus tamen in extraneos permiſſum, ut eorum ingenio ſe lex aliquatenus aptaret; 5 quæ propterea legem ſervantibus inter cætera divitias pollicebatur. At 6 Chriſtiana

1 *Ut Ægyptiis.*) Diodorus Siculus Hiſtoriarum libro I. (*Sect. II. fol.* 72.)

2 *Et Spartiatis.*) Plutarchus Lycurgo. (*Tom. I. Opp. fol.* 58.)

3 *Quibus ad caſas redeundum dicebat Romanus orator, ſi ſuum cuique reddere deberent.*) Verba hunc in ſenſum Ciceronis ex tertio de Republica recitat Lactantius in Epitome cap. I.

4 *Fœnus tamen in extraneos permiſſum.*) Deut. xxiii. 19. (20.)

5 *Quæ propterea legem ſervantibus inter cætera divitias pollicebatur.*) Levit. xxvi. 5. Deut. xxviii. 4. 5. 6. 7. 8. 11. 12.

6 *Chriſtiana Lex non modo omne injuſtitiæ genus & in quosvis probibet.*) Matth. vii. 12. Epheſ. v. 3.

na lex non modo omne injuſtitiæ genus, & in quosvis prohibet; 7 ſed & vetat nos ſtudium noſtrum rebus illis caducis impendere: quia ſcilicet non ſufficiat animus noſter ad duo ſedulo curanda, quæ ſingula hominem totum requirant, & ſæpe in contraria conſilia nos trahant: deinde vero & in quærendis, & in ſervandis divitiis, 8 ſollicitudo ſervitutem quandam, & cruciatum ſecum ferat, quæ ipſam voluptatem, quæ ex divitiis ſperatur, corrumpant: 9 ea vero, quibus natura contenta eſt, & pauca ſint, & facile ſine magno labore aut impendio parentur. Quod ſi quid tamen Deus ultra indulſerit, non hoc in mare projicere jubemur, 10 ut Philoſophi quidam imprudenter fecerunt; neque detinere inutile, neque prodigere; ſed ſupplere inde hominum aliorum inopiam, 11 ſive donando, 12 ſive dando mutuum

7 *Sed & vetat nos ſtudium noſtrum rebus illis caducis impendere.*) Matth. VI. 24. & ſequentibus. XIII. 22. Luc. VIII. 14. I. Tim. VI. 9.

8 *Sollicitudo ſervitutem quamdam & cruciatum ſecum ferat.*) Matth. VI. 34. Philipp. IV. 6.

9 *Ea vero quibus natura contenta eſt, & pauca ſint, & facile ſine magno labore aut impendio parentur.*) I. Tim. VI. 7. 8.

10 *Ut Philoſophi quidam imprudenter fecerunt.*) Habent hoc de Ariſtippo Laertius (*Lib. II. de Vit. Philoſ. Segm.* 77.) & Suidas, (*voce* Ἀρίστιππος) de Cratete Philoſtratus. (*Lib. I. de vita Apollonii Cap.* 13.)

11 *Sive donando.*) Matt. V. 42

12 *Sive dando mutuum id rogan-*

tuum id rogantibus; 13 ut decet eos, qui ſe non dominos harum rerum, ſed Dei ſummi parentis procuratores ac diſpenſatores credant: bene enim locatum beneficium 14 theſaurum eſſe bonæ ſpei plenum; in quem nec furum improbitati, nec caſuum varietati quicquam liceat. Cujus veræ, non fucatæ, liberalitatis exemplum admirabile præbuerunt Chriſtianorum primi, 15 cum usque ex Macedonia & Achaia ea mitterentur, quæ Palæſtinorum egeſtatem ſublevabant: non aliter, quam ſi orbis totus una eſſet familia. Atque hic illa quoque cautio in Chriſti lege additur, 16 ne qua repenſationis aut honoris ſpes beneficentiam defloret: 17 cujus apud Deum perit gratia, ſi aliud præter Deum reſpicit. Ac ne quis, ut fieri ſolet

*rogantibus.*) Matth. ibidem. Luc. vi. 35.

13 *Ut decet eos qui ſe non dominos harum rerum, ſed Dei ſummi parentis procuratores & diſpenſatores credant.*) I. Tim. vi. 17. 18.

14 *Theſaurum eſſe bonæ ſpei plenum, in quem nec furum improbitati, nec caſuum varietati quicquam liceat.*) Matth. vi. 20.

15 *Cum usque ex Macedonia & Achaia ea mitterentur, quæ Palæſtinorum egeſtatem ſublevabant.*) Rom. xv. 25. 26. & ſequentibus. II. Cor. ix. 1. 2. 3. 4. Philipp. iv. 18.

16 *Ne qua repenſationis aut honoris ſpes beneficentiam defloret*) Matth. vi. 1, 2. Luc. xiv. 12.

17 *Cujus apud Deum perit gratia, ſi aliud præter Deum reſpicit.*) Matthæus dicto jam loco.

18 *Pro-*

ſolet, obtendat tenacitati ſuæ velum, quaſi metuat, ne ipſe olim ſenex, aut à calamitate aliqua deprehenſus, ſuis rebus opus habeat, 18 promittit lex curam ſpecialem pro his, qui illa præcepta ſervaverint; & quo magis confidant, in mentem illis revocat 19 conſpicuam Dei providentiam in alendis feris ac pecudibus, & in ornandis herbis, floribusque: rem vero fore indignam, ſi Deo tam bono, tam potenti, tanquam malo nomini non credamus ultra, quam dum pignori incumbimus.

## §. XVI. *Circa jusjurandum.*

Perjurium vetant leges aliæ; 1 hæc vero etiam jurejurando extra neceſſitatem omnino vult abſtineri, & ita coli veracitatem in quovis ſermone, 2 ut jusjurandum à nobis ne exigatur quidem.

§. XVII.

18 *Promittit lex curam ſpecialem pro his qui illa præcepta ſervaverint.*) Matth. VI. 32. Luc. XII. 7. XXI. 18.

19 *Conſpicuam Dei providentiam in alendis feris ac pecudibus, & in ornandis herbis floribusque.*) Matth. VII. (VI.) 26. 28.

1 *Hæc vero etiam jurejurando extra neceſſitatem omnino vult abſtineri.*) Matth. V. 33. 34. 35. 36. 37. Jac. V. 12.

2 *Ut jusjurandum à nobis ne exigatur quidem.*) Matthæus dicto jam loco.

1 *De*

## §. XVII. *Circa ſucta alia.*

Ac plane nihil egregium reperiri poteſt, aut in Græcorum philoſophicis ſcriptis, aut in ſententiis Hebræorum, aliarumve gentium, quod non hic contineatur, & quidem ut ſancitum divina auctoritate: puta 1 de modeſtia, 2 temperantia, de 3 bonitate, 4 de morum honeſtate, 5 de prudentia, 6 de officio magiſtratuum & ſubditorum, 7 parentum & liberorum, 8 dominorum & ſervorum, 9 item conjugum inter ſe, maxime vero de vitandis vitiis, (quæ ſpecie quadam honeſti plurimis Græcis Romaniſque impoſuerunt; 10 cupiditatibus ſcilicet honorum ac

1 *De modeſtia.*) I. Petr. III. 3.

2 *Temperantia.*) Tit. II. 12. I. Tim. II. 9.

3 *Bonitate.*) II. Cor. VI. 6. Galat. V. 22. Coloſſ. III. 12. I. Cor. XIII. 4.

4 *De morum honeſtate.*) Phil. IV. 8. I. Tim. II. 2. III. 4. Tit. II. 7.

5 *De prudentia.*) Matth. X. 16. Eph. I. 8.

6 *De officio magiſtratuum & ſubditorum.*) I. Tim. II. 2. Rom. XIII. I. Petr. II. 13. 17.

7 *Parentum & liberorum.*) Coloſſ. III. 20, 21. Epheſ. VI. 1. 2. 3. 4.

8 *Dominorum & ſervorum.*) Epheſ. VI. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Coloſſ. III. 22. 23. 24. 25.

9 *Item conjugum inter ſe.*) Epheſ. V. 22. 23. 24. 25. 28. 33. Coloſſ. III. 18. 19. I. Tim. II. 12.

10 *Cupiditatibus ſcilicet honorum & gloriæ.*) Matth. XVIII. 4. XXIII. 12. Luc. XIV. 11. XVIII. 14. Joh. V. 44. Epheſ. IV. 2. Coloſſ. II. 18. II. 23. (*fortaſſe* III. 22. 23.) I. Joh. II. 16. Philipp.

ac gloriæ. Summa vero præceptorum ſolida brevitate admirabilis, 11 ut Deum amemus ſupra omnia, proximum vero juxta nos ipſos; 12 id eſt, ut alteri faciamus, quod nobis velimus fieri.

## §. XVIII. *Solvitur objectio ſumta ex controverſiis, quæ ſunt inter Chriſtianos.*

Opponat forte aliquis, contra dogmatum Chriſti excellentiam, quam prædicamus, magnam opinionum inter Chriſtianos diſcrepantiam, unde orta ſit & ſectarum multitudo. Sed parata reſponſio, idem in omnibus ferme artibus accidere, partim

Philipp. II. 3. I. Theſſ. II. 6. I. Petr. I. 24. v. 5.

11 *Ut Deum amemus ſupra omnia, proximum vero juxta nos ipſos.)* * Matth. IX. 18. XXII. 37. 39. Luc. X. 27. Rom. XIII. 9. 10. 11. Galat. V. 14. Jac. II. 8.

12 *Id eſt ut alteri faciamus, quod nobis velimus fieri.)* Matth. VII. 12. Luc. VI. 31. Laudabat hoc Imperator Alexander. Vide Dionem ** & qui Latine vitam ejus Imperatoris ſcripſit.

1 *Veri-*

---

* Error haud dubie heic latet, allegatus enim locus nihil omnino probat.

** *Dion Caſſius* eo loco, quo *Alexandri Severi* res geſtas exponit, i. e. *Lib. LXXVI. Hiſt. Rom.* hujus rei nullam facit mentionem; qui vero latine vitam iſtius imperatoris enarravit, ſcil. *Ælius Lampridius*, illius autor exiſtit in *Vita Alexandri Severi Cap. LI.*

partim imbecillitate humani ingenii, partim quod ſtudiis judicium impeditur: ſed ſolent iſtæ opinionum varietates conſiſtere intra certos terminos, de quibus convenit, & unde ad ambigua argumentum petitur; ſicut in Mathematicis, an quadrari circulus poſſit diſputatur, non item an, ſi æqualibus æqualia demantur, quæ remanent ſint æqualia; idemque in Phyſicis, Medicina, & aliis artibus, videre eſt. Sic & diſcrepantia illa opinionum inter Chriſtianos impedire nequit, quo minus de præcipuis, id eſt, de præceptis illis, ex quibus Chriſtianam religionem maxime commendavimus, ſatis conſtet: eorumque certitudo hoc ipſo emicat, quod qui odiis inter ſe inflammati quærunt diſſidendi materiam, eo progredi non auſint, ut hæc negent à Chriſto imperata; ne illi quidem ipſi, qui vitam ſuam ad eam normam nolunt componere. Quid ſi quis etiam his velit contradicere, par habendus ſit Philoſophis, qui nivem albam negarunt. Nam ut hi ſenſu refelluntur, ita illi conſenſu omnium gentium Chriſtianarum, & librorum, quos ſcripſerunt Chriſtianæ religionis primi, ac primis proximi, & deinceps ſecuti doctores, etiam illi, qui ſuam in Chriſtum fidem morte teſtati ſunt. Nam quod hi omnes ut Chriſti dogma agnoſcunt, id omnino pro

tali

tali habendum eſt ab æquo rerum judice: ſicut Platoni, Xenophonti, aliiſque Socraticis credimus, de dogmatibus Socratis; Stoicorum ſcholæ de his, quæ Zeno tradidit.

## §. XIX. *Probatur amplius præſtantia Christianæ religionis, ex præſtantia ipſius Magiſtri.*

Tertium, quo Chriſtianam religionem omnibus aliis, quæ ſunt, aut fingi poſſunt, præſtare diximus, eſt ipſe modus, quo tradita fuit ac propagata: qua in parte, prima eſt inſpectio de ipſo dogmatis auctore. Grecæ ſapientiæ auctores nihil ferme certi ſe adferre ipſi fatebantur: quippe 1 veritatem velut in puteo demerſam, & 2 mentem noſtram non minus caligare ad Divina, quam oculos noctuæ ad lumen Solis. Ipſorum præterea 3 nemo non

1 *Veritatem velut in puteo demerſam.*) Democriti eſt ἐν βυθῷ ἀλήθεια, memoratum & aliis & Ciceroni in Academicis. (*& Lib. I. Cap.* 12. *& Lib. II. Cap.* 10.)

2 *Mentem noſtram non minus caligare ad Divina, quam oculos noctuæ ad lumen Solis.*) Ariſtoteles Metaphyſicorum II. cap. I. Ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων. *Sicut enim veſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent, ita & animi noſtri mens ad ea quæ omnium ſunt clariſſima.*

3 *Nemo non aliqua vitii obſitus.*)

non aliquo vitio obſitus, 4 alii Regum adulatores, 5 alii ſcortorum amoribus addicti, 6 alii caninæ impudentiæ. Invidiæ vero omnium inter ſe magnum argumentum, 7 rixæ de verbis, aut nullius momenti rebus: frigoris verò in Dei cultu, quod & qui Deum unum crediderunt, tamen illo ſepoſito, aliis, & quidem, quos Deos non crede-

*obſitus.*) Maximo conſenſu omnium laudatur Socrates. At ejus ſummam iracundiam, quæ in dictis & factis ſe oſtenderit, ante oculos nobis Porphyrii verbis ponit Cyrillus ſexto adverſus Julianum. (*fol.* 185.)

4 *Alii Regum adulatores.*) Plato, Ariſtippus.

5 *Alii ſcortorum amoribus addicti.*) Marium Zeno Stoicæ ſectæ princeps: Feminarum prope omnes, Plato, Ariſtoteles, Epicurus, Ariſtippus. Athenæus libro III. (*aut XII. fol.* 544.) & XIII. (*fol.* 563. 566. & 588.) Laërtius, (*Lib. VII. de Vit. Philoſ. Segm.* 13. & 17. *Lib. III. Segm.* 29. *ſeqq. Lib. V. Segm.* 314. *Lib. X. Segm.* 3. *ſeqq. Lib. II. Segm.* 74. 75.) Lactantius, (*Lib. III. Inſtit. div. Cap. XV.* 6. 7. *ſeqq.*) teſtes. Theognis ipſe de ſe multis in locis. (*Sent. v.* 994. *ſeqq.* 1059. *ſeqq.*)

6 *Alii caninæ impudentiæ.*) Dicti inde Cynici.

7 *Rixæ de verbis aut nullius momenti rebus.*) Bene id notatum Timoni Phliaſio:

> Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
> Ποίων ἐκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε;
> Ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

> *Mortales miſeri, probra peſſima, nil niſi ventres,*
> *Quæ vos vaniloquo fallunt certamine lites?*
> *O homines, tumidis inflati faſtibus utres.*

Item:

> Φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς Ἔρις κενεὸν λελακυῖα,

crederent, cultum exhibuerunt,[8] religionis normam ſtatuentes id, quod receptum eſſet publice. De præmio quoque pietatis

*Νείκης ἀνδροφόνοιο κασι-*
*γνήτη καὶ ἔριδος,*
*Ἥτ' ἀλαὴ περὶ πάντα κυ-*
*λίνδεται· αὐτὰρ ἔπειτα*
*Ἔς τε βροτοὺς σκήριξε κάρη,*
*καὶ ἐς ἐλπίδα βάλλει.*
*Aſpera lis quædam provenit inania clamans,*
*Incenſi in cædes odii ſoror atque miniſtra.*
*Quæ cæca huc illuc circumque voluta, ſupremum*
*Mortales capite incurrit, ſpemque injicit illis.*

Item:

*Τίς δ' ἄρ τοὺς δ' ὀλοῇ ἔρι-*
*δι ξυνέηκε μάχεσθαι;*
*Ἠχοῦς σύνδρομος ὄχλος, ὁ*
*γὰρ σιγῶσι χολωθεὶς*
*Νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λα-*
*λήν· ὀλέκοντο δὲ πολλοί.*
*Ecquis eos tanto pugnæ inflammavit amore?*
*Ad ſtrepitum accurrens plebs atque exoſa ſilentes:*
*Unde loquax morbus multa cum peſte cucurrit.*

Invenies hæc * apud Clementem Strom. v. (*fol.* 550. *ſeq.*) apud Euſebium in fine Præparationis, (*Lib. XV. Cap.* 62.) & apud Theodoretum Sermone 11. (*fol.* 489. *Tom. IV. Opp.*)

8 *Religionis normam ſtatuentes id quod receptum eſſet publice.*) Xenophon Memorabilium v. (*verius Lib. I. C. III. §.* 1.) oraculum recitat, quo jubentur Dii coli ex lege cujuſque civitatis. Repete hic Senecæ verba, quæ ex Auguſtino (§. *I. not.* 2. *p.* 124.) ſupra citavimus: poſt quæ ſic Auguſtinus: (*L. VI. de Civitat. Dei Cap.* 10.) *Colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat.* Nimirum, ut Plato dixit in Timæo, & alibi, & Porphyrius loco qui

* Neque tamen ſingula iſta carmina apud hosce ſcriptores æque invenies, ſiquidem apud *Theodoretum* primum illud ſolum exiſtit, cujus initium Σχέτλιοι ἄνθρωποι; apud *Clementem* vero & *Euſebium* duo poſteriora leguntur.

tatis nihil adſeverabant certi, [9] quod vel ex ultima illa Socratis morituri diſputatione apparet. | Mahumetes, latè ſparſæ religionis auctor, [10] projectus ad libidinem per omnem vitam ne à ſuis quidem negatur. Tum vero nullam fidem dedit, qua conſtare poſſit, quod ipſe promiſit præmium, in epulis & Venere poſitum, id vere exſtiturum; cum ipſius in corpus vitam rediiſſe ne dicatur quidem, imo in hunc diem Medinæ ſitum ſit. At Hebrææ legis conditor Moſes, vir eximius, non tamen ab omni culpa liberatur, 11 cum & legationem ad Regem Ægyptium à Deo ſibi mandatam multo cum reniſu vix ſuſceperit, 12 & ad pollicitum Dei de aqua è rupe

qui eſt apud Euſebium Præparat. Lib. IV. cap. 8. periculo non caret vera de rebus divinis apud vulgus diſſerere. Ejus autem periculi metum Græca & Latina & barbara philoſophia pluris fecit, quam veri ſinceram profeſſionem: quod vel unum ſufficit, ne quis tales ſibi per omnia ſequendos putet. Notat hoc in Platone Juſtinus martyr Paræneſi ad Græcos. (*fol.* 18. & 20. *ſeqq.*)

9 *Quod vel ex ultima illa Socratis morituri diſputatione apparet.*) Vide quæ attulimus ſupra. (*§. IX. not.* 4. *pag.* 144.)

10 *Projectus ad libidinem per omnem vitam ne à ſuis quidem negatur.*) Vide quæ dicentur libro VI. (*§. IV. not.* 8.)

11 *Cum & legationem ad Regem Ægyptium à Deo ſibi mandatam multo cum reniſu vix ſuſceperit.*) Exodi IV. 2. 10. 13. 14.

12 *Et ad pollicitum Dei de aqua è rupe excitanda diffidentiæ nonnihil oſtenderit.*) Num. XX. 12.

 13 *Ja-*

è rupe excitanda diffidentiæ nonnihil oſtenderit, ut Hebræi fatentur. Eorum vero, quæ per legem ſuis promiſit, præmiorum vix quicquam ipſe conſecutus eſt, deſertis in locis 13 jactatus perpetuis ſeditionibus, 14 neque ingreſſus in terram illam felicem. At Chriſtus 15 peccati omnis expers à ſuis deſcribitur, 16 nec ab aliis ullius commiſſi allatis teſtimoniis arguitur; tum vero 17 quicquid præſcripſit aliis, id præſtitit ipſe. Quæ enim ſibi à Deo mandata erant implevit fideliter, 18 in vita omni ſimpliciſſimus, 19 injuriarum ac cruciatuum patientiſſimus, quod in ipſo crucis ſupplicio oſtendit, amantiſſimus hominum etiam inimicorum,

etiam

13 *Jactatus perpetuis ſeditionibus.*) Exodi XXII. (*potius XXXII.*) Num. XI. XII. XIV. XVI. XX. XXV.

14 *Neque ingreſſus in terram illam felicem.*) Num. XX. 12. Deut. XXXIV. 4.

15 *Peccati omnis expers à ſuis deſcribitur.*) Joh. VIII. 46. X. 32. II. Cor. V. 21. I. Petri II. 22. Hebr. IV. 15. Pietatem ejus etiam oraculo, apud Gentes auctoritatem habente laudatam oſtendemus ad Lib. IV.

16 *Nec ab aliis ullius commiſſi allatis teſtimoniis arguitur.*) Notatum id Origeni libro III. contra Celſum. (*pag.* 123.)

17 *Quicquid præſcripſit aliis, id præſtitit ipſe.*) Bene Lactantius fine Inſtitutionum: (*i. e. Lib. VII. Cap. XXVII §. 7.*) *Nec monſtravit tantum, ſed etiam præceſſit, ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret.*

18 *In vita omni ſimpliciſſimus.*) I. Petri II. 22.

19 *Injuriarum ac cruciatuum patientiſſimus.*) Matth. XXVI. 50. 52. Joh. VIII. 23. Act. VIII. 32.

20 *Ita*

etiam à quibus ad mortem actus fuerat, [20] ita ut pro iis etiam Deum deprecaretur. Quod autem ſuis promiſit præmium, ejus ipſe compos factus excellentiſſimo modo & perhibetur, & certa fide comprobatur. In vitam enim redditum [21] viderunt multi, audierunt, palparunt etiam: [22] in cœlum evectus eſt ſpectantibus duodecim: ibi poteſtatem, quæ ſuprema eſt, conſecutus oſtenditur eo, quod ſuos ſectatores, & [23] linguarum, quas non didicerant, loquela, [24] & aliis mirificis virtu-

20 *Ita ut pro iis etiam Deum deprecaretur.*) Luc. xxiii. 34.

21 *Viderunt multi, audierunt, palparunt etiam*) Joh. xx. 27. 28. 29. Joh. I. Epiſt. I. I. Matth. xxviii. Marci xvi. Luc. xxiv. I. Cor. xv. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

22 *In cœlum evectus eſt ſpectantibus duodecim.*) Marco xvi. 19. Luc. xxiv. 51. 52. Actor. I. 9. 10. II. Adde Actor. vii. 55. ix. 3. 4. 5. xxii. 6. I. Cor. xv. 8.

23 *Linguarum quas non didicerant loquela.*) Actor. II. 3. 4. x. 46. xix. 6. I. Cor. xii. 10. 28. 30. xiii. I. 8. xiv. 2. 4. 5. 6. 9. 13. 14. 18. 19. 22. 23. 26. 27. 39.

24 *Et aliis mirificis virtutibus donavit.*) Actor. iii. (6. I. ſeqq.) v. (12. 15.) viii. (6. 7. 13.) ix. (33. ſeqq.) x. (44. ſeqq.) xi. (21.) xiii. (9. ſeqq.) xiv. (3. 8. ſeqq.) xvi. (16. ſeqq.) xix. (11. ſeqq.) xx. (9. ſeqq.) xxi. (4. 9. ſeqq.) xxviii. (3. ſeqq.) Rom. xv. 19. II. Cor. xii. 12. Hebr. II. 4. Oſtendunt hujus rei veritatem * & Juſtinus cum Tryphone diſputans, & Ire-



næus

* Non eſt, quod copioſam virtutis patrandi miracula, qua pollebant Apoſtoli, demonſtrationem a laudatis ſcriptoribus deſideres. Eorum enim quibusdam, *Juſtino*,

virtutibus donavit, 25 ita ut facturum ſe diſcedens promiſerat: quæ omnia faciunt, ut nec de fide, nec de potentia ejus ad retribuendum nobis id, quod pollicitus eſt, præmium, dubitare ullo modo liceat. Ac ſic collegimus, hanc religionem in hoc quoque eminere ſupra cæteras, quod ejus Magiſter, quæ juſſit, ipſe præſtitit; quod promiſit, ipſe eſt conſecutus.

## §. XX. *Ex admirabili propagatione iſtius religionis.*

Videamus jam etiam effectus allati ab ipſo dogmatis; qui profecto, ſi recte animadvertantur, tales ſunt, ut ſi Deo ulla eſt cura rerum humanarum, non poſſit hoc dogma non divinum credi. Conveniebat divinæ providentiæ id efficere, ut quod optimum eſſet, pateret quam latiſſime.

næus libro II. Tertullianus Apologetico, Origenes adverſus Celſum VII. Lactantius, & alii.

25 *Ita ut facturum ſe diſcedens promiſerat.*) Joh. XIV. 12. * XVII. 28. Marci XVI. 17.

I Ne

*Juſtino*, *Tertulliano*, *Origeni* nullus plane in nominatis libris; quibusdam, ut *Irenæo Lib. II. adv. Hæreſ. Cap.* 57. & *Lactantio Lib. IV. Cap.* 21. *Divin. Inſtitut.* non adeo multus ea de re eſt ſermo.

* Neque tot verſus habet iſtud caput, quod ad hanc allegationem requiruntur, neque alibi in eo quicquam deprehendo, quod huc trahi queat.

tiſſime. Id autem contigit religioni Chriſtianæ, quam ipſi videmus per Europam omnem, 1 ne Septentrionis quidem receſſibus excluſis, doceri: 2 nec minus per Aſiam omnem, 3 etiam ejus inſulas in Oceano, 4 per Ægyptum quoque, 5 per Æthiopiam, 6 & alias aliquot Africæ partes, 7 poſtremo & per Americam. Neque id nunc tantum fieri, ſed & olim factum, oſtendunt omnium temporum hiſtoriæ, libri Chriſtianorum, acta Synodorum, vetus traditio nunc quoque apud Barbaros conſervata 8 de itineribus ac miraculis Tho-

1 *Ne Septentrionis quidem receſſibus excluſis.*) Vide Adamum Bremenſem, & Helmoldum, & qui de Iſlandia ſcripſere.

2 *Nec minus per Aſiam omnem.*) Vide Acta Conciliorum Univerſalium.

3 *Etiam ejus inſulas in Oceano.*) Vide Oſorium in Luſitanicis.

4 *Per Ægyptum quoque.*) Apparet ex Actis Conciliorum Univerſalium, ex hiſtoria Eccleſiaſtica vetere, ac nominatim Euſebio VI. 34. (*forte Lib. II. Cap.* 16.) ex liturgia Copticarum.

5 *Per Æthiopiam.*) Vide Franciſcum Alvareſium.

6 *Et alias aliquot Africæ partes.*) Vide Tertullianum, Cyprianum, Auguſtinum, & Conciliorum per Africam acta, præcipue ejus Concilii quod Cypriani operibus ſubtexitur. (*ſtatim ab initio.*)

7 *Poſtremo & per Americam.*) Vide Acoſtam & alios de rebus Americanis.

8 *De itineribus ac miraculis Thomæ.*) Vide Abdiam lib. IX. (*paſſim*) Euſebium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. I. in fine, (*Cap.* 13.) & libro II. capite primo: & initio (*i.e. Cap.* I.) libri III. Ruffinum lib. X. (*ſeu Lib. I.*) cap. 9. Adde Oſorium & Linſcho-

Thomæ, 9 Andreæ, aliorumque Apoſtolorum. Jam ſuis temporibus quam late Chriſti nomen celebraretur, apud Britannos, Germanos, aliasque ultimas gentes, 10 notant Clemens, 11 Tertullianus,

tium de rebus Indiæ Orientalis, & Freitam de imperio Luſitanorum Aſiatico. Sepulcrum ejus Apoſtoli in terra Coromandel etiam nunc monſtratur.

9 *Andreæ.*) Euſebius dicto libro III. initio, (*i. e. Cap.* I.) & Origenes ad Geneſin.

10 *Notant Clemens.*) Chriſtum is dicit omnibus notum gentibus Strom. v.*

11 *Tertullianus.*) Adverſus Judæos I. (*rectius Cap. VII.*) *In quem enim alium univerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum, qui jam venit? cui enim & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum & Aſiam & Pamphyliam: immorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ eſt trans Cyrenen inhabitantes, Romani & incolæ: tunc & in Hieruſalem Judæi & cæteræ gentes: ut jam Getulorum varietates & Maurorum multi fines, Hiſpanorum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto vero ſubdita: & Sarmatarum & Dacorum: & Germanorum & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & provinciarum & inſularum multarum nobis ignotarum; & quæ enumerare minus poſſumus, in quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui jam venit, regnat.* Mox

* Quæ ego hoc libro animadvertere potui, in his conſiſtunt: *Paulum Rom. XV. ſpiritale donum vocare plenitudinem Chriſti per revelationem myſterii, quod nunc ſit manifeſtatum per ſcripturas propheticas, ad obedientiam fidei in omnes gentes cogniti.* Vid. *fol.* 57b *Opp.*

nus, 12 & alii. Quæ eſt religio, quæ cum
tam

Mox oſtendit quanto latius Chriſti regnum ſuis temporibus, id eſt, fine ſæculi ſecundi, patuerit quam olim Nabuchodonoſoris, & Alexandri aut Romanorum: *Chriſti autem regnum ubique porrigitur, ubique creditur ab omnibus gentibus ſupra enumeratis* (numeraverat autem Babylonios, Parthos, Indiam, Æthiopiam, Aſiam, Germaniam, Britanniam, Mauros, Getulos, Romanos;) *colitur, ubique regnat, ubique adoratur, omnibus ubique tribuitur æqualiter.*

12 *Et alii.*) Irenæus Tertulliano vetuſtior, Lib. I. cap. 3. *Nam etſi in Mundo loquelæ diſſimiles ſunt, virtus traditionis una & eadem eſt. Et neque hæ quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: neque hæ quæ in Iberis ſunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ: ſed ſicut Sol creatura Dei in univerſo mundo unus & idem eſt, ſic & lumen, prædicatio Veritatis ubique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.* Origenes Homilia ad Ezechielem IV. (*fol.* 631. *Tom. I. Opp. edit. Baſil.* 1571.) *Confitentur & miſerabiles Judæi hæc de Chriſti præſentia prædicari: ſed ſtulte ignorant perſonam, cum videant impleta quæ dicta ſunt. Quando enim terra Britanniæ, ante adventum Chriſti in unius Dei conſenſit religionem? quando terra Maurorum? quando totus ſemel orbis?* Arnobius libro II. (*pag.* 50.) *Virtutes ſub oculis poſitæ, & inaudita illa vis rerum, vel quæ ab ipſo fiebat palam, vel ab ejus præconibus celebrabatur in orbe toto: ea ſubdidit appetitionum flammas, & ad unius credulitatis aſſenſum mente una concurrere gentes & populos fecit, & moribus diſſimillimas nationes. Enumerari enim poſſunt atque in uſum computationis venire ea quæ in India geſta ſunt apud Seras, Perſas & Medos: in Arabia, Ægypto, in Aſia, Syria, apud Galatas, Parthos, Phrygas: in Achaia,*

 *Mace-*

tam lata poſſeſſione poſſit contendere? nam

*Macedonia, Epiro: in inſulis & provinciis omnibus, quas Sol oriens atque occidens luſtrat: ipſam denique apud dominam Romam.* Athanaſius in Epiſtola Synodica quæ apud Theodoretum eſt libro IV. (*Hiſtor. Eccleſ.*) cap. 3. Eccleſias Chriſtianas commemorat Hiſpaniæ, Britanniæ, Galliæ, Italiæ, Dalmatiæ, Myſiæ, Macedoniæ, Græciæ, Africæ, Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphiliæ, Lyciæ, Iſauriæ, Ægypti, Libyæ, Ponti, Cappadociæ. Theodoretus adverſus Græcos Sermone VIII. (*fol.* 592. *Tom. IV. Opp.*) de Apoſtolis ſic loquitur: Ἡνίκα μὲν γὰρ μετὰ τῶν σωμάτων ἐπολιτεύοντο, νῦν μὲν παρὰ τούτους, νῦν δὲ παρ' ἐκείνους ἐφοίτων, καὶ ἄλλοτε μὲν Ῥωμαίοις, ἄλλοτε δὲ Ἰσπανοῖς, ἢ Κελτοῖς διελέγοντο· ἐπειδὴ δὲ πρὸς ἐκεῖνον ἐξεδήμησαν ὑφ' οὗ μετεπέμφθησαν, ἅπαντες αὐτῶν ἐνδελεχῶς ἀπολαύουσιν, οὐ μόνον Ῥωμαῖοι, καὶ ὅσοιγε τὸν τούτων ἀγαπῶσι ζυγὸν, καὶ ὑπὸ τούτων ἰθύνονται, ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, καὶ Σκύθαι, καὶ Μασσαγέται, καὶ Σαυρομάται, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν, ἅπαντα τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. *Olim enim mortale corpus induti, nunc hos, nunc illos accedebant, modo Romanis loquentes, modo Hiſpanis, aut Gallis: at poſtquam ad eum iverunt à quo miſſi fuerant, omnes populi illorum fruuntur laboribus, non Romani tantum, & qui Romana amant imperia, & ab ipſis reguntur; ſed & Perſæ, & Scythæ, & Maſſagetæ, & Sauromatæ, & Indi, & Æthiopes, &, ut ſummatim rem eloquar, omnes qui ſunt intra oras habitabiles.* Idem libro IX. (*fol.* 614. *ſeq. Tom. IV. Opp.*) converſis gentibus adnumerat Perſas, Maſſagetas, Tibarenos, Hyrcanos, Caſpios, Scythas. Hieronymus epitaphio Nepotiani Chriſtianis annumerat Indos, Perſas, Gothos, Ægyptios, Beſſos, & pellitos populos: in epiſtola ad Lætam Indos, Perſas, Æthiopas, Armenios, Hunnos, Scythas, Getas: in Orthodoxi & Luciferiani Dialogo Britannos, Gallos, Orientem, Indorum populos, Iberos, Celtiberos, Æthiopas. Chryſoſtomus

nam ſi Paganiſmum dixeris, nomen unum dixeris, non religionem unam. Nam nec idem adorabant: alii enim aſtra, alii elementa,

ſoſtomus Homilia VI. ad priorem ad Corinthios: (*fol. 57. Tom. V. Comment. in N. Teſt.*) Πῶς δ᾽ ἂν τὰ γραφέντα καὶ εἰς τὴν βαρβάρων καὶ εἰς τὴν Ἰνδῶν καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ Ὠκεανοῦ τὰ πέρατα ἀφίκετο, οὐκ ὄντων τῶν λεγόντων ἀξιοπίστων; *Quomodo vero quæ ab iis ſcripta ſunt, ad terras barbarorum, etiam Indorum, ipſos denique fines Oceani perveniſſent, niſi auctores illi fide digni fuiſſent?* Idem poſteriore Homilia in Pentecoſten (*fol. 505. Tom. V. Opp.*) Ἔρχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει γλωσσῶν, ἑκάστῳ μερίζον τῆς κατὰ οἰκουμένην διδασκαλίας τὰ κλίματα, καὶ διὰ τῆς δοθείσης γλώττης, καθάπερ δέλτῳ τινί, γνωρίζον ἑκάστῳ τῆς ἐμπιστευθείσης ἀρχῆς τε καὶ διδασκαλίας τοὺς ὅρους. *Venit Spiritus ſanctus in linguarum ſpecie, dividens unicuique orbis regiones, quas inſtitueret, & per conceſſum linguæ donum velut codicillis quibusdam definiens terminos mandati ipſis magiſtratus imperii.* Idem oratione egregia, Chriſtum eſſe Deum: (*Cap. I. fol. 736. Tom. V. Opp.*) Ἐροῦμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου ψιλοῦ τοσαύτην ἐν βραχεῖ καιρῷ περιελθεῖν οἰκουμένην καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ ἐπὶ τοιούτοις καλεῖν πράγμασιν οὕτω, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἀτόπου συνηθείας προκατειλημμένους ἀνθρώπους, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοσαύτης κακίας κατεχομένους. Καὶ ὅμως ἴσχυσε τούτων πάντων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐλευθερῶσαι, οὐχὶ Ῥωμαίους μόνον ἀλλὰ καὶ Πέρσας, καὶ ἁπλῶς τὰ τῶν βαρβάρων γένη. *Non eſt meri hominis, tantum orbis brevi ſpatio peragrare, terra marique, ad res tales tali modo vocare homines, mala conſuetudine occupatos, imo à tanta malitia poſſeſſos; Et tamen ab his malis liberare humanum valuit genus, non Romanos tantum, ſed & Perſas, & omnes barbarorum gentes.* Vide & quæ ſequuntur lectu digniſſima.

I *Non*

menta, alii pecudes, alii res non ſubſiſtentes, nec eadem ex lege, nec ullo communi magiſtro. Judæi ſparſi quidem, ſed gens una, nec poſt Chriſtum eorum religio ulla accepit notabilia incrementa: imo lex ipſorum magis per Chriſtianos, quam per ipſos innotuit. Mahumetiſmus ſatis multas terras inſidet, ſed non ſolus. Nam per easdem terras colitur & Chriſtiana religio, aliquibus in locis numero majore: cum contra Mahumetiſtæ non reperiantur in partibus plerisque, ubi ſunt Chriſtiani.

§. XXI. *Conſiderata infirmitate ac ſimplicitate eorum, qui eam primis temporibus docuerunt.*

Sequitur & hoc videamus, quibus inſtrumentis progreſſus fecerit Chriſtiana religio, ut hac quoque parte cum aliis contendatur. Videmus ita pleroſque homines comparatos eſſe, ut regum & potentum exempla facile ſequantur: eoque magis ſi lex etiam & coactio adſit. Hinc Paganicarum religionum, hinc Mahumeticæ incrementa. At qui Chriſtianam religionem primi docuerunt, non modo ſine imperio omni fuerunt, ſed & fortunæ humilis, piſcatores, textores, & ſi quid his ſimile. Et horum tamen opera dogma illud intra annos triginta, aut circiter,

citer, 1 non tantum per omnes Romani imperii partes, ſed ad Parthos quoque, & Indos pervenit. Nec tantum ipſo initio, ſed per tria ferme ſæcula, privatorum opera, ſine minis ullis, ſine ullis invitamentis, imo renitente quam maxime eorum vi, qui imperia obtinebant, promota eſt hæc religio; 2 ita ut antequam Conſtantinus Chriſtianiſmum profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major eſſet. Apud Græcos, qui morum præcepta tradiderunt, aliis ſimul artibus reddebant ſe commendabiles, ut Geometriæ ſtudio Platonici, Peripatetici animantium ac plantarum hiſtoria, Stoici dialectica ſubtilitate, numerorum & concentuum cognitione Pythagorici; multis adfuit & admirabilis quædam facundia, ut Platoni, Xenophonti, Theophraſto. At primis Chriſtianiſmi doctoribus ars talis nulla, 3 ſermo

1 *Non tantum per omnes imperii Romani partes.*) Rom. xv. 19.

2 *Ita ut antequam Conſtantinus Chriſtianiſmum profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major eſſet.*) Jam ſuo ævo Tertullianus dixerat II. Apologetico: (*accurate C. XXXVII. Apologetici.*) *Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis relinquimus templa.*

3 *Sermo ſimpliciſſimus.*) Prudenter id notatum Chryſoſtomo I. ad Corinth. I. 17. (*Homil. III. fol.* 26. *Tom.*

mo ſimpliciſſimus & ſine illecebris, ſola præcepta, promiſſa, minas nuda oratione proferens: quæ cum per ſe non habeant efficaciam parem tantis progreſſibus, omnino neceſſe eſt ſtatuamus, aut miracula adfuiſſe, aut arcanam Dei actionem adſpirantem negotio, aut utrumque.

§. XXII. *Et maximis impedimentis, quæ homines retraherent ab ea amplectenda, aut à profitenda deterrerent.*

Cui conſiderationi & hæc addenda eſt, quod qui Chriſtianiſmum illis docentibus receperunt, animum non habebant à certa norma Religionis vacuum, ac proinde ductilem, ut qui Paganica ſacra, & Mahumetis legem primi ſuſceperunt; multoque minus antecedente quadam inſtitutione præparatum, ſicut Hebræi circumciſione & unius Dei cognitione ad legem Moſis acceptandam idonei erant redditi; ſed contra impletum opinionibus & conſuetudine, quæ velut altera natura eſt, repugnan-

*Tom. V. Comment. in N. Teſt.* ) & Theodoreto, poſt recitata jam verba. *

1 *Vibi-*

* Scilicet *§. XX. not.* 12. *p.* 186. ubi ex *Theodoreti Serm. VIII. Therapeut.* quædam commemoravit *Grotius.* Poſt illa de ſermone Apoſtolorum ſimpliciſſimo Theodoretus diſſerit.

pugnante cum iſtis novis inſtitutis; educati ſcilicet legumque & parentum auctoritate confirmati in ſacris Paganicis, aut Judaicis ritibus. Huic obſtaculo accedebat non minus alterum; graviſſima ſcilicet mala, quæ Chriſtianiſmum ſuſcipientibus eam ob cauſam ferenda aut metuenda conſtabat. Cum enim à malis talibus abhorreat humana natura; ſequitur, ut, quæ eorum malorum cauſæ ſunt, non niſi difficillime recipiantur. | Honoribus arcebantur diu Chriſtiani, acceſſerunt mulctæ, & bonorum publicationes, & exſilia: ſed levia hæc; damnabantur ad metalla: iis afficiebantur tormentis, quibus crudeliora nulla reperiri poterant: | ſupplicia vero ad mortem tam frequentia, ut teſtentur illorum temporum ſcriptores, nulla fame, nulla peſtilentia, nullo bello plus hominum uno tempore abſumptum. Nec vulgaria erant mortium genera, ſed 1 vivicomburia, cruces atque id genus pœnæ, quæ ſine maximo horrore legi aut cogitari non poſſunt: atque hæc ſævitia, quæ non longis interpoſitis ſpiramentis, & his ipſis non ubique, ad Conſtantini ferme tempora in orbe Romano,

1 *Vivicomburia, cruces, atque id genus pœnæ.*) Domitius Ulpianus nobilis Jurisconſultus libros ſeptem ſcripſit, quibus pœnis affici deberent Chriſtiani. Lactantius meminit libro v. capite 11. (*in fine.*)

2 *Præ*

mano, alibi longius duravit, adeo eos non imminuit, ut contra ſanguis eorum ſemen eſſe diceretur: ita reciſis plures ſuccreſcebant. Comparemus hic quoque cum Chriſtianiſmo religiones alias. Græci, Paganique cæteri, ſoliti ſua in majus attollere, paucos numerant, qui dogmatis cauſa mortem toleraverint, Gymnoſophiſtas aliquos, Socratem, haud multo plures: ſed his viris notiſſimis quin aliqua ineſſe potuerit famæ ad poſteritatem transmittendæ cupiditas, vix eſt ut negetur. At inter Chriſtianos, mortem ob ſuum dogma perpeſſos, fuere homines de plebe plurimi, vix vicinis ſuis cogniti; mulieres, virgines, adoleſcentes, quibus nec appetitus inerat, nec ſpes probabilis duraturi nominis; ſicut & pauci ſunt, quorum nomina in Martyrologiis exſtant, ² præ numero eorum, qui eam ob cauſam ſupplicium tolerarunt, & tantum in cumulum

2 *Præ numero eorum, qui eam ob cauſam ſupplicium tolerarunt, & tantum in cumulum recenſentur.*) Ut Maſſa candida trecentorum Carthagine, quorum memoria in Martyrologio Romano xxiv. Auguſti: Plurimi in Africa ſub Severo: ſub Valeriano, Antiochiæ & in Arabia, Cappadocia, & Meſopotamia: in Phrygia, in Ponto ſub Maximino: Nicomediæ, in Numidia, Romæ, in Thebaide, Tyro, Treveris ſub Diocletiano: in Perſide ſub Cabada, Sapore: quorum ſine nominibus mentio in Martyrologio.

I *Pro*

lum recenſentur. Accedit, quod levi aliqua ſimulatione, puta thuris jactu in aram, plerique ſe liberare à tali pœna potuerunt; quod de illis dici non poteſt qui qualemcumque ſenſum in corde premerent, certe in factis conſpicuis ad vulgi mores ſe aptaverant: ita ut * prope (proprie) ob Dei honorem mortem ſubiiſſe non aliis tribui poſſit, quam Judæis, & Chriſtianis: ac ne Judæis quidem poſt Chriſti tempora: ante ea vero paucis, ſi cum Chriſtianis comparentur, quorum plures in una aliqua provincia pro Chriſti lege ſupplicium tolerarunt, quam unquam Judæi, quorum omnis patientia ejus generis ferme ad Manaſſis & Antiochi tempora redigitur. Quare cum Chriſtiana religio, hac quoque in parte, tam immenſum cæteras excellat, merito aliis anteponenda eſt. Ex illa tanta multitudine omnis generis ſexusque hominum tot locis ac ſæculis diſtinctorum, qui pro hac religione mori non dubitarunt, colligendum, magnam aliquam tantæ conſtantiæ fuiſſe cauſam, quæ alia cogitari non poteſt, quam lux veritatis, & Dei Spiritus.



* Vox *prope* in exemplari, quod ſequimur, pariter ac in editionibus aliis extat, cum tamen jam in ſecunda libri noſtri editione manu ſua in *proprie Grotius* eam mutaverit, quæ ſcriptura planiorem omnino ac veriorem ſenſum fundit.

## §. XXIII. *Reſpondetur his, qui plura & validiora argumenta requirunt.*

Si quis allatis hactenus argumentis, pro Chriſtiana religione, ſatis ſibi factum non putet, ſed magis urgentia deſideret; ſcire debet, 1 pro rerum diverſitate, diverſa quoque eſſe probandi genera, alia in Mathematicis, alia de affectionibus corporum, alia circa deliberationes, alia ubi facti eſt quæſtio; in quo genere ſane ſtandum eſt nulla ſuſpicione laborantibus teſtimoniis: quod ni admittitur, non modo omnis hiſtoriæ uſus periit, medicinæ quoque pars magna; ſed & omnis, quæ inter parentes liberosque eſt, pietas, 2 ut quos haud aliter

ter

1 *Pro rerum diverſitate diverſa quoque eſſe probandi genera.*) Ariſtoteles Ethicorum ad Nicomachum Lib. I. (*Cap.* I.) Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη. τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον. *Satis de re dictum erit ubi ea explicabitur, quantum fert materia: exacta enim tractatio non pari modo in omni genere quærenda eſt.* Metaphyſicorum I parte poſteriore capite ultimo: Τὴν δ' ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον. *Certitudo mathematica non in omnibus rebus quærenda eſt.* Chalcidius ad Timæum (*pag.* 220.) ex Platonis ſententia: *Credulitatem omnes doctrinas præcedere, maxime cum non quorumlibet, ſed magnorum & prope divinorum virorum ſit aſſertio.*

2 *Ut quos aliter haud noſcamus.*) Homerus: *

Οὐ

* Dubito: an *Homerus* hujus verſus ſit habendus autor.

Cens

ter noſcamus. |Voluit autem Deus id, quod credi à nobis vellet, ſic ut illud ipſum credere tamquam obedientiam à nobis acceptaret, non ita evidenter patere, ] ut quæ ſenſu aut demonſtratione percipiuntur; ſed quantum ſatis eſſet ad fidem faciendam, remque perſuadendam homini non pertinaci: ut ita ſermo Evangelii tamquam lapis eſſet Lydius, ad quem ingenia ſanabilia explorarentur. Nam cum ea, quæ diximus, argumenta tam multos probos, eosdemque ſapientes in aſſenſum traxerint; hoc ipſo liquet, apud cæteros incredulitatis cauſam non in probationis penuria eſſe poſitam, ſed in eo, 3 quod nolint verum videri id, quod affectibus ſuis adverſatur; quod ſcilicet durum illis ſit, honores & alia commoda parvi ducere, quod faciendum ſit, ſi ea recipiant, quæ de Chriſto narrantur, ac pro-

*Οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.*

*Generis nemo ſibi conſcius ipſe eſt:*

Exactiſſimo ſcilicet ſciendi genere.

3 *Quod nolint verum videri id quod affectibus ſuis adverſatur.*) Tractat hoc pulchre Chryſoſtomus 1 Cor. cap. III. in principio. (*Homil. VIII. fol. 82. Tom. V. Comment. in N. Teſt.*) Idem ad Demetrium: (*ſive Lib. I. de Compunct. Cordis fol.* 101. *Tom. IV. Opp.*) Τὸ ἀπιστεῖν ταῖς ἐντολαῖς ἐκ τοῦ πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν ἐκλελύσθαι τῶν ἐντολῶν γίνεται: *Quod præceptis non creditur, ex inertia ad implenda quæ præcepta ſunt venit.*

 4 *Hoc*

Certe in Operibus ejus, quæ *Iliados* & *Odyſſeæ* nomine veniunt, iſtum deprehendere, mihi datum non fuit.

propterea etiam Chriſti præceptis obtemperandum putent. Idque eo ipſo detegitur, quod multas alias narrationes hiſtoricorum pro veris habeant; quas tamen veras eſſe ſola auctoritate conſtet, non etiam manentibus in hunc diem veſtigiis; qualia habet Chriſti hiſtoria, partim confeſſione Judæorum, qui nunc ſuperſunt, partim iis, qui ubique reperiuntur Chriſtianorum cœtibus; quorum omnino cauſam aliquam exſtitiſſe oportuit. Cumque illa religionis Chriſtianæ tam diuturna continuatio, & tam late diffuſa propagatio ad nullam humanam efficaciam referri poſſit: ſequitur, ut tribuenda ſit miraculis, aut ſi quis miraculis neget id factum, [4] hoc ipſum, quod ſine miraculo tale quid tantas acceperit vires, majus habendum eſt omni miraculo.

---

4 *Hoc ipſum quod ſine miraculo tale quid tantas acceperit vires, majus habendum eſt omni miraculo.*) Tractat hoc argumentum Chryſoſtomus 1. ad Cor. cap. I. in fine, (*Homil. V. fol. 46. ſeq. Tom. V. Comment. in N. Teſt.*) & Auguſtinus de Civitate Dei libro XXII. cap. 5.

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

## LIBER TERTIUS.

### §. I. *Pro auctoritate librorum Novi Fœderis.*

QUi jam his, quæ allata ſunt, argumentis, aut ſi qua præter hæc ſunt alia, perſuaſus, eam quam Chriſtiani profitentur, religionem veram optimamque crediderit; ut partes ejus omnes ediſcat, mittendus eſt ad libros antiquiſſimos eam religionem continentes, quos Novi Teſtamenti, aut Fœderis potius libros dicimus. Inique enim faciat, ſi quis neget illis libris eam religionem contineri, ſicut Chriſtiani omnes affirmant, cum omni ſectæ, ſive bonæ, ſive malæ, æquum ſit credi in eo, quod aſſerunt, hoc aut illo libro ſua dogmata contineri; ſicut Mahumetiſtis credimus Mahumetis religionem

contineri Alcorano. Quare cum ſupra jam probata ſit veritas religionis Chriſtianæ; ſimulque conſtet eam ipſam his libris contineri, ſatis vel hoc ſolo adſtruitur illis libris ſua auctoritas. Si quis tamen eam magis ſpeciatim ſibi monſtrari poſtulet, primum illam ponemus uſitatam apud æquos omnes judices regulam, ut qui impugnare velit ſcriptum aliquod multa per ſæcula receptum, 1 ei incumbat onus adferendi argumenta fidem ſcripto derogantia: quod ſi id facere nequeat, defendendum librum velut in poſſeſſione ſuæ auctoritatis.

### §. II. *Libros qui nomina præſcripta habent eorum eſſe, quorum nomen præferunt.*

Dicimus ergo, Scripta, de quibus dubitatum inter Chriſtianos non eſt, quæque certum nomen præferunt, ejus eſſe ſcriptoris cujus titulo inſigniuntur: quia ſcilicet primi illi, puta Juſtinus, Irenæus, Clemens, ac deinceps alii ſub his ipſis nominibus eos libros laudant: cui accedit,

1 *Ei incumbat onus adferendi argumenta fidem ſcripto derogantia.*) Baldus (*Comment. in ſecund. Partem Digeſt.*) in rubrica de Fide inſtrumentorum. Vide & Gailium Lib. II. Obſ. CXLII. num. 6. & 7. & quos ibi profert.

dit, quod 1 Tertullianus aliquot librorum ipſa archetypa ſuo adhuc tempore ait exſtitiſſe: quodque omnes Eccleſiæ illos libros tanquam tales, antequam conventus ulli communes habiti eſſent, receperunt: neque aut Pagani, aut Judæi umquam controverſiam moverunt, quaſi non eorum eſſent opera, quorum dicebantur: 2 Julianus vero aperte etiam fatetur, Petri, Pauli, Matthæi, Marci, Lucæ, eſſe ea, quæ Chriſtiani legunt iisdem nominibus inſcripta. Homeri aut Virgilii eſſe, quæ eorum dicuntur, nemo ſanus dubitat, ob perpetuum de hoc Latinorum, de illo Græcorum teſtimonium: quanto magis de horum librorum auctoribus ſtandum eſt teſtimonio prope omnium, quotquot per orbem ſunt, gentium?



1 *Tertullianus.*) De præſcriptione adverſus hæreticos: (*Cap. XXXVI.*) *Age jam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur.* Quidni ipſa manus Apoſtolorum tum exſtiterit, cum Quintilianus (*Inſtitut. Orator. Lib. I. Cap. VII. p. 53. edit. Ulr. Obrechti.*) dicat ſuo tempore exſtitiſſe manum Ciceronis, Gellius (*Noct. Attic. Lib. II. Cap. 3.*) Virgilii ſuo tempore?

2 *Julianus vero aperte etiam fatetur Petri, Pauli, Matthæi, Marci, Lucæ eſſe ea quæ Chriſtiani legunt iisdem nominibus inſcripta.*) Exſtat locus libro Cyrilli decimo. (*ab init. fol.* 327.)

## §. III. *De libris olim dubitatis ſublatam dubitationem.*

Sunt ſane in eo, quo nunc utimur, volumine libri aliquot non ab initio pariter recepti; ut Petri altera, ea quæ Jacobi eſt, & Judæ, duæ ſub nomine Joannis presbyteri, Apocalypſis, & ad Hebræos epiſtola: ſed ita tamen, ut à multis Eccleſiis ſint agniti, quod oſtendunt Chriſtiani antiqui, cum illorum teſtimoniis tanquam ſacris utuntur: unde credibile eſt, Eccleſias, quæ ab initio eos libros non habuerunt, eo tempore eos ignoraſſe, aut de iis dubitaſſe: poſtea autem de rei veritate edoctas, ad cæterarum exemplum iis libris uti cœpiſſe, ut nunc ferme omnibus in locis fieri videmus. Neque vero cauſa idonea fingi poteſt, cur illos libros quisquam ſuppoſuerit; cum nihil inde colligi poſſit, quod non aliis indubitatis libris abunde contineatur.

## §. IV. *Libris ſine nomine conſtare auctoritatem ex qualitate ſcriptorum.*

Non eſt etiam, quod fidem quis detrahat epiſtolæ ad Hebræos eo ſolo nomine, quod neſciatur ejus ſcriptor; ac ſimiliter duabus epiſtolis Johannis, & Apocalypſi, quod dubitent nonnulli, an earum ſcriptor

prior Johannes ſit Apoſtolus, an alius quis ejus nominis. In ſcriptoribus enim qualitas magis, quam nomen attenditur. Itaque multos libros hiſtoricos recipimus, quorum ſcriptores neſcimus; ut de bello Alexandrino Cæſaris; nempe quia videmus eum, quisquis fuit, & illis vixiſſe temporibus, & rebus interfuiſſe. Sic etiam cum, qui libros ſcripſerunt, de quibus nunc agimus, & prima ætate ſe vixiſſe teſtentur, & donis Apoſtolicis fuiſſe præditos, ſufficere id nobis debet. Nam ſi quis dicat potuiſſe ſingi has qualitates, item in aliis Scriptis etiam nomina; rem dicat minime credibilem; eos ſcilicet, qui ubique veritatis ac pietatis ſtudium inculcant, nulla de cauſa voluiſſe ſe crimine falſi obſtringere; quod non tantum apud bonos omnes deteſtabile eſt, ſed 1 Romanis etiam legibus capite puniebatur.

## §. V. *Illos ſcriptores vera ſcripſiſſe, quia notitiam habebant eorum, quæ ſcribebant.*

Conſtare ergo debet, libros Novi Fœderis



1 *Romanis etiam legibus capite puniebatur.*) L. Falſi nominis. D. de lege Cornelia (*i. e. Lib. XLVIII. Digeſt. Tit. X. Leg.* 13.) Paulus libro v. Sent. (*Tit.*) xx. §. 10. & 11. Pœnæ exempla vide apud Valerium Maximum librorum ejus fine, (*i. e. Lib. IX. Cap.* 15.) & apud Capitolinum in Pertinace. (*Cap. X.*)

1 *Ita*

deris ſcriptos ab illis, quorum nomina præferunt, aut à talibus, quales ipſi ſe teſtantur: quibus ſi accedat, ut itidem conſtet illis & nota fuiſſe quæ ſcriberent, neque ſtudium fuiſſe mentiendi, ſequetur ut quæ ſcripſerunt, vera ſint; cum omne falſum aut ab ignorantia, aut a mala voluntate debeat proficiſci. Matthæus, Johannes, Petrus, Judas, ex ſodalitio illorum duodecim fuere, quos Jeſus vitæ ſuæ ac dogmatum teſtes elegerat, 1 ita ut notitia illis eorum, quæ narrant, deeſſe non potuerit. Idem de Jacobo dici poteſt, qui aut Apoſtolus fuit, aut, ut alii volunt, 2 proximus conſanguineus Jeſu, & ab Apoſtolis conſtitutus Hieroſolymorum Epiſcopus. Paulus quoque ignorantia falli non potuit circa dogmata, quæ ſibi ab ipſo Jeſu in cœlo regnante revelata profitetur; neque magis circa res à ſe geſtas falli ipſe potuit, aut etiam Lucas, 3 individuus ei itinerum comes. Idem Lucas, quæ de vita ac morte Jeſu ſcripſit, facile ſcire potuit, natus in locis proximis, per ipſam

Palæ-

1 *Ita ut notitia illis eorum quæ narrant deeſſe non potuerit.*) Joh. xv. 27. Idem I. epiſt. I. I. Actor. I. 21. 22.

2 *Proximus conſanguineus Jeſu.*) Ita & alii ſentiunt non pauci, & ubique Chryſoſtomus. Vide & Joſephum. (*Lib. XX. Antiquit. Jud. Cap.* 8.)

3 *Individuus ei itinerum comes.*) Vide Actor. xx. & ſequentia. Coloſſ. iv. 14. II. Tim. iv. II. Philem. 24.

4 *Ubi*

Palæſtinam peregrinatus, 4 ubi & locutum ſe ait cum iis, qui oculati rerum teſtes fuerant. Haud dubie præter Apoſtolos, quibuſcum amicitiam habuit, alii quoque multi tum vivebant ab Jeſu ſanati, & qui morientem ac redivivum viderant. Si Tacito & Suetonio credimus de iis, quæ multo ante eos natos contigerunt, quod eorum diligenti inquiſitioni confidamus: quanto huic ſcriptori æquius eſt credi, qui ſe omnia ab ipſis, qui inſpexerant, hauſiſſe dicat? 5 Marcum conſtans fama eſt Petro ſemper hæſiſſe comitem, ita ut, quæ ſcripſit ille, habenda ſint quaſi Petrus, qui res illas ignorare non potuit, ipſe dictaſſet: præter quod, quæ ille ſcribit, etiam in Apoſtolorum Scriptis reperiuntur pæne omnia. Neque falli potuit Apocalypſeos ſcriptor in iis viſis, 6 quæ ſibi divinitus immiſſa dicit; 7 aut ille ad He-

4 *Ubi & locutum ſe ait cum iis qui oculati rerum teſtes fuerant.*) In prooemio Evangelicæ hiſtoriæ.

5 *Marcum conſtans fama eſt Petro ſemper hæſiſſe comitem.*) Irenæus Lib. III. c. I. Clemens in Hypotypoſeon libris citatus in Eccleſiaſtica Euſebii hiſtoria. (*Lib. II. Cap.* 15.)

6 *Quæ ſibi divinitus immiſſa dicit.*) Apoc. I. I. 2. IV. I. & ſequentibus. XXII. 18. 19. 20. 21.

7 *Aut ille ad Hebræos, in iis, quæ profitetur ſe, aut à Dei Spiritu, aut ab Apoſtolis ipſis didiciſſe.*) Hebr. II. 4.* V. 14. XIII. 7. 8. 23.

I *Do-*

* Extrema hæc Scripturæ oracula præter §. 7. *Cap. XVII*

quo

Hebræos, in iis, quæ profitetur ſe, aut à Dei Spiritu, aut ab Apoſtolis ipſis didiciſſe.

§. VI. *Et quia mentiri nolebant.*

Alterum, quod diximus, non fuiſſe ipſis mentiendi voluntatem, connexum eſt cum eo, quod ſupra tractavimus, cum generatim Chriſtianæ religionis, & hiſtoriæ reſurrectionis Chriſti fidem adſtrueremus. Qui teſtes ex parte voluntatis refellunt, neceſſe eſt aliquid adferant, quo voluntatem credibile ſit à vero dicendo diverti. Id autem hic dici non poteſt. Nam ſi quis objiciat ipſorum cauſam agi, videndum erit, cur ipſorum ſit hæc cauſa: non ſane commodi conſequendi, aut vitandi periculi alicujus gratia; cum hujus profeſſionis cauſa, & commoda omnia amitterent, & nulla non adirent pericula. Cauſa ergo hæc ipſorum non fuit, niſi ob Dei reverentiam, quæ certe neminem inducit ad mentiendum, in eo maxime negotio, unde humani generis æterna ſalus pendeat. Tam impium facinus de illis credi vetant, & 1 dogmata pietatis ubi-

1 *Dogmata pietatis ubique pleniſſima.*) Et mendacio infeſta: Johan. xiv. 17. xv. 26. xvi. 13. xvii. 17. 19. xviii.

quo probandi nervo *Grotius* adduxerit, me latere fateor, ſine dubio error typographicus ſubeſt.

ubique pleniſſima, & vita ipſorum nunquam ullius mali facinoris accuſata, ne ab inimiciſſimis quidem, qui ſolam illis imperitiam objiciunt, quæ non eſt nata falſimoniam parere. Quod ſi vel minimum quid in ipſis fuiſſet malæ fidei, non ipſi ſuas culpas æternæ memoriæ prodidiſſent, 2 ut de omnium fuga in Chriſti periculo, 3 de Petro ter negatore.

§. VII. *Adſtruitur ſcriptoribus fides inde, quod miraculis illuſtres fuerint.*

Contra vero bonæ ipſorum fidei Deus ipſe teſtimonia illuſtria reddidit, (editis prodigiis, 1 quæ cum magna fiducia ipſi, ipſorumve diſcipuli, publice adſeverarunt, additis perſonarum locorumque nomi-

xviii. 37. Actor. xxvi. 25. Rom. i. 25. II. Theſſ. II. 20. (10.) I. Joh. (1.) 6. 8. ii. 4. 21. II. Cor. vi. 8. Eph. iv. 15. 25. Coloſſ. III. 9. Apoc. xxii. 15. II. Cor. ii. 31. (17.) Gal. I. 20. Vide quam ſollicite Paulus diſtinguat quæ a ſe ſunt, & quæ a Domino, I. Cor. vii. 10. 12. quam formidet dicere, quæ vidit, in corpore, an extra corpus viderit, II. Cor. xii. 2.

2 *Ut de omnium fuga in Chriſti periculo.*) Matth. xxvi. 31. 56.

3 *De Petro ter negatore.*) Matth. xxvi. 69. & ſequentibus. Marc. xiv. 66. & ſequentibus. Luc. xxii. 54. & ſequentibus.

1 *Quæ cum magna fiducia ipſi ipſorumve diſcipuli publice aſſeverarunt.*) Vide tota Acta Apoſtolica: II. Cor. xii. 12.

2 *De*

nominibus & circumſtantiis cæteris; ita ut facillime poſſet à Magiſtratibus, inquiſitione facta, veritas aut falſitas adſeverationis detegi: inter quæ dignum obſervatione eſt, quod & 2 de linguarum, quas non didicerant, uſu apud multa hominum millia, & de ſanatis ſubito corporum vitiis in populi conſpectu conſtantiſſime prodiderunt. Neque eos deterruit, quod ſcirent, iis temporibus Judæos magiſtratus ſibi eſſe infeſtiſſimos, & Romanos iniquos admodum: qui nullam omiſſuri eſſent ipſos, tanquam novæ religionis auctores, aliquo crimine traducendi materiam. Neque vero aut Judæi, aut Pagani unquam negare proximis illis temporibus auſi ſunt, prodigia ab his viris edita; 3 imo Petri miracula Phlegon Adria-

ni

2 *De linguarum, quas non didicerant uſu.*) Loca ſupra producta ſunt. (§. *XIX. not.*23. *p.*181.)

3 *Imo Petri miracula Phlegon Adriani Imperatoris libertus in Annalibus ſuis commemorabit.*) Libro XIII. Teſtis Origenes contra Celſum II. * Eſt autem hic

ipſe

* Fallitur *Grotius*, dum *Phlegontem*, miracula Petri commemorantem, ex *Origene* nobis producere conatur. Potius præſcientiæ Chriſti & Petri teſtem ipſum citare potuiſſet. Ita namque de eo diſſerit *Origenes Lib. cit. pag.* 69. *Φλέγων μέν τοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ (οἶμαι) τῶν Χρονικῶν, καὶ (τὴν) περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ συγχω-*

*ρῆς*

ni Imperatoris libertus in Annalibus ſuis commemoravit: & ipſi Chriſtiani in his libris, quibus fidei ſuæ rationem Imperatoribus, Senatui, Præſidibus reddunt, 4 facta hæc tanquam notiſſima, & de quibus dubitari non poſſet, affirmant: imo & apud ſepulcra eorum vim mirificam duraſſe per aliquot ſæcula, aperte prædicant, cum non neſcirent, ſi id falſum eſſet, faciliſſime à magiſtratibus cum ipſorum pudore ac ſupplicio revinci poſſe. Fuit vero prodigiorum apud ſepulcra, quæ dixi, editorum tanta frequentia, tot eorum teſtes, 5 ut etiam Por-

ipſe Phlegon, cujus reliquias de Mirabilibus rebus & de hominibus longævis habemus.

4 *Facta hæc tanquam notiſſima, & de quibus dubitari non poſſet, affirmant.)* Loca ſunt plurima, maxime apud Origenem. (*Lib. II. adv. Celſum pag.* 80. *ſeq. Lib. III. pag.* 124. *Lib. VII. pag.* 334.) Vide totum caput VIII. Auguſtini libro XXII. de Civitate Dei.

5 *Ut etiam Porphyrio ejus rei confeſſionem expreſſerint.)* * Vide Cyrillum Lib. x. contra Julianum, & Hieronymum adverſus librum Vigilantii.

1 *Ut*

*θεὶς ἐν τοῖς περὶ Πέτρου ὡς περὶ τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐμαρτύρησεν, ὅτι κατὰ τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ λεγόμενα ἀπήντησε: Phlegon certe, in decimo tertio aut, ni fallor, in decimo quarto Chronicorum ſuorum volumine, fatetur ingenue Chriſtum præſciviſſe futura, confundens Petrum cum Jeſu, teſtaturque eveniſſe quicquid prædictum fuerat.*

* Imo & *Juliano.* Quæ enim apud *Hieronymum loc. cit. fol.* 160. *col. B. Tom. II. Opp. Porphyrii*; ea apud *Cyrillum*

Porphyrio ejus rei confeſſionem expreſ-ſerint. Sufficere quidem hæc debent, quæ diximus, ſed & alia ſuppetunt in cumulum argumenta, quæ fidem librorum illorum nobis commendant.

§. VIII. *Et ſcriptis inde, quod ibi multa ſint quæ eventus comprobavit divinitus revelata.*

Multa enim in illis prædicta apparent de rebus, quas homines ſuapte vi noſſe non quirent, quæ ipſo eventu mire ſunt confirmata: 1 ut de ſubita atque ingenti hujus religionis propagatione, 2 de duratione ejus perpetua, 3 de ea rejicienda à Judæis pleriſque, 4 amplectenda vero ab extraneis, 5 de odio Judæorum in profitentes hanc

1 *Ut de ſubita atque ingenti hujus religionis propagatione.*) Matth. XIII. 33. (31.) & ſequentibus. Luc. X. 18. Joh. XII. 32.

2 *De duratione ejus perpetua.*) Luc. I. 33. Matth. XXVIII. 20. Joh. XIV. 16.

3 *De ea rejicienda à Judæis pleriſq;.*) Marc. (*Matth.*) XXI. 33. & ſequentibus. XXII. in principio. Luc. XV. 11. & ſequentibus.

4 *Amplectenda vero ab extraneis.*) Iiſdem in locis, ac præterea Matth. VIII. 11. XII. 21. XXI. 43.

5 *De odio Judæorum in profitentes hanc religionem.*) Matth. X. 17.

6 De

*rillum Lib. cit. fol.* 335. & 339. *ſeq.* non itidem *Porphyrii*, ſed *Juliani* de ſignis, quæ in baſilicis martyrum fiebant, eſt confeſſio.

hanc religionem, 6 de ſuppliciis graviſſimis ob eam ſubeundis, 7 de obſidione & exſcidio Hieroſolymorum ac Templi, 8 ſummisque Judæorum calamitatibus.

§. IX. *Tum etiam ex cura, quam decebat a Deo ſuſcipi, ne falſa ſcripta ſubjicerentur.*

Ad hæc addo, quod ſi recipimus, curare Deum res humanas, & maxime eas, quæ ad honorem ſuum cultumque pertineant: non poteſt fieri, ut is tantam multitudinem hominum, quibus nihil aliud propoſitum erat, quam Deum pie colere, paſſus ſit falli mendacibus libris. Jam vero quod, poſt ſubortas tot in Chriſtianiſmo ſectas, vix ulla reperta fuit, quæ non hos libros, aut omnes, aut pleroſque, exceptis paucis, qui nihil ſingulare continent, amplecteretur; magnum eſt argumentum, quo credatur, nihil illis libris potuiſſe opponi; cum illæ ſectæ tantis inter ſe odiis exarſerint, ut quicquid his placuiſſet, aliis ob id ipſum diſpliceret.

§. X.

6 *De ſuppliciis graviſſimis ob eam ſubeundis.*) Matth. x. 21. 39. xxiii. 34. 38. xxiv. 16. Luc. xiii. 34. xxi, 24.

7 *De obſidione & excidio Hieroſolymorum ac Templi.*) Matth. xxiii.

8 *Summisque Judæorum calamitatibus.*) Matth. xxi. 33. & ſequentibus. xxiii. 34. xxiv. 20.

## §. X. *Solutio objectionis, quod multi libri à quibusdam rejecti fuerint.*

Fuerunt ſane inter eos, qui Chriſtiani dici volebant, pauci admodum, qui eorum librorum omnes rejicerent, quos ſuo peculiari dogmati videbant adverſari: puta qui aut Judæorum odio, 1 Deum Judæorum mundi opificem & legem maledictis inſectabantur; aut contra formidine malorum, quæ Chriſtianis erant ſubeunda, 2 latere volebant ſub nomine Judæorum, 3 quibus impune licebat ſuam religionem profiteri. Sed hi ipſi 4 ab omnibus

1 *Deum Judæorum mundi opificem & legem maledictis inſectabantur.*) Vide Irenæum Lib. I. cap. 29. Tertullianum contra Marcionem: (*ſpeciatim Lib. I. Cap.* 19. *ſeqq.*) Epiphanium de eodem. (*Hæreſi XLII. num.* 3. *ſeq.*)

2 *Latere volebant ſub nomine Judæorum.*) Vide Gal. II. 11. VI. 13. 14. Philip. III. 18. Irenæum Lib. I. cap. 28. (*verius* 26.) Epiphanium de Ebionæis. (*Hæreſi XXX. num.* 1. *ſeq.*)

3 *Quibus impune licebat ſuam religionem profiteri.*) Actor. IX. 20. XIII. (*v.* 5. 14. *ſeq.* 43. *ſeq.*) & eo libro ſæpe. Philo contra Flaccum, (*fol.* 972.) & de legatione. (*fol.* 1014. *ſeq.* 1034. *ſeqq. Opp.*) Joſephus paſſim. Ad. de L. Generaliter. D. de Decurionibus. (*Lib. L. Digeſt. Tit. II. leg.* 3. §. 3.) L. 1. C. de Judæis. (*Lib. I. Cod. Tit. IX. leg.* 1. *ſeqq.*) Tertullianus Apologetico: (*Cap. XIIX.*) *Sed & Judæi palam lectitant; vectigalis libertas vulgo aditur ſabbatis omnibus.*

4 *Ab omnibus aliis, qui ubique erant, Chriſtianis abdicati ſunt.*) Tertullianus adverſus Marcionem I.

(*Cap.*

mnibus aliis, qui ubique erant, Chriſtianis abdicati ſunt 5 illis temporibus, cum adhuc omnes ſalva pietate diſſentientes magna cum patientia ex Apoſtolorum præſcripto, tolerarentur. Horum Chriſtianiſmi adulteratorum prius illud genus ſatis reſutatum arbitror ſupra, cum oſtendimus, unum eſſe verum Deum, cujus opificium ſit mundus: & ſane ex ipſis etiam libris, quos illi, ut Chriſtiani aliquo modo videantur, recipiunt, 6 quale eſt imprimis Lucæ Evangelium, ſatis patet, eumdem Deum, quem Moſes & Hebræi coluerunt, à Chriſto prædicatum. Genus alterum tum opportune refellemus, cum eos, qui Judæi & ſunt & dici volunt, oppugnabimus. Interim hoc dicam, miram eſſe eorum inverecundiam, qui Pauli auctoritatem elevant, cum nemo fuerit Apoſtolo-

(*Cap.* 21.) *Nullam Apoſtolici cenſus Eccleſiam invenias, quæ non in creatore chriſtianizet.*

5 *Illis temporibus cum adhuc omnes ſalva pietate diſſentientes magna cum patientia ex Apoſtolorum præſcripto tolerarentur.*) Vide quæ hac de re dicentur ad finem libri VI. (*§. XI. not.* 50.) Adde Irenæi epiſtolam ad Victorem, & quod de ea in Catalogo ſcribit Hieronymus. (*Loc. Irenæus.*) Cyprianus Concilio Africano: (*ſeu Concilio Carthagin. de Baptizandis Hæreticis proœm.*) *Neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes.*

6 *Quale eſt imprimis Lucæ Evangelium.*) Oſtendit id manifeſtiſſime Tertullianus adverſus Marcionem libro IV. (*Cap.* 6. *ſeqq.*)

 7 *Cum*

ſtolorum, qui plures Eccleſias inſtituerit, & cujus tot miracula narrata ſint jam eo tempore, cum, ut modo dicebamus, facilis eſſet facti inquiſitio. Quod ſi miracula edidit, quid cauſæ eſt, cur non & de viſis cœleſtibus acceptaque à Chriſto inſtitutione ipſi credamus? Quod ſi Chriſto tam carus fuit; ut quidquam doceret Chriſto ingratum, id eſt falſum, fieri non poteſt. Quodque unum in illo culpant, dogma nempe de libertate Hebræis parta à ritibus, per Moſem olim imperatis; ejus docendi præter veritatem nulla ei cauſa fuit, 7 cum & circumciſus eſſet ipſe, 8 & pleraque legis ultro obſervaret; 9 religionis autem Chriſtianæ cauſa, multa & faceret difficiliora, & duriora ferret, quam lex imperabat, aut legis occaſione habebat exſpectandum; 10 atque eadem & faciendi & ferendi auctor eſſet diſcipulis ſuis: quo

7 *Cum & circumciſus eſſet ipſe.*) Philipp. III. 5.

8 *Et pleraque legis ultro obſervaret.*) Actor. XVI. 3. XX. 6. (16.) XXI. (v. 23. *ſeqq.*) & ſequentibus.

9 *Religionis autem Chriſtianæ cauſa multa & faceret difficiliora & duriora ferret, quam lex imperabat: aut legis occaſione habebat exſpectandum.*) II. Cor. XI. 23. & ſequentibus, & paſſim in Actis. Vide & I. Cor. II. 3. II. Cor. XI. 30. XII. 10.

10 *Atque eadem & faciendi & ferendi auctor eſſet diſcipulis ſuis.*) Actor. XX. 29. Rom. V. 3. VIII. (v. 18. 28. 35. *ſeqq.*) XII. 12. II. Cor. I. 4. 8. II. 4. VI. 4. I. Theſſ. I. 6. II. Theſſ. I. 6.

11 *Sin-*

quo apparet, nihil ipſum dediſſe auribus aut commodis auditorum; qui pro ſabbato [11] ſingulos dies divino cultui impendere docebantur: pro exiguis ſecundum legem impendiis, [12] bonorum omnium ferre jacturam, [13] & pro pecudum ſanguine, ſuum ipſorum Deo conſecrare. Jam vero palam affirmat ipſe Paulus, [14] ſibi à Petro, Johanne, & Jacobo in ſignum conſenſus datas dexteras: quod ni verum fuiſſet, numquam auſus eſſet dicere, cum ab ipſis adhuc viventibus mendacii potuiſſet argui. His ergo, quos dixi, excluſis, qui vix Chriſtianorum nomine cenſeri poſſunt, tot reliquorum cœtuum manifeſtiſſimus in recipiendis his libris conſenſus, ſupra ea, quæ modo diximus de miraculis, quæ ſcriptores ediderunt, & de ſingulari Dei curatione circa res hujus generis, æquis omnibus ſufficere debet, ut fides narratis habeatur: quippe cum aliis quibusvis hiſtoricorum libris, quibus nulla

11. *Singulos dies divino cultui impendere docebantur.*) Act. II. 46. v. 42. I. Tim. v. 5. II. Tim. I. 3.

12 *Bonorum omnium ferre jacturam.*) II. Cor. VI. 4. XII. 10.

13 *Et pro pecudum ſanguine, ſuum ipſorum Deo conſecrare.*) Rom. VIII. 36. II. Cor. IV. II. Philipp. I. 20.

14 *Sibi à Petro, Johanne & Jacobo in ſignum conſenſus datas dexteras.*) Gal. II. 9. Adde I. Corinth. XV. II. II. Corinth. XI. 5. XII. II.

la ejus generis adſunt teſtimonia, credi ſoleat, niſi valida ratio in contrarium adferatur, quæ hic certe nulla eſt.

§. XI. *Solutio objectionis, quaſi his libris contineantur impoſſibilia.*

Nam ſi quis dicat, quædam in his libris narrari, quæ fieri non poſſint, 1 cum jam ſupra oſtenderimus, eſſe quædam, quæ ab hominibus præſtari non poſſint, à Deo autem poſſint; quæ ſcilicet nullam in ſe repugnantiam includunt; atque earum rerum in numero eſſe etiam illas, quas maxime miramur, prodigioſas virtutes, & mortuorum in vitam revocationem; evaneſcit iſta objectio.

§. XII. *Aut à ratione diſſona.*

Neque magis audiendi ſunt, ſi qui dicant, dogmata quædam in his libris reperiri, quæ à recta ratione diſſonent. Nam primum refellitur hoc tanta multitudine virorum ingenio, eruditione, ſapientia valentium; qui horum librorum auctoritatem ſecuti ſunt, jam inde à primis temporibus. Tum vero quæcumque in primo libro oſtenſa ſunt congruere rectæ rationi, puta Deum eſſe, & quidem unicum,

1 *Cum jam ſupra oſtenderimus.*) Libro II. (*§. VII. pag.* 139.)

cum, perfectiſſimum, immenſæ virtutis, vitæ, ſapientiæ, bonitatis; facta ab ipſo quæcumque ſubſiſtunt; curam ejus ad opera omnia, præſertim ad homines pertingere; poſſe eum, etiam poſt hanc vitam, præmia reddere ſibi obtemperantibus; frænum injiciendum ſenſuum cupiditatibus; cognationem eſſe inter homines, ac proinde æquum ut alii alios diligant: omnia hæc in his libris apertiſſime tradita reperias. Ultra hæc pro comperto aliquid affirmare, aut de Dei natura, aut de ejus voluntate, 1 ſolo ductu humanæ rationis, quam ſit intutum ac fallax, docent tot diſſonantia non ſcholarum modo inter ſe, ſed & ſingulorum philoſophorum placita. Neque vero id mirum. Nam ſi 2 de mentis ſuæ natura diſſerentes in longiſſime diſtantes opiniones dilabuntur: quanto magis neceſſe fuit id accidere de ſuprema illa, tantoque ſupra nos poſita mente, definire aliquid cupientibus? 3 Si Regum conſilia indagare rerum pru-

1 *Solo ductu humanæ rationis quam ſit intutum ac fallax.*) Matth. XI. 27. Rom. XI. 33. 34. 35. I. Cor. II. II. 16.

2 *De mentis ſuæ natura diſſerentes in longiſſime diſtantes opiniones dilabuntur.*) Vide in operibus Plutarchi librum IV. de Placitis Philoſophorum: (*Cap. II. ſeqq.*) Stobæum in Phyſicis capite XI. (*Gerim Cap. XXV. fol.* 93. *ſeqq.*)

3 *Si Regum conſilia indagare rerum prudentes periculoſum*

prudentes periculoſum ajunt, nec ideo nos aſſequi; quis eſt, qui ita ſit ſagax, ut quid Deus velit ex earum rerum genere quas libere velle poteſt, id ſuapte conjectura ſperet ſe poſſe deprehendere? Quare optime Plato 4 horum nihil ſciri poſſe dicebat, ſine oraculo. Jam vero nullum proferri poteſt oraculum, quod tale revera eſſe majoribus teſtimoniis conſtet, quam ea ſunt, quæ in libris Novi Fœderis continentur. Tantum abeſt, ut probetur, ne adſeritur quidem, Deum quidquam de natura ſua hominibus prodidiſſe, quod his libris repugnet; neque de voluntate ipſius ulla poteſt proferri, quæ credibilis ſit, poſterior ſignificatio. Nam ſi quid in eo genere rerum, quæ aut plane ſunt mediæ, aut certe non omnino per ſe debitæ, nec plane turpes, ante Chriſti tempora aliter imperatum aut permiſſum fuit; id his libris non obſtat, 5 cum in talibus leges poſteriores prioribus derogent.

§. XIIII.

*culoſum ajunt, nec ideo nos aſſequi.)* Habet id Tacitus Annalium VI.

4 *Horum nihil ſciri poſſe dicebat ſine oraculo.)* Locus eſt Phædone. (*fortaſſe fol.* 64. *Op.*) Paria in Timæo. Bene Ambroſius: *Cui magis de Deo, quam Deo credam?*

5 *Cum in talibus leges poſteriores prioribus derogent.)* Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσιν. *Conſtitutiones tempore poſteriores plus va-*

*lent*

## §. XIII. *Solutio objectionis, quod his libris quædam inter ſe repugnantia contineantur.*

Solet à nonnullis objici, eſſe quamdam in his libris interdum ſenſuum diſcrepantiam. Sed contra, quisquis hanc rem æquis animis volet dijudicare, reperiet hoc quoque argumentis pro eorum librorum auctoritate poſſe adjici; quod in rebus, quæ aliquod dogmatis aut hiſtoriæ momentum in ſe habent, manifeſtiſſima eſt ubique conſenſio; qualis nulla alibi inter ejusdem ſectæ ſcriptores reperiatur, 1 ſive Judæos ſumas, 2 ſive Græcos Philoſophos,

*lent prioribus:* Dictum eſt Modeſtini L. ultima. D. de Conſtitutionibus principum. (*Digeſt. Lib. I. Tit IV. leg.* 4.) Tertullianus: *Puto autem etiam humanas conſtitutiones atque decreta poſteriora priſtinis prævalere.* Idem Apologetico: (*Cap. IV.*) *Veterem & ſquallentem ſilvam legum novis principalium reſcriptorum & edictorum ſecuribus truncatis & cæſis.* Et de Baptiſmo: (*Cap. XIII.*) *In omnibus poſteriora concludunt, & ſequentia antecedentibus prævalent.* Plutarchus Symp. IX. (*Quæſt.* 13.) Ἔν τε δόγμασι καὶ νόμοις, ἔν τε συνθήκαις καὶ ὁμολογίαις, κυριώτερα τὰ ὕστερα νομίζεται καὶ βεβαιότερα τῶν πρώτων. *Et in decretis & in legibus & in contractibus ac pactis poſteriora prioribus validiora ac firmiora habentur.*

1 *Sive Judæos ſumas.*) Quorum diverſiſſimas ſententias tum alibi videas, tum apud illarum litterarum doctiſſimum Manaſſem Iſraëlis filium, libris de Creatione & Reſurrectione.

2 *Sive Græcos Philoſophos.*) Vide dictum modo

phos, 3 aut Medicos, 4 ſive Romanos Juriſconſultos: in quibus omnibus ſæpiſſime reperias non modo pugnare inter ſe, qui ſectæ ſunt ejuſdem, 5 ut Platonem & Xenophontem; ſed & 6 eumdem ſæpe ſcriptorem nunc hoc, nunc illud, velut ſui oblitum, aut quid ſtatuat incertum, adſeverare. At hi, de quibus agimus, ſcriptores, credenda eadem inculcant, eadem dant præcepta, etiam de Chriſti vita, morte, reditu in vitam: ſumma ubique eſt eadem. Quod vero ad exiguas aliquas circumſtantias, & ad rem nihil facientes attinet, facillime fieri potuit, ut non deſit commoda conciliatio, ſed nos lateat, ob res

librum de Placitis Philoſophorum.

3 *Aut Medicos.*) Vide Galenum de Sectis, & de Secta optima; & Celſum initio (*i. e. Præfat. ad libr. de Medicina.*) de re medica. Tum vero Spagiricos adde.

4 *Sive Romanos Juriſconſultos.*) Nota olim diſcordia Sabinianorum & Proculianorum: nunc eorum qui Bartolum & ſequentes eum, quique Cujacium & alios litteratiores ſequuntur. Vide & Gabrielii ſententias communes, communiores, communiſſimas.

5 *Ut Platonem & Xenophontem.*) Vide epiſtolam (*tot.*) Xenophontis ad Æſchinem Socraticum: Athenæum XI. (*fol.* 504. *ſeq.*) Laertium Platonis vita: (*ſc. Lib. III. de Vit. Philoſ. Segm.* 34.) Gellium libro XIV. (*Cap.* 3.)

6 *Eumdem ſæpe ſcriptorem nunc hoc, nunc illud, velut ſui oblitum, aut quid ſtatuat incertum adſeverare.*) Oſtendere id multi in Ariſtotele: in Romanis Juriſconſultis alii.

7 *Cum*

res ſimiles diverſis temporibus geſtas, nominum ambiguitatem, aut hujus hominis, aut loci plura nomina, & ſi quid his ſimile eſt. Imo hoc ipſum ſcriptores illos ab omni doli ſuſpicione liberare debet; 7 cum ſoleant, qui falſa teſtantur, de compacto omnia ita narrare, ut ne in ſpeciem quidem quidquam diverſum appareat. Quod ſi ex levi aliqua diſcrepantia, etiam quæ conciliari nequiret, totis libris fides decederet, jam nulli libro, præſertim hiſtoriarum, credendum eſſet: cum tamen & Polybio, & Halicarnaſſenſi, & Livio, & Plutarcho, in quibus talia deprehenduntur, ſua apud nos de rerum ſumma conſtet auctoritas: quo magis æquum eſt, ut nihil tale eorum fidem deſtruat, quos videmus ex ipſorum ſcriptis pietatis & veri ſemper fuiſſe ſtudioſiſſimos? Alius reſtat modus teſtimonia refellendi, ex contrariis extrinſecus teſtimoniis.

§. XIV.

7 *Cum ſoleant qui falſa teſtantur de compacto omnia ita narrare, ut ne in ſpeciem quidem quidquam diverſum appareat.*) Hoc eſt quod dicit Imperator Adrianus, videndum in teſtibus utrum unum eundemque meditatum ſermonem attulerint L. teſtium. D. de Teſtibus. (*Lib. XXII. Digeſt. Tit. V. leg. 3. §.* I.) Speculator Lib. I. parte IV. (*Rubrica*) de Teſte. in pr. n. 81. Exactiſſima circumſtantiarum omnium notitia in teſte non eſt neceſſaria. Vide Luc. I. 56. III. 23. Joh. II. 6. VI. 10. 19. XIX. 14.

I *Ut*

§. XIV. *Solutio objectionis ex teſtimoniis extrinſecis: & oſtenſum ea magis eſſe pro his libris.*

At ego cum fiducia affirmo, talia repertum non iri, niſi forte eo referre quis velit dicta multo poſt natorum, & quidem talium, qui inimicitias adverſus Chriſtianum nomen profeſſi, ſub teſtium nomine non veniunt. Imo contra, quamquam eo opus non eſt, multa habemus teſtimonia, quæ hiſtoriæ iſtis libris traditæ partes aliquot confirmat. Sic Jeſum cruci affixum, ab ipſo & diſcipulis ejus miracula patrata, & Hebræi, & Pagani memorant. De Herode, Pilato, Feſto, Felice, de Johanne Baptiſta, de Gamaliele, de Hieroſolymorum exſcidio exſtant ſcripta luculentiſſima Joſephi, edita paulo poſt annum à Chriſti abitu quadrageſimum: cum quibus conſentiunt ea, quæ apud Thalmudicos de iiſdem temporibus leguntur. Neronis ſævitiam in Chriſtianos Tacitus memoriæ prodidit. Exſtabant olim & libri, cum privatorum, 1 ut Phle-

1 *Ut Phlegontis.*) Libro XIII. Chronicorum ſive Olympiadum, his verbis: Τῷ δʹ ἔτει τῆς CB. Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον. καὶ νὺξ ὥρᾳ ϛʹ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, (* σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατέστρεψε.) *Quarto autem an-*

* Hæc quoque ut ſubnectantur, licet in antiquioribus editionibus haud compareant, interpretatio ajecta poſtulat.

Phlegontis, 2 tum & Acta publica, ad quæ Chriſtiani provocabant, quibus conſtabat 3 de eo ſidere, quod poſt Chriſtum natum apparuit, de terræ motu, & ſolis deliquio contra naturam, pleniſſimo lunæ orbe, circa tempus, quo Chriſtus crucis ſupplicio affectus eſt.

## §. XV. *Solutio objectionis de mutata ſcriptura.*

Quid amplius opponi his libris poſſit, ſane

no ccii. *Olympiadis, magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta: dies hora ſexta in tenebroſam noctem verſus, ut ſtellæ in cælo viſæ ſint, terræque motus in Bithynia Nicæa urbis multas ædes ſubverterit.* Habes hæc in Chronico Euſebii & Hieronymi. (*Græco Lib. I, fol. 77.*) Sed & Origenes meminit tract. xxxv. ad Matthæum, (*fol. 200. Tom. II. Opp. edit. Baſileæ* 1571.) & adverſus Celſum II. (*pag.* 80.)

2 *Tum & Acta publica.*) Tertullianus Apologetico cxxi. (*accurate Cap. XXI.*) *Eum mundi caſum relatum in arcanis veſtris habetis.*

3 *De eo ſidere quod poſt Chriſtum natum apparuit.*) Chalcidius Platonicus in commentario ad Timæum: (*pag.* 219.) *Eſt quoque alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet ortu ſtellæ cujusdam non morbos morteſque denunciatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanæ converſationis, rerumque mortalium gratiam: quam ſtellam cum nocturno itinere inſpexiſſent Chaldæorum profecto ſapientes viri, & conſideratione rerum cæleſtium ſatis exercitati, quæſiſſe dicuntur recentem ortum Dei, repertaque illa majeſtate puerili veneratos eſſe, & vota Deo tanto convenientia, nuncupaſſe.*

ſane non video: niſi forte non tales manſiſſe, quales ab initio fuerant. Fatendum eſt, ut aliis libris, ita his quoque accidere potuiſſe, accidiſſe etiam, ut exſcriptorum incuria, aut perverſa cura, litteræ quædam, ſyllabæ, verba mutarentur, omitterentur, adderentur. | Sed iniquum eſt, ob talem, quæ per multa tempora non poteſt non accidere, exemplorum diverſitatem, tali inſtrumento aut libro moveri controverſiam; cum & mos poſtulet, & ratio, ut quod plurima, & antiquiſſima exempla oſtendunt, id cæteris præferatur. | At vero dolo, aut alio quovis modo, omnia exempla vitiata, & quidem in iis, quæ ad dogma, aut inſigne aliquod hiſtoriæ caput pertinerent, numquam probabitur: neque enim (* aut) inſtrumenta ſunt, quæ id doceant, neque teſtes illorum temporum: quod ſi quid, ut jam modo dicebamus, ſerius multo dictum eſt ab iis, qui in horum librorum diſcipulos atrociſſima odia exercebant; id pro convicio, non pro teſtimonio habendum eſt. Et ſufficere quidem hæc, quæ diximus, poſſent adverſus eos, qui Scripturæ mutationem objiciunt;

* *Aut* hoc loco otioſe poſitum, atque hinc ex voluntate *Grotii* ipſius, qui in editione de A. MDCXXIX. illud ſua manu delevit, delendum jure eſt.

unt; [1] cum qui id affirmet, præſertim adverſus Scripturam diu lateque receptam, is, quod intendit, probare ipſe debeat: at nos, quo magis pateſcat illius objectionis vanitas, oſtendemus id, quod illi factum fingunt, nec factum eſſe, nec potuiſſe fieri. Evicimus ſupra libros eorum eſſe Scriptorum, quorum nomina præferunt: quo poſito, ſequitur, non eſſe alios libros pro aliis ſuppoſitos. Pars quoque aliqua inſignis mutata non eſt. Nam cum ea mutatio aliquid ſibi deberet habere propoſitum, ea pars à cæteris partibus libriſque non itidem mutatis notabiliter diſcreparet, quod nunc nuſquam conſpicitur; imo ut diximus, admirabilis eſt ubique ſenſuum conſonantia. Tum vero ut primum Apoſtolorum aliquis, aut virorum Apoſtolicorum aliquid edidit; dubium non eſt, quin Chriſtiani magna diligentia, ut ipſorum pietatem & ſtudium conſervandæ propagandæque ad poſteros veritatis decebat, exempla ſibi inde plurima ſumſerint; quæ proinde ſparſa ſint, quam late patebat Chriſtianum nomen per Europam, Aſiam, & Ægyptum, quibus

1 *Cum qui id affirmet, præſertim adverſus ſcripturam diu lateque receptam, is, quod intendit, probare ipſe debeat.*) L. ult. C. de Edicto Divi Adriani tollendo. (*h. e. Lib. VI. Cod. Tit. XXXIII. leg.* 3.)

bus in locis Græcus ſermo vigebat: imo & archetypa nonnulla, ut jam ante diximus, ad annum usque ducenteſimum ſervata ſunt. Non potuit autem liber aliquis in tot exempla diffuſus, cuſtoditus non privata tantum ſingulorum, ſed & communi Eccleſiarum diligentia, falſariam manum recipere. Adde jam, quod proximis ſtatim ſæculis verſi ſunt hi libri in ſermonem Syriacum, Æthiopicum, Arabicum, Latinum, quæ verſiones etiamnum exſtant, & à Græcis libris in nulla alicujus momenti re diſcrepant. Jam vero habemus & ſcripta eorum, qui ab Apoſtolis ipſis, aut ab eorum diſcipulis inſtituti fuerunt, qui loca non pauca ex his libris adferunt eo, quem nos nunc quoque legimus, ſenſu. Neque vero quiſquam fuit in Eccleſia tantæ auctoritatis per illa tempora, cui mutare quicquam volenti paritum fuiſſet: quod ſatis oſtendunt Irenæi, Tertulliani, & Cypriani liberæ diſſenſiones ab iis, qui in Eccleſia maxime eminebant. Poſt hæc, quæ dixi, tempora ſecuti ſunt alii multi magnæ eruditionis, magnique judicii, qui poſt diligentem inquiſitionem hos libros, ut in originaria ſua puritate perſtantes, receperunt. Jam & illud, quod de diverſis Chriſtianorum ſectis modo dicebamus, huc quoque aptari poteſt, illas omnes ſaltem

quæ

quæ Deum mundi opificem, & Chriſtum legis novæ auctorem agnoſcunt, uti his libris ita, ut eos nos habemus. Quod ſi qui inſtituiſſent partem aliquam interpolare, eos tanquam falſarios cæteri detuliſſent. Neque vero ullam ſectam id unquam habuiſſe licentiæ, ut hos libros mutando ad ſua placita aptaret, vel inde ſatis colligas, quod omnes ſectæ & adverſus omnes hinc ſibi argumenta depromunt. Tum quod de divina providentia attigimus, ad partes præcipuas non minus, quam ad totos libros pertinet, ei non convenire, ut ſiverit Deus tot millia hominum pietatis ſtudioſa, & æternam ſalutem ſincero propoſito quærentia, induci in eum errorem, quem vitare omnino non poſſent. Et hæc quidem pro Novi Fœderis libris dicta ſunto, qui ſi ſoli exſtarent, ſatis eſſet, unde veram religionem diſceremus.

## §. XVI. *Pro auctoritate librorum Veteris Fœderis.*

Nunc cum Deo viſum fuerit, etiam Judaicæ religionis, quæ vera olim fuit, & Chriſtianæ non exigua teſtimonia præbet, inſtrumenta nobis relinquere, non abs re erit his quoque fidem ſuam adſtruere Eſſe autem hos libros eorum, quorum dicuntur, pari modo conſtat, quo id de noſtris

libris probavimus. Hi autem, quorum nomina præferunt, aut Prophetæ fuerunt, aut viri fide digniſſimi, qualis & Esdras; qui eos in unum volumen collegiſſe creditur, quo tempore adhuc Prophetæ vivebant Aggæus, Malachias, Zacharias. Non repetam hic, quæ in Moſis commendationem dicta ſunt ſupra. Neque vero pars tantum illa prima a Moſe tradita, ut primo libro oſtendimus, ſed & recentior hiſtoria multos Paganorum habet adſtipulatores. Sic 1 Davidis & Salomonis

1 *Davidis & Salomonis nomina & fœdera cum Tyriis præferebant Phœnicum annales.*) Vide quæ ex iis recitat Joſephus Antiquæ Hiſtoriæ Lib. VIII. cap. 2. (*fol.* 258. *Opp.*) ubi addit volentem exempla habere epiſtolarum, quas inter ſe ſcripſere Salomo & Iromus, petere ea poſſe a publicis Tyri archivorum cuſtodibus. De Davide locus eſt inſignis ex IV. hiſtoriarum Damaſceni, Joſepho citatus Antiquæ Hiſtoriæ Lib. VII. cap. 6. Μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις Ἄδαδος ὄνομα πλεῖον ἰσχύσας, Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας ἔξω Φοινίκης ἐβασίλευσε. πόλεμον δ᾽ ἐξενέγκας πρὸς Δαβίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, καὶ πολλαῖς μάχαις κριθεὶς, ὑστάτῃ τε παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐν ᾗ ἡττᾶται, ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ τε καὶ ἀνδρείᾳ. * τελευτήσαντος δ᾽ ἐκείνου, ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο ἐκδεχομένου, ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. μέγιστον δὲ πάντων δυνηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους ἐπόρθησε τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην. *Multo poſt hæc tempore indi-*

* Interjecta una & altera linea ſequentia demum leguntur.

nis nomina, & fœdera cum Tyriis, præferebant

*indigenarum quidam Adadus nomine præpollens factus, & Damaſcum & Syriæ, præter Phœnicen, cætera regna tenuit. Sed ſuſcepto in Davidem Judææ regem bello, cum multis prœliis concurriſſet, poſtremo ad Euphratem commiſſo victus eſt, præſtantiſſimus regum habitus animi virtute & roboris excellentia. Eo mortuo poſteri ejus in decem ſtirpes regnarunt, ſimulque cum paterno imperio nomen ejus acceperunt, quomodo Ægypti reges Ptolemæi dicuntur. Tertius horum cum multum invaluiſſet, reparare volens novo decore avi cladem, in Judæos profectus Samaritidem populatus eſt.* Priorem hiſtoriæ hujus partem habes II. Sam. VIII 5. I. Chron. XVIII. poſteriorem I. Reg. XX. ubi Joſephum vide. Adadus ille Joſepho Ader dicitur, Adores Juſtino (*Lib. XXXVI. Cap. II.* §. 3.) ex Trogo. Plura de Davide ex Eupolemo nobis dat Euſebius Præparat. Evang. Lib. IV. (*rectius IX.*) cap. 30. Idem Joſephus eodem cap. * & priore contra Appionem (*fol.* 1042. *Opp.*) hunc locum profert ex Dii hiſtoria Phœnicia. Ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος ἐβασίλευσεν. οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσεν, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκεν, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ᾽ ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. τὸν δὲ τυραννοῦντα Ἱεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἴρωμον αἰνίγματα καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι· εἶτα δὴ Ἀβδήμονόν τινα Τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λῦσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ τῷ Εἰρώμῳ προσαποτί-



* Non *Sexto Lib. VII. Antiquit.* quod ultimo allegaverat *Grotius*, ſed *Cap.* 2. *Lib. VIII. Antiquit. fol.* 268. *Opp.* cujus etiam textum affert, cum *Lib. I. contra Apionem* verboſiora extent.

*σαι χρήματα. Abibalo mortuo regnavit filius ejus Iromus. Hic ad ortum regionem addidit, ipſamque urbem veterem fecit majorem, etiam Jovis Olympii templum, quod ſeorſim in inſula erat, aggerato quod intercedebat ſpatio, urbi annexuit, ornavitque donariis aureis. Ajunt & qui Hieroſolymis tunc regnabat Solomonem ad Iromum ænigmata miſiſſe quædam, & cupiiſſe ab ipſo alia accipere. Sed Iromum cum ænigmata illa ſolvere nequiret, magnam pecuniæ vim pro mulcta pependiſſe: poſtea vero Abdemonum hominem Tyrium ſolviſſe ea, quæ propoſita fuerant, ac propoſuiſſe viciſſim alia, quæ cum ſolvere Solomon nequiſſet, Iromo ab eo magnas pecunias perſolutas.* Addit deinde (*Lib. I. contra Apionem fol.* 1043.) Menandri Epheſii, qui Regum tam barbarorum quam Græcorum res perſcripſit, locum illuſtrem: *Mortuo Abibalo ſucceſſit in regnum filius ejus Iromus, qui vixit annos* XXXIV. *Hic aggeravit latam quæ dicitur regionem: idem auream columnam poſuit quæ in Jovis eſt templo. Deinde materiam excidit è monte Libano, cedrinas arbores ad templi tecta, templaque veteribus dejectis fecit nova. Etiam Herculis & Aſtartes delubra ſacravit. Sed Herculis prius menſe Peritio, deinde Aſtartes, quo tempore Tityis arma intulit, tributa non ſolventibus, quos ſibi cum ſubjeciſſet reverſus eſt. Hac ætate Abdemonus vixit juvenis, qui victor fuit explicando problemata miſſa à Solomone Hieroſolymorum Rege. Tempus autem ab hoc Rege ad conditam Carthaginem ſic computatur. Mortuo Hiromo regnum ejus accepit filius ejus Baleazarus, qui vixit annos* XLIII. *regnavit* VII. *Poſt hunc Abdaſtratus ejus filius annos vixit* XXIX. *regnavit* IX. *Hunc nutricis ipſius filii quatuor ex inſidiis interfecere: quorum qui maximus natu erat, regnavit annos* XII. *poſt quos Aſtartus Delæaſtarti filius, qui vixit annos* LIV. *regnavit* XII. *Poſt hunc frater ejus Aſerymus vixit annos* LIV. *regnavit* IX. *Hic à fratre Phelete occiſus fuit: qui accepto regno imperavit menſes* VIII. *vixit annos* L. *Hunc interemit Ithobalus Sacerdos Aſtartes, regnavitque annos* XXXII. *vixit* LXVIII. *Succeſſit ei filius*

*Ba-*

*Badezorus, qui vixit annos* XLV. *regnavit* VI. *Hujus ſucceſſor fuit filius Matgenus: vixit is annos* XXXII. *regnavit* IX. *Excepit hunc Phygmalion, vixit annos* LVI. *regnavit* XLVII. *Septimo hujus anno, ſoror ipſius profuga urbem in Africa ſtruxit Carthaginem.* Locum hunc Menandri, ſed contractiorem, poſuit Theophilus Antiochenus libro ad Autolycum tertio. (*§. XXI. pag.* 358. *ſeqq.*) Tertullianus Apologetico capite 19. (*alias XX.*) *Referenda antiquiſſimarum etiam gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum,* * *per quos notitia ſubminiſtrata eſt, aliqui Manethon Ægyptius & Beroſus Chaldæus, ſed & Iromus Phœnix Tyri rex: ſectatores quoque eorum Mendeſius Ptolemæus, & Menander Epheſius, & Demetrius Phalereus, & Rex Juba & Appion & Thallus.* Iromi illius & Solomonis ei coævi mentionem etiam apud Alexandrum Polyhiſtorem, Menandrum Pergamenum, & Lætum in Phœniciis extitiſſe ait Clemens Strom. I. (*fol.* 326. *Opp.*) unde corrigendus Tatianus, (*Orat. contra Græc. fol.* 171.) apud quem Χαῖτος pro Λαῖτος ſcribitur, diciturque is in Græcum tranſtuliſſe quæ Phœnices Theodotus, Hypſicrates & Mochus ſcripſerant. Azaëlis Syriæ Regis, qui nominatur I. Reg. XIX. 15. II. Reg. VIII. 11 (8. *ſeqq.*) XII. 17. XIII. 3. 24. memoria Damaſci divinis honoribus conſervata, tradente Joſepho Antiquæ hiſtoriæ libro IX. cap. 2. Eſt idem nomen apud Juſtinum ex Trogo. (*Lib. XXXVI. Cap. II. §.* 2. 3.) De Salmanaſare, qui decem tribus in ſervitutem avexit, ut narratur II. Reg. XVII. 3. & ſequentibus; & Samariam cepit II. Regum XVIII. 9. locus eſt Menandri, quem diximus, Epheſii apud Joſephum libro eodem nono, capite XIV. (*Elulaus nomine apud Tyrios regnavit annos* XXXVI. *Hic Cittæos qui ab imperio ſuo defecerant claſſe*

P 3

---

* Ut ſenſus plenus ſit, inſerendum heic ex probatiſſimis editionibus: *Advocandi municipes eorum, per quos &c.*

ferebant Phœnicum Annales. 2 Nabuchodo-

*claſſe eo vectus ad obſequium reduxit. Sed in hos miſit Rex Aſſyriorum, Phœnicenque omnem bello incurſavit: mox tamen pace cum omnibus facta, rediit retro. Verum deſcivere à Tyriorum imperio Sidon, Arce, Palætyrus, multæque urbes aliæ, quæ ſe Aſſyrio Regi dediderunt. Cum tamen non ob id ſe dederent Tyrii, Aſſyriorum rex bellum eis rurſus intulit, cum accepiſſet à Phœnicibus naves ſexaginta, remiges octingentos. In quas invecti Tyrii navibus duodecim, disjectis hoſtium navibus, homines fecere captivos quingentos. Aucta hinc apud Tyrios rerum omnium pretia. Cum abiret Rex Aſſyriorum, conſtituit cuſtodes ad flumina & aquæ ductus, qui Tyrios ab aquæ hauſtu arcerent; toleratumque id Tyriis per annos quinque, bibentibus interim ex puteis quos foderant.* Addit Joſephus eodem loco ipſum hujus Regis nomen Salmanaſarum exſtitiſſe ad ſua tempora in Tyriorum archivis. Sennacheribi, qui Judæam prope omnem, exceptis Hieroſolymis, ſubegit, ut narratur II. Reg. XVIII. 13. II. Paral. XXXII. 1. Eſai. XXXVI. 1. & nomen & expeditiones in Aſiam & Ægyptum in Beroſi Chaldaicis repertas teſtatur idem ille Joſephus Lib. X. cap. 1. Ejuſdem Σαναχηρίβ Sennacheribi meminit & Herodotus libro II. (*Cap.* 141.) vocatque Arabum & Aſſyriorum Regem. Balada Babyloniorum Regis mentio eſt II. Reg. XX. 12. & Eſaiæ XXXIX. Ejuſdem nomen in Beroſi Babylonicis exſtitiſſe teſtatur Joſephus Antiquæ Hiſtoriæ Lib. X. cap. 3. Herodotus prælii illius in Mageddo, quo Nechao Rex Ægypti Judæos vicit, quæ hiſtoria eſt II. Paral. XXXV. 22. Zach. XII. 1. (11.) meminit dicto libro II. (*Cap.* 159.) his verbis: Καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. *Et cum Syris* (ita ſemper Judæos vocat Herodotus, ut & alii,) *Necos congreſſus in Magdolo eos vicit.*

2 *Nabuchodonoſori.*) De hoc Beroſi locum nobis ſervavit Joſephus Antiquæ hiſtoriæ X. (*Cap. XI. in fine.*) & adverſus

adverſus Appionem libro 1. (*fol.* 1044. *Opp.*) conferendus cum Euſebio, qui & in Chronico (*Lib. I. fol.* 48. *ſeq.*) circa hæc tempora, & Præparationis libro IX. cap. 40. & 41. hunc, & qui ſequetur Abydeni locum, producit. *Cum audiſſet pater ejus Nabopallaſarus eum, qui in Ægypto Syriaque Cœle & Phœnice præpoſitus fuerat, Satrapem defeciſſe, ipſe ferendis laboribus per ætatem impar, filio Nabuchodonoſoro adhuc juveni tradidit partem exercitus, ut deſertorem bello peteret. Ille autem cum eum aggreſſus eſſet prælio, ipſum cepit, regionemque omnem iterum ſub imperium redegit. Sub id tempus evenit, ut pater Nabopollaſarus, cum morbum contraxiſſet, in urbe Babylone de vita decederet, poſtquam regnarat annos* XXIX. *Nabuchodonoſor poſt id, ſimul patris morbum intellexit, rebus Ægypti vicinarumque gentium bene ordinatis, amico cuidam commiſit captivos ex Judæis, Phœnicibus, ac Syris, & ex Ægypti populis, una cum exercitu rebusque aliis ſervari dignis, reportandos Babylonem. Ipſe cum comitibus paucis, breviore per deſertum via, Babylonem ſe contulit. Ibi cum reperiſſet res à Chaldæis adminiſtrari, & ipſum regnum aſſervari ab eorum potiſſimo, totum patris quod fuerat imperium adeptus eſt, captivisque conſpectis juſſit illis idoneas per Babylonicum imperium colonias aſſignari. Ipſe vero de belli manubiis Beli aliaque templa ornavit, urbemque Babylonis quæ jam erat, nova altera addita, inſtauravit eum in modum, ne poſſent poſthac qui ad obſidendam venirent urbem abacto flumine eam aggredi, ternaque mœnia urbi interiori, totidem exteriori circumdedit, partim ex cocto latere & bitumine, partim ex latere ſolo. Bene munita urbe, portisque magnifice ornatis, ad paternam regionem novam adjecit, ſupereminentem & altitudine & omni ſplendore, quem longum ſit exſequi. Suffecerit dicere, hoc opus & magnitudine & omni rerum paratu eximium intra dies perfectum eſſe quindecim. In hac regia ex lapide ſublimia extulit ambulacra, ſpeciemque dedit montibus perſimilem, omnis etiam generis arboribus ibi conſitis, addito & paradiſo penſili, quod uxor ejus in*

 *Media*

*Media locis educata montium aſpectu delectaretur.* * *Sed inter hæc opera morbo implicitus mox de vita exceſſit, cum regnaſſet annos* XLIII. Uxor illa Nabuchodonoſori eſt Nitocris Herodoto, libro ejus primo, (*Cap.* 185.) ut docuit magnus Scaliger in præclara temporum Emendatorum appendice. ** Interpretatur hæc Curtius libro V. (*Cap. I.* §. 24. *ſeqq.*) quem vide, partim & Strabo Lib. XV. (*fol.* 500. *ſequ.*) & Diodorus libro II. *** Beroſus, ex quo hæc & alia ſupra protulimus, Beli Sacerdos fuit poſt Alexandri Magni tempora, cui ob divinas prædictiones Athenienſes publico in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere, memorante Plinio Hiſtoriæ Naturalis libro VII. cap. 37. Librum ejus Babylonica vocat Athenæus XV. (*potius Lib. XIV. fol.* 639.) Tatianus, (*Orat. contra Græc. fol.* 171.) qui & ipſe Nabuchodonoſori Beroſum meminiſſe affirmat, & Clemens Chaldaica. (*Protrept. fol.* 43 *& Lib. I. Strom. fol.* 32[illegible] *Opp.*) Ex iis Rex Juba profitebatur accepiſſe ſe quæ de rebus Aſſyriis ſcripſit, ut notat Tatianus. (*fol.* 171.) Meminere ejus & Vitruvius (*de Architectura Lib. IX. Cap.* 7. *&* 9.) & Tertullianus Apologetico, (*Cap. XX.*) & ſcriptor Chronici Alexandrini. (*pag* 48. *edit. Matth. Raderi. Monach.* 1615) Nabuchodonoſoris mentionem alteram ex Abydeno Aſſyriorum ſcriptore nobis tradidit Euſebius tum in Chronico, (*Lib. I. fol.* 49.) tum in libri (*i. e. Cap. XLI.*) noni de Præparatione. Verba hæc ſunt: *Megaſthenes auctor eſt Nabucodroſorum Herculi ipſo fortiorem fuiſſe, belloque usque in Africam & Hiſpaniam*

* Hæc non uno eodemque contextu apud *Joſephum* cum prioribus cohærent, ſed poſt alia nonnulla ſequuntur.

** Id eſt in *Notis ad veterum Græcorum Fragmenta ſelecta fol.* 14. *&* 41.

*** Saltem hortum penſilem hic memorat, eumque deſcribit *loc. cit. fol.* 98. *ſeq.*

*ſluvium illato quos inde deportaverat collocaſſe ad dextram Ponti oram. Præterea vero narrant de eo Chaldæi, quondam cum regiam conſcendiſſet, numine aliquo afflatum eum hæc prædixiſſe: Ego Nabucodroſorus, ô Babylonii, imminentem vobis prænuncio calamitatem, quam ut arceant Parcæ numquam eas aut Belus generis noſtri auctor, aut regina Beltis permovere poterunt. Perſicus veniet mulus, qui veſtris Diis auxiliantibus ſervitium imponet. Hujus mali adjutor erit Medus, Aſſyriorum gloriatio. Utinam eum, antequam cives prodat, Charybdis aut mare abſorptum funditus interimat, aut ipſe alio raptus erret per ſolitudines, ubi neque urbes neque hominum ulla ſint veſtigia, ubi feræ paſcantur, circumvolentque liberæ aves, ut ibi inter rupes fauceſque ſolus vagetur: utinamque & ego felicem exitum ſortitus fuiſſem, priuſquam hæc animo meo obverſarentur. Hæc ubi effatus erat, ſtatim diſparuit.* Confer hæc poſtrema cum iis, quæ in Danielis libro de hoc Nabuchodonoſor habemus. Prima illa ex Megaſthene etiam Joſephus habet libro x. Antiquæ hiſtoriæ, cap. 11. ( *prope fin.*) & ait exſtare Indicorum iv. Habet ex Abydeno etiam hæc de Nabuchodonoſoro Euſebius: ( *loc. Præparat. cit.* ) Λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην· Βῆλον δὲ σφέα παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δ' ἐνευμένα ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον, τὸ μέχρι τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς διαμεῖναν, ἐὸν χαλκόπυλον. *Fama eſt ubi nunc eſt Babylon omnia aquam fuiſſe, dictam Mare. Id ſuſtuliſſe Belum, agroſque diſtribuiſſe viritim, & mœnia circumjeciſſe Babyloni, quæ tempus aboleverit. Nova autem mœnia ſtructa a Nabuchodonoſoro, eaque manſiſſe ad imperii Macedonum tempora, portis æneis.* Poſtea: Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφράτεω, τόν τε Ἀκράκανον. ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βά-



θος

θος δὲ ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησε, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ' αὐτὰς ὀχετογνώμονας. ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πάλιν ἔκτισεν, κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βασίλεια δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας. *Nabuchodonoſorus, ubi in imperium ſucceſſerat, Babylona munivit trinis mœnibus, intra dies quindecim, & Narmalcam amnem, qui divergium eſt Euphratis, ſimulque Acracanum amnem divertit. Tum in gratiam civitatis Sipparenorum, foſſam effecit, quæ in ambitu haberet paraſangas* XL. *in altum vicies quantum patent ſparſæ manus, appoſuitque ſepta quibus apertis irrigaretur ager. Ea ſepta appellant aquæductuum normas. Maris quoque Rubri eluvionem operibus circumdatis repreſſit. Teredonem condidit, ad reprimendos Arabum impetus, regiam præterea inſtruxit arboribus, quas paradiſos penſiles vocant.* Confer Danielem IV. 27. Strabo libro XV. (*fol.* 472.) ex eodem Megaſthene hoc adfert: Ναβοκοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον, καὶ ἕως στηλῶν ἐλάσαι. *Nabocodroſorum, cujus apud Chaldæos fama Herculem vincit, ad columnas veniſſe cum exercitu.* Fuere & alii qui ejus Regis hiſtoriam attigere, ſed quorum nunc nomina tantum ſuperſunt, Diocles Perſicorum ſecundo, Philoſtratus tum in Indicis, tum in Phœnicicis, qui Tyrum ab eo obſeſſam ait per annos XIII. ut Joſephus nos docet, tum Antiquæ hiſtoriæ dicto jam loco, tum adverſus Appionem priore, (*fol.* 1046.) ubi ex Phœnicum Actis publicis hæc profert: Ἐπὶ Εἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἔτη τρία καὶ δέκα. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Βάαλ ἔτη δέκα. μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν αὐτοῖς Ἐκνίβαλος Βασλάχου μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίου μῆνας δέκα, Ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀβδηλίμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἕνα. τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου τελευτήσαντος μετεπέμψαντο

τὸν

chodonoſori, 3 & aliorum Chaldæorum Regum Beroſus non minus, quam Hebræi libri;

τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Εἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν· ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. *Ithobalo apud Tyrios regnante, Nabuchodonoſorus Tyrum obſedit per annos* XIII. *Poſt hunc regnavit Baal annos* X. *Poſt hunc judices conſtituti ſunt, qui Tyrum rexere, Ecnibalus Baslachi menſes duos, Chelbes Abdæi menſes decem, Abbarus Sacerdos ſummus menſes tres, Mytgonus & Geraſtratus Abdelimi judices fuere per annos ſex, ſed medio inter hos tempore annum unum cum poteſtate regia Tyro præfuit Balatorus. Quo mortuo, miſere Tyrii qui ex Babylone Merbalum advocarent, regnavit is annos* IV. *Hoc quoque mortuo, advocarunt fratrem ejus Iromum, qui regnavit annos* XX. *Hujus temporibus Cyrus apud Perſas potens fuit.* Hæc ſupputatio quam pulchre cum ſacris libris congruat, vide Joſephum dicto contra Apionem libro. Sequitur ibidem apud Joſephum de Hecatæo: (*fol.* 1049.) Πολλὰς μὲν γὰρ ἡμῶν, φησὶν, ἀνασπάστους εἰς Βαβυλῶνα Πέρσαι πρότερον αὐτῶν ἀνέσπασαν μυριάδας. *Noſtrorum ille multa millia ait a Perſis Babylonem tranſlata.* Et de bello Senacheribi, & de deportatione per Nabuchodonoſorum facta, vide Demetrii locum apud Clementem Strom. I. (*fol.* 337. *Opp.*)

3 *Et aliorum Chaldæorum Regum.*) Apud Beroſum, poſt modo prolata, hæc ſequebantur, Joſepho duobus quos indicavimus locis * id referente. *Regnum accepit filius ejus Evilmaradochus. Hic cum iniq; ac per malam libidinem res adminiſtraret, petitus inſidiis Nerigliſſoroori,* qui

* Scilicet tum *Lib. I. contra Apionem fol.* 1045. *Opp.* tum *Lib. X. Antiquit. Jud. Capite* vero non 11. quod proxime nominarat, ſed 12. cujus initio pauca quædam cum heic allatis congruentia exponuntur.

*qui ſororem ejus in matrimonio habebat, interiit, poſtquam per annos regnaverat decem. Eo ſublato regni compos factus interfector ejus Nerigliſſoroorus imperium tenuit per annos quatuor. Hujus filius Laboroſoarcho ut puer adhuc regnum tenuit menſes novem: ſed quia pravæ in illo indolis multa ſigna apparerent, inſidiis amicorum trucidatus eſt. Hoc mortuo cum inter ſe coiiſſent ejus facinoris participes, communi conſenſu regnum detulere ad Nabonnidum ex Babyloniis unum, qui & ipſe in eadem conjuratione fuerat. Hoc regnante meliora facta ſunt ea quæ ad amnem erant ex latere & bitumine Babylonis mœnia. Cum vero regni ejus annus ageretur decimus & ſeptimus, venit ex Perſide multo cum exercitu Cyrus, reliquaque Aſia ſubacta, ad Babylonem perrexit. Adventu ejus cognito, Nabonnidus occurrit magno & ipſe exercitu, prælioque facto victus, cum paucis fugit, concluſitque ſe in urbem Borſippenorum. Cyrus autem Babylone capta conſtituit exteriora ejus munimenta diruere, quod civitatem videret ad res novas mobilem, urbem vero capi difficilem: inde in Borſippum proficiſcitur ad obſidendum Nabonnidum. Iterum is obſidionis non tolerans ſe dedidit. Cyrus benigne exceptum e Babylonia exire eum ad Carmaniam habitandam juſſit. Atque ibi Nabonnidus, tranſacta vita cætero, diem ſuum obiit.* Abydeni, poſt ea quæ modo attulimus de Nabuchodonoſoro verba, hæc nobis ſervavit Euſebius dicto loco: Ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευσε· τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης, λείπει παῖδα Λαβοσσοάρασκον· τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ Ναβαννίδοχον ἀποδείκνυσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. *Poſt hunc filius regnavit Evilmaluruchus. Hujus interfector, qui affinis ipſi fuerat, Nerigliſſares, filium reliquit Laboſſuaraſcum. Hoc violenta morte exſtincto, Babylonii Nabannidachum regem faciunt cum rege mortuo nullo junctum ſanguine. Cyrus hunc, cum Babylonem cepiſſet, Carmaniæ præfecit.* Evilmaraduchus iſte nominatur II. Reg. xxv. 27. De cæteris vide Scaligerum.

libri, meminerat. 4 Qui Vaphres Ægypti rex Jeremiæ, 5 Apries eſt Herodoto. Jam 6 Cyri, & ſucceſſorum ejus

ſigerum. * Iſta de Babylone à Cyro capta congruunt, cum iſtis Herodoti: (*Lib. I. Hiſtor. Cap.* 190.) Οὕτω Κῦρος ἤλαυνε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα· οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκστρατευσάμενοι ἔμενον αὐτόν, ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. *Sic Cyrus in Babylonem movit. Babylonii autem educto contra exercitu eum exſpectarunt. At poſtquam Cyrus urbi appropinquavit, pugnarunt cum eo Babylonii, ſed prælio victi in intima urbis ſe receperunt.* Cum quibus confer Jeremiam LI 20.30.31. de fuga ad Borſippa eundem Jeremiam LI. 30. de exſiccato amnis alveo Herodotus conſentit Jeremiæ LI. 32. Verba Herodoti: (*Lib. cit. Cap.* 191.) Τὸν γὰρ ποταμὸν διώρυχι ἐσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον διαβατὸν εἶναι ἐποίησε, ὑπονοστήσαντος τοῦ ποταμοῦ. *Amnem diſſidit, parte ejus in lacum paluſtrem deducta, ac ſi veterem alveum fecit pervium, aqua derivata.* An ea quæ de Beleſi Chaldæo narrat Diodorus Lib. II. (*fol.* 110.) ad Danielem poſſint referri, cui nomen Chaldæum fuit בלטשאצר Dan. I. 7. cogitemus.

4 *Qui Vaphres Ægypti Rex Jeremiæ.*) Ita Septuaginta & Euſebius (*Præparat. Evang. Lib. IX. Cap.* 31.) vertunt quod in Hebræo Jeremiæ XLIV. 3. (30.) eſt חפרע. Fuit is Nabuchodonoſoro coævus.

5 *Apries eſt Herodoto.*) Lib. II. (*Cap.* 161. *ſeqq.*)

6 *Cyri.*) Vide loca jam allata. Diodorum Siculum libro II. (*fol.* 118. & 120.) Cteſiam Perſicis, (*ab init.*) Juſti-

---

* In *Notis ad veterum Græcorum fragmenta ſelecta*, quæ Operi *de Emendatione temporum* annexa ſunt, *fol.* 22. *ſeq.*

ejus 7 ad Darium usque, pleni Græcorum libri. Multaque alia ad Judæorum gentem pertinentia adfert Joſephus in libris contra Appionem; quibus jungi poſſunt, 8 quæ ex Strabone, & Trogo ſupra attigimus. Nos vero, qui Chriſtiani ſumus, omnino non eſt, quod de eorum librorum fide dubitemus, cum ex illis pæne ſingu-

Juſtinum libro IV. (*rectius* I.) cap. 5. & ſequentibus. Sub Cyro jacta Templi Hieroſolymitani fundamenta, ſub Dario conſummatum opus, Beroſo teſte probat Theophilus Antiochenus. (*Lib. III. ad Autolyc. §. ult. ſ. XXXI. pag.* 400.)

7 *Ad Darium usque.*) Codomannum. Vide eosdem & Æſchylum Perſis, (*paſſim*) & ſcriptores rerum Alexandri. Sub hoc Dario ſummus Hebræorum Sacerdos fuit Jaddus, Nehem. XII. 22. is qui Alexandro victori ivit obviam, narrante Joſepho Antiquæ hiſtoriæ l. 1 (*Sextus XI.*) His ipſis temporibus vixit Hecatæus Abderita celebratus Plutarcho libro de Iſide, (*Tom. II. Opp. fol.* 354.) & Laërtio in Pyrrhone. (*Lib. IX. de Vit. Philoſ. Segm.* 69.) Is de Judæis librum ſcripſit ſingularem, unde egregiam & urbis Hieroſolymorum & Templi deſcriptionem deprompſit Joſephus adverſus Appionem libro priore; (*fol.* 1049. *Opp.*) quem locum habet & Euſebius Præparationis Evangelicæ Lib. IX. cap. 4. Uterque horum etiam Clearchi habent locum, qui Ariſtotelis verbis Judaicam ſapientiam commendat. Laudatores etiam Judæorum rerumque Judaicarum teſtes Joſephus dicto libro (*fol.* 1051.) nominat Theophilum, Theodotum, Mnaſeam, Ariſtophanem, Hermogenem, Euemerum, Cononem, Zopyrionem & alios.

8 *Quæ ex Strabone & Trogo ſupra attigimus.*) Libro I. (*§. XVI. not.* 103. *pag.* 98.)

9 *Mi-*

ſingulis teſtimonia exſtent in libris noſtris, quæ in Hebræis itidem reperiuntur. Neque Chriſtus, cum plurima in legis doctoribus, & temporis ſui Phariſæis reprehenderet, umquam eos accuſavit falſimoniæ in libros Moſis aut Prophetarum commiſſæ, aut quod ſuppoſitis mutatiſve libris uterentur. Poſt Chriſti tempora Scripturam in iis, quæ momentum habent, vitiatam, neque probari poteſt, neque vero credibile fiet, ſi quis recte cogitaverit, quam longe lateque ſparſa eſſet per orbem terrarum gens Judæorum illos ubique libros cuſtodientium. Nam primum ab Aſſyriis abductæ in Mediam decem tribus, duæ poſtea: & ex his quoque, poſt conceſſum à Cyro reditum, multi in terris exteris ſubſederunt. 9 Macedones in Alexandriam

9 *Macedones in Alexandriam magnis commodis eos inbitarunt.*) Hecatæus Joſepho deſcriptus, in libro priore contra Appionem, (*fol.* 1049. *Opp.*) de Judæis loquens: Οὐκ ὀλίγαι δὲ (nempe μυριάδες, ex præcedentibus) καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον εἰς Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην μετέστησαν, διὰ τὴν ἐν Συρίᾳ στάσιν. *Non pauca etiam millia poſt Alexandri mortem in Ægyptum & Phœnicen migrarunt, ob exortas in Syria ſeditiones.* Adde Philonem in Flaccum. (*fol.* 971. *Opp*) ὅτι οὐκ ἀποδέουσι μυριάδων ἑκατὸν τὴν Ἀλεξάνδρειαν καὶ τὴν χώραν Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες ἀπὸ τοῦ πρὸς Λιβύην καταβαθμοῦ μέχρι τῶν ὁρίων Αἰθιοπίας. *Non minus decies centenis millibus Judæos in Alexandria & regione circumſita habitare ab Africa deſcenſu ad fines Æthiopiæ.* Adde Joſe-

xandriam magnis commodis eos invitarunt. Antiochi ſævitia, Aſmonæorum civilia arma, externa Pompeji & Soſſii, multos disjecerunt. Plena Judæis erat 10 Cyrenaica: plenæ 11 urbes Aſiæ, 12 Macedoniæ, 13 Lycaoniæ, etiam inſulæ 14 Cyprus, 15 Creta, atque aliæ. Jam 16 Romæ numerus eorum ingens vel 17 ex Horatio, 18 Juvenali & 19 Martiali diſcatur. Tam

Joſephum libro XII. cap. 2. 3. & ſequentibus. Libro XIII. cap. 4. 5. 6. 7. 8. XVIII. 10. Et habebant Judæi Alexandriæ jus civitatis: Joſephus XIV. 17.

10 *Cyrenaica.*) Joſephus Antiquæ hiſtoriæ libro XVI. 10. & alibi. Actor. VI. 9. XI. 20.

11 *Urbes Aſiæ.*) Joſephus XII. 3. XIV. 17. XVI. 4. Actor. XIX. (10.)

12 *Macedoniæ.*) Act. XVII. (*accuratius XVI.* 9.)

13 *Lycaoniæ.*) Act. XIV. 18. (6.)

14 *Cyprus.*) Act. XIII. 5. (4.)

15 *Creta.*) Act. II. 11.

16 *Romæ.*) Joſephus XVIII. Hiſtoriæ Antiquæ cap. 5. Act. XVIII. 2. XXVIII. 17.

17 *Ex Horatio.*) Lib. I. Sat. IV. (℣. *penult.*)

*—— numero pluris ſumus: ut te*
*Judæi cogemus in hanc concedere turbam.*

Sat. V. (℣. 100.)

*—— credat Judæus Apella.*

Sat. IX. (℣. 69.)

*—— hodie triceſima ſabbata,* &c.

18 *Juvenali.*)

*Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem,*

Et quæ ſequuntur. Sat. XIV. (℣. 96. *ſeqq.*)

19 *Martiali.* III. (*potius Lib. IV. Epigram.*) 4.

*Quod jejunia ſabbatariorum.*

Et alibi: ut VII. 29. & 34. XI. 97. (*aut* 95.) XII. 57. Adde Rutilium Itinerarii libro I.

Atque

Tam diſſitis inter ſe cœtibus imponi nulla arte potuit: nec magis ipſi in falſum convenire. Adde quod [20] trecentis ferme ante Chriſtum annis, cura Ægypti regum, Hebræorum libri in Græcum ſermonem ab his, qui LXX. dicuntur, verſi ſunt;

*Atque utinam numquam Judæa ſubacta fuiſſet*
*Pompeii bellis, imperioque Titi!*
*Latius exciſæ peſtis contagia ſerpunt,*
*Victoresque ſuos natio victa premit.*

Quod ex Seneca deſumptum, qui dixerat de iiſdem Judæis: *Cum interim usque eo ſceleratiſſimæ gentis conſuetudo convaluit, ut per omnes terras recepta ſit. Victi victoribus leges dederunt.* Locus eſt apud Auguſtinum de Civitate Dei libro VI. cap. II. Sceleratiſſimam gentem vocat tantum ob legum quæ Dei unius cultum damnabant neglectum, ut ſupra notavimus, quo nomine & Socratem culpabat Major Cato. Adde latiſſime ſparſi Judæi nominis teſtem Philonem in Legatione: (*fol.* 1023. *Opp.*) Ὅσον ἐστὶν ἐν πολυανθρωπίᾳ, ὅπερ οὐκ ἐξεδέξατο καθάπερ τῶν ἄλλων ἕκαστον μιᾶς χώρας τὰς ἀποκεκληρωμένας αὐτῷ μόνῳ περίβολον, ἀλλ᾽ ὀλίγου δέω φάναι πᾶσα ἡ οἰκουμένη· κέχυται γὰρ ἀνά τε τὰς ἠπείρους καὶ νήσους ἁπάσας, ὡς τῶν αὐθιγενῶν μὴ πολλῷ τινι δοκεῖν ἐλαττοῦσθαι. *Quanta illa gens eſt hominum numero, quam non ut cæteras una continet attributa regio, ſed paullo minus terra tota. Diffuſa enim eſt per terras continentes perque inſulas omnes, ita ut videri poſſit ipſis indigenis non multo minor.* Dion Caſſius libro XXXVI. (*rectius XXXVII. fol.* 37.) de Judæorum genere: Κολουσθὲν μὲν πολλάκις, αὐξηθὲν δὲ ἐπὶ πλεῖστον, ὥστε καὶ παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. *Cohibita ſæpe nihilominus aucta plurimum: ita ut & libertatem Inſtitutorum ſuorum evicerit.*

20 *Trecentis ferme ante Chriſtum annis.*) Vide Ariſtæam, (*de LXX. Interpr. Hiſtor.*) & Joſephum libro XII. 2.

ſunt; ita ut jam & à Græcis, ſermone quidem alio, at ſenſu in ſummam eodem poſſiderentur, eoque minus mutationem reciperent. Quin & in Chaldaicum, & in Hieroſolymitanum,(* id eſt ſemi-Syriacum,) tranſlati ſunt iidem libri, 21 partim paulo ante, 22 partim non multo poſt Chriſti tempora. Secutæ deinde verſiones in Græcum aliæ, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, quas cum illa interpretum LXX. Origenes contulit, & poſt eum alii, nulla hiſtoriæ, aut rerum pondus habentium diverſitate. Philo Caligulæ ævo floruit, Joſephus ad Veſpaſianorum tempora provixit. Uterque ex Hebræorum libris ea adferunt, quæ nos hodieque legimus. His autem ipſis temporibus, magis magisque ſpargi cœpit Chriſtiana Religio, quam profitentium 23 multi Hebræi erant, 24 multi Hebræas litteras addidice-

21 *Partim paulo ante.*) Ut ab Onkeloſo, forte & ab Jonathane.

22 *Partim non multo poſt.*) Ut à ſcriptore Thargumi Hieroſolymitani; & Joſepho cæco, aut quisquis ille eſt qui Jobum, Pſalmos, Proverbia, & quæ Hagiographa dicuntur, vertit, unus, ſive plures.

23 *Multi Hebræi erant.*) Aut vicini Hebræis, ut Juſtinus qui fuit Samarita.

24 *Multi Hebræas litteras addidicerant.*) Ut Origenes, Epiphanius, maxime vero Hieronymus.

25

* Neſcio, qui factum ſit, ut hæc in editione libelli noſtri, quæ omnium prima eſt, dilucide expreſſa in noſtra Pariſienſi & alia de A. MDCXL. haud conſpiciantur.

didicerant, quibus proinde promptum fuit, ſi quid à Judæis falſi fuiſſet admiſſum, in parte, inquam, inſigni, id ipſum collatis libris antiquioribus deprehendere, apertumque facere. At non modo id non faciunt, ſed etiam plurima adducunt ex veteri Fœdere teſtimonia plane in eum ſenſum, quo apud Hebræos extant: quos ſane Hebræos cujusvis potius criminis, quam, non dicam falſi, ſed vel negligentiæ circa hos libros convincas; 25 ſcum eos ſumma religione deſcribere ac conferre ſoleant, etiam ut litteras quoties quæque occurrat numeratas habeant. Addatur ultimo loco & hoc minime ſpernendum non mutatæ per Judæos de induſtria Scripturæ argumentum, quod Chriſtiani ex iis ipſis, quos Judæi legunt, libris evincunt, & quidem, ut confidunt, valide, ſuum Magiſtrum Jeſum eſſe illum

 ipſum

25 *Cum eos ſumma religione deſcribere ac conferre ſoleant.* ) Joſephus priore contra Appionem: ( *fol.* 1036. 1037. *Opp.*) Δῆλον δ' ἐστὶν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος, οὔτε προσθεῖναί τις οὐδὲν, οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν, οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. *Quantam vero fidem nos ſcriptis apud nos receptis habeamus, rebus ipſis apparet. Cum enim tot ſæcula tranſierint, nemo aut addere quidquam, aut demere, aut mutare aliquid eſt auſus.* Vide legem Deut. IV. I. (2.) Thalmudem titulo Schebuoth.

ipſum Meſſiam, qui Judæorum majoribus jam olim ſit promiſſus. Quod vel maxime, ne fieri poſſet, caviſſent Judæi poſt ortum inter ipſos & Chriſtianos certamen, ſi umquam in eorum poteſtate fuiſſet mutare quæ vellent.

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

## LIBER QUARTUS.

### §. I. *Refutatio ſpecialior Religionum a Chriſtiana diſcrepantium.*

QUartus liber, initio facto ab ea voluptate, quam plerique homines capiunt ex ſpectaculo alieni periculi, cum ipſi extra periculum poſiti ſunt, oſtendit, ſummam Chriſtiani hominis in hac vita eam eſſe debere, ut non modo de reperta veritate ſibi gratuletur, ſed & aliis, qui in variis errorum anfractibus palabundi verſantur, opem ferat, & eos tanti boni participes faciat. Quod nos aliquo quidem modo conatos(*conati ſumus)facere libris prioribus, quia veri demonſtratio in ſe contineat erroris refutationem: ſed tamen, cum ſingula religionum genera, quæ ſe Chriſtianis opponunt, Paganiſmus puta,

 ta,

* Pro *conatos*, quæ vox in probatæ fidei exemplis adeſt, recte emendateque, quisquis fuit, iſta ſcripſit.

ta, Judaiſmus & Mahumetiſmus, præter id, quod inter ſe habent commune, proprios quosdam errores habeant, & peculiaria quædam argumenta, quæ nobis ſoleant opponere; non abs re fore (* credimus,) ſi ſpecialem adverſus hæc ſingula diſputationem inſtituamus, rogatis lectoribus, ut & a ſtudiis, & a longa conſuetudine, tanquam bonæ mentis impedimentis, judicium liberent, quo æquiore animo de iis, quæ dicenda ſunt, cognoſcant.

§. II. *Ac primum Paganiſmi. Unum tantum eſſe Deum. Mentes creatas bonas eſſe, aut malas. Bonas non colendas, niſi ad præſcriptum ſummi Dei.*

Ac primum adverſus Paganos dicimus, ſi plures Deos ſtatuant æternos & æquales, id jam primo libro ſatis refutatum; cum docuimus, unum duntaxat eſſe Deum rerum omnium cauſam. Quod ſi Deorum nomine vocent mentes creatas homine ſuperiores, eas aut bonas eſſe, aut malas. Si bonas dicant, primum conſtare ipſis deberet hoc, an bonæ ſint; 1 ne for-

1 *Ne forte periculoſe labantur, inimicos pro amicis, transfugas pro legatis recipientes.*) II. Cor. XI. 14. Porphyrius ſecundo de abſtinendo ab animatis: (pag. 203.)

* Vetuſtiores, quotquot inſpeximus, editiones hoc verbum, ad ſenſum apprime neceſſarium, omittunt. Hinc ab aliena manu adſperſum illud arbitramur.

forte periculoſe labantur, inimicos pro amicis, transfugas pro legatis recipientes: tum

203.) Διὰ μέντοι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ ἅπασα γοητεία ἐκτελεῖται. τούτους γὰρ μάλιστα καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν, οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν * πάσης φαντασίας ἐπιτηδεύοντες. Οὗτοι γὰρ ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας ἀπατῆσαι. δι' αὐτῶν φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες· ἀκολασία γὰρ πᾶσα καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη, τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον, βούλονται γὰρ εἶναι θεοί, καὶ ἡ προεστῶσα δύναμις αὐτῶν δοκεῖν θεὸς εἶναι. *Per illos oppoſitos Diis omnis ars maleſica perficitur. Nam qui per malas artes animis illudere ac res pravas efficere ſtudent, illos ſpiritus & eorum præſidem maxime colunt: poſſunt enim hi prodigiorum ſpecie imponere. Per hos philtra & alia ad amores pertinentia miſeri homines ſibi quærunt. Omnis enim mala libido & opum ſpes & gloriæ ab his maxime ſpiritibus, præcipue vero fraudes: mendacium enim his proprium. Dii ſiquidem eſſe volunt, & qui eorum princeps eſt, Deus ipſe haberi.* Deinde ** de Ægyptiis Sacerdotibus:

* Emendarem heic textum ſecundum meum *Porphyrii* codicem, uti exemplum mihi præivit celeberrimi *Cypriani* editio; niſi *Jo. Clericus Biblioth. choiſie Tom. XIIX. pag.* 245. *ſeq.* bene ſtatuiſſet: intactum relinquendum eſſe hunc locum, quod ex verſione appareat, Græca ita ſeſe habuiſſe in editione, quæ *Grotio* fuit ad manus, prout heic recenſentur. Et ſane ſunt eadem Græca apud *Cyrillum Lib. IV. contra Julian. fol.* 124. unde ſua, ni fallor, hauſit *Grotius*.

** Facile quis adduci poſſet, ut credat, eadem ſerie in *Porphyrii de Abſtinentia libro* hæc de Ægyptiis ſacerdotibus tradi. Aſt fallitur, qui ita ſentit. Videtur *Grotius* utrumque *Porphyrii* dictum, & quod præcedit, & quod jam ſequitur, ex *Cyrillo Lib. IV. contra Julian. fol.* 124. *ſeq.* obſervaſſe, id vero, quod

 Cyrillus

tum vero ratio exigit, ut evidens ab-
quod

cerdotibus: Οἱ δὲ εἶναι μὲν ἔξωθεν τίθενται τὸ ὑπήκοον γένος ἀπατηλῆς φύσεως, παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον, καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ ψυχὰς τεθνηκότων, καὶ διὰ τούτου πάντα δύνασθαι τῶν δοκούντων ἀγαθῶν ἢ κακῶν εἶναι, ἐπεὶ εἰς τά γε ὄντως ἀγαθὰ, ἅπερ ἐστὶ κατὰ ψυχὴν, μηδὲν καθάπαξ συμβάλλεσθαι δύνασθαι, μηδὲ εἰδέναι ταῦτα, ἀλλὰ κακοσχολεύεσθαι καὶ τωθάζειν, καὶ ἐμποδίζειν πολλάκις τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀφικνουμένοις, πλήρεις τε εἶναι τύφου καὶ χαίρειν ἀτμοῖς καὶ θυσίαις. *Illi vero illud quidem extra controverſiam ponunt, eſſe genus quoddam ſpirituum omni fraudulentiæ inſervi-ens, multiforme, verſutum, quod modo Deos ſimulat, modo Dæmonas, modo mortuorum animas, eoque modo omnia eos poſſe immutare quæ bona, quæque mala habentur. Ad vera autem bo-na, quæ in animo conſiſtunt, nihil eos poſſe, neque eorum eos habere notitiam; ſed ma-le uti otio, ludificari & im-pedire eos qui in via ſunt ad virtutem, plenos eſſe faſtu, gaudentes nidoribus ac victi-mis.* Arnobius Lib. IV. adver-ſus Nationes: (*p.* 134) * *Sic Magi haruſpicum fratres ſuis in actionibus memorant an-titheos ſæpe obrepere pro ba-ris: eſſe autem hos quidam materias ex craſſioribus ſpiri-tus, qui Deos ſe fingunt.* Idem ſenſus eſt, ne nimium multa transſcribam, apud Jambli-chum de myſteriis Ægyptio-rum Lib. III. cap. 32. (*po-tius* 31.) & libro IV. cap. 17. (*verius* 13.)

2 *Etiam*

Cyrillus alterum reciraturus ſignificat: *alio loco illud a Porphyrio proferri*, non attendiſſe. Innuit autem non alium locum *Cyrillus*, quam *Porphyrii Epiſtolam ad Anebonem Ægypt.* ceu ex *Auguſtini Lib. X. de Civit. Dei Cap.* 11. perſpicue diſcimus, qui iſthanc *Porphy-rii* obſervationem latine ex dicta Epiſtola exponit. Hinc recte quoque in ejus reliquiis, quas undique *Thom. Gale* congeſſit, locus huic ſermoni datus fuit.

* Paulo aliter in noſtra editione hæc verba leguntur, ſenſu tamen non multum variato.

quod in ipſo cultu diſcrimen ſit inter Deum ſummum, & has mentes: deinde ſciendum eſſet, quis inter eas mentes ſit ordo, quid à quaque boni exſpectari poſſit, quo quamque honore affici velit rex ſummus: quæ omnia cum deſint in ipſorum religione, ſatis hinc apparet, quam ea nihil in ſe certi habeat: quantoque facerent tutius, ſi ad unius Dei ſummi cultum ſe transferrent; quod ſapientis hominis eſſe officium, 2 etiam Plato dixit; eoque magis, quia cum bonæ mentes Dei ſummi miniſtræ ſint, 3 non poſſit eas non ſibi addictas habere, qui Deo utatur propitio.

## §. III. *Malos ſpiritus adoratos à Paganis probatur, & oſtenditur quam id ſit indignum.*

At vero non bonas, ſed malas fuiſſe mentes, quibus Paganorum cultus impendebatur, non levibus conſtat argumentis. Primum, 1 quod cultores ſuos non rejecerunt

2 *Etiam Plato dixit.*) Μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς ἄλλοι δὲ μετὰ ἄλλων δαιμόνων. *Cum Jove nos: cum aliis Diis alii.* Citat Origenes contra Celſum VIII. (*pag.* 382.)

3 *Non poſſit eas non ſibi addictas habere, qui Deo utatur propitio.*) Pulchre hoc exſequitur Arnobius libro III. (*init. ſtatim pag.* 100. *ſeq.*)

1 *Quod cultores ſuos non rejecerunt ad cultum ſummi Dei.*)

cerunt ad cultum ſummi Dei, imo eum cultum, quantum poterant, ſuſtulerunt: aut ſaltem omnibus modis ſe ſummo Deo in cultu æquari voluerunt. Secundo, quod unius ſummi Dei cultoribus mala maxima procurarunt, concitatis in ipſorum pœnas magiſtratibus & populis. Nam cum poëtis impune liceret Deorum parricidia & adulteria canere, & Epicureis Divinam providentiam è rebus tollere, neque ulla eſſet religio alia tam ritibus diſſona, quæ non in ſocietatem admitteretur, ut Ægyptiaca, Phrygia, Græca, Thuſca ſacra Romæ: ſoli Judæi paſſim 2 deridiculo erant, ut ex Satyris & epigrammatis apparet, 3 interdum & relegabantur: 4 Chriſtiani vero præterea etiam atrociſſimis afficiebantur ſuppliciis: cujus rei non alia poteſt reddi cauſa, quam quod hæ duæ ſectæ unum

*Dei.*) Bene hoc exſequitur Auguſtinus de Civitate Dei libro x. cap. 14. 16. 19.

2 *Deridiculo erant.*) Ut curti, recutiti, ſabbatarii, nubium & cœli adoratores, clementes in porcos.

3. *Interdum & relegabantur.*) Joſeph. xviii. 5. Tacitus Annalium ii. (*Cap.* 85. §. 4.) Seneca epiſtola cix. (*al. CVIII.*) Actor. xviii. 1. Suetonius Tiberio Cap. xxxvi.

4 *Chriſtiani vero præterea etiam atrociſſimis afficiebantur ſuppliciis.*) Tacitus Annalium xv. (*Cap.XLIV.* §.7. *ſeqq.*) quo & illa pertinent Juvenalis; (*Satyra I.* v. 155.)

*—— tæda lucebis in illa*
*Qua ſtantes ardent, qui*
*fixo gutture fumant,*
*Et latus mediam ſulco*
*diducit arenam.*

5 *Po*

num Deum venerarentur, cujus honori recepti Dii adverſabantur, non tam inter ſe, quam illius æmuli. Tertio ex modo cultus, qui bonam honeſtamque mentem non deceat, 5 per ſanguinem humanum, 6 per nudorum hominum in templis curſationem, per ludos 7 & ſaltationes plenas ſpurcitiæ: qualia nunc etiam conſpiciuntur apud Americæ & Africæ populos Paganiſmi tenebris obſitos. Imo, quod eſt amplius, & olim fuerunt, & nunc ſunt populi, qui malas mentes adorant, quas tales norunt ac profitentur; 8 ut Arimanium Perſæ, Græci Cacodæmonas, 9 Vejoves Latini, & nunc alios Æthiopum & Indorum quidam: quo nihil poteſt magis impium

5 *Per ſanguinem humanum.*) Vide quæ hac de re dicta Lib. II. (*§. XII. inpr. not. 2. 3. pag.* 153. *ſeq.*) Adde Tatianum, (*Orat. contra Græc. fol. forte* 161.) Origenem octavo contra Celſum.

6 *Per nudorum hominum in templis curſationem.*) Ut in Lupercalibus. Livius libro I. (*Cap. V.*) Plutarchus Antonio, * & alii.

7 *Et ſaltationes plenas ſpurcitiæ.*) Ut in Floralibus. Ovidius quarto Faſtorum. (*Verius quinto. v.* 331. *ſeqq.*)

8 *Ut Arimanium Perſæ.*) Plutarchus de Iſide & Oſiride: (*Tom. II. Opp. fol.* 369. *ſeq.*) Diogenes Laërtius in præfatione. (*Segm.* 8.)

9 *Vejoves Latini.*) Cicero III. De natura Deorum (*Cap.* 24.)

10 *Cle-*

* *Tom. I. Opp. fol.* 921. Magis fortaſſe ad rem facerent, quæ narrantur in *Cæſare fol.* 736. *Tom. alleg.*

impium excogitari. Nam cultus religioſus quid eſt aliud, quam teſtimonium ſummæ bonitatis, quam agnoſcas in eo, quem colas? qui ſi malo ſpiritui impenditur, falſus eſt ac mendax, & in ſe continet rebellionis crimen; cum debitus regi honos non modo ei ſubtrahitur, ſed & in deſertorem ejus atque hoſtem transfertur. Stulta autem eſt perſuaſio, qua fingunt, Deum bonum id non vindicaturum, quia id à bonitate alienum eſſet. Nam 10 clementia, ut juſta ſit, ſuos habet limites, & ubi ſcelera modum excedunt, pœnam juſtitia ex ſe quaſi neceſſario producit. Neque minus culpandum, quod metu adductos ſe dicant malis mentibus præſtare obſequium: cum is qui ſumme bonus eſt, ſit etiam ſumme communicativus, ac proinde etiam naturarum cæterarum productor. Quod ſi eſt, ſequitur, ut in naturas omnes, tamquam opificia ſua, jus ſupremum habeat; ita ut ab earum nulla aliquid poſſit fieri, quod ipſe plane impedire cupiat. Quibus poſitis, facile colligitur, ei, qui Deum ſummum ac ſumme bonum faventem habeat; malos ſpiritus non amplius nocere poſſe, quam Deus ille boni alicujus cauſa velit pati, ut fiat. Neque vero

10 *Clementia ut juſta ſit, ſuos habet limites.) Quomodo diliges, niſi times non diligere?* Tertullianus adverſus Marcionem I. (*Cap.* 27.)

11 *Malu*

vero à malis ſpiritibus quidquam impetrari poteſt, quod non rejiciendum ſit, quia 11 malus bonum cum ſimulat, tunc eſt peſſimus, & 12 hoſtium munera inſidiæ ſunt.

## §. IV. *Contra cultum exhibitum hominibus vita functis, in Paganiſmo.*

Fuerunt & Pagani, & ſunt nunc etiam, qui vita functorum hominum animis cultum exhibere ſe ajunt. Sed primum hic quoque cultus diſtinguendus notis conſpicuis fuerat à ſummi Dei cultu: tum vero inanes ſunt ad illos preces, niſi ab illis animis aliquid nobis tribui poſſit; de quo nihil cultoribus conſtat, nec quidquam eſt, cur magis id dicant fieri, quam non fieri. Illud vero peſſimum, quod quibus hominibus hunc honorem habuerunt, ii comperiuntur magnis vitiis fuiſſe inſignes: ebrioſus Bacchus, mulieroſus Hercules, impius in fratrem Romulus, in patrem Jupiter: ita ut illorum honos ad Dei veri & probitatis ipſi placentis ignominiam

11 *Malus bonum cum ſimulat, tunc eſt peſſimus.*) Syri mimi verſus. (*Sententiarum* ϐ. 390.)

12 *Hoſtium munera inſidiæ ſunt.*) Sophocles: (*Aiace flagellif.* ϐ. 675.)

*Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κ'ὐκ ὀνήσιμα.*

*Damnoſa ab hoſte dona, quin nec dona ſunt.*

I *Dum*

miniam redundet, 1 dum vitiis ſatis per ſe adblandientibus addit ex religione commendationem.

### §. V. *Contra cultum exhibitum aſtris & elementis.*

Vetuſtior iſto fuit cultus aſtrorum, & quæ elementa dicimus, ignis, aquæ, aëris, terræ: ne ipſe quidem magno vacans errore. Nam cultus religioſi pars maxima ſunt preces, quæ adhiberi, niſi ſtulte, non poſſunt niſi apud naturas intelligentes. Tales autem non eſſe eas, quæ elementa dicimus, ſenſu quodammodo apparet. De aſtris ſiquis aliud affirmaverit, nihil habebit, quo id probet; cum ex aſtrorum operationibus, quæ naturarum ſunt indices, nihil tale poſſit colligi; imo contrarium ſatis aperte colligitur ex motu non vario,

1 *Dum vitiis ſatis per ſe adblandientibus addit ex religione commendationem.*) Exemplum vide in Eunucho Terentiana Actu III. Scena v. Cyprianus epiſtola II. (*fol.* 7. *col. B. edit. Pariſ. A.* 1643.) *Deos ſuos quos venerantur, imitantur. Fiunt miſeris & religioſa delicta.* Auguſt. epiſt. CLII. *Nihil homines tam inſociabiles reddit vita perverſa-te, quam illorum Deorum imitatio, quales commendantur & deſcribuntur in- ris eorum.* Chalcidius in Timæo: (*pag.* 221.) *Ita- que factum ut pro gra- qua ab hominibus debe- divina providentia, & ortus ſacrilegio pande- tur.* Vide locum tot-

vario, qualis eſt eorum, quæ voluntatem habent liberam, 1 ſed rato atque præſcripto. Jam vero alibi oſtendimus, aſtrorum curſus ad hominum uſus eſſe temperatos: unde homo agnoſcere debuit, ſe Deo & ſimiliorem parte ſui potiore, & cariorem eſſe, ac proinde nobilitati ſuæ injuriam ſe facere, ſi ſe iis rebus ſubjiciat, quas Deus ipſi donaverit: cum contra pro illis Deo gratias agere debeat, quod ipſæ pro ſe non poſſunt, aut poſſe non docentur.

## §. VI. *Contra cultum animantibus mutis exhibitum.*

Illud vero indigniſſimum, quod & 1 ad beſtiarum cultum delapſi ſunt homines, Ægyptii præſertim. Quamquam enim in quibusdam aliqua ſe oſtendit quaſi umbra intelligentiæ; ea tamen ipſa nihil eſt, ſi

1 *Sed rato atque præſcripto.* ) Quo argumento motus quidam rex Peruanus negabat Solem eſſe poſſe Deum. Vide hiſtoriam Incarum.

1 *Ad beſtiarum cultum delapſi ſunt homines, Ægyptii præſertim.* ) De quibus Philo in Legatione: (*fol.* 1012. *Opp.*) οἱ κύνας ϗ λύκους ϗ λέοντας ϗ κροκοδείλους, ϗ ἄλλα πλείονα θηρία ϗ ἔνυδρα ϗ χερσαῖα ϗ πτηνὰ θεοπλαστοῦντες. *Qui canes, leones, lupos, crocodilos, aliaque aquatica, terreſtria, volucria animantium pro Diis habent.* Adde longam ea de re Diſſertationem lib. I. Diodori Siculi. (*Sect. II. fol.* 74. *ſeqq.*

ſi ad hominem ſpectetur, cum nec in[…]
nos conceptus diſtinctis vocibus ſcrip[…]
raque explicent: neque opera diverſor[…]
generum faciant, neque ejusdem gene[…]
opera diverſo modo; multo minus num[…]
rorum, dimenſionum, cœleſtiumque c[…]
ſuum cognitionem aſſequantur. 2 Contr[…]
ver[…]

2 *Contra vero homo validiſſima quaque animantia, feras, aves, piſces capit ſolertia ingenii ſui.*) Euripides Æolo: *

> Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος,
> Ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
> Δαμᾷ φῦλα πόντου,
> Χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα.
>
> *Vis exigua eſt, quamcumque homini*
> *Natura dedit: ſed conſiliis*
> *Variis artes, quæ nata mari*
> *Et quæ terra cæloque domant.*

Antiphon: **

> Τέχνῃ κρατοῦμεν ὧν φύσει κρατούμεθα.
>
> *Natura quorum ſuper[…]*
> *arte hæc vincimus.*

Non male hinc expli[…] quod eſt Gen. I. 26. […] VIII. 8. Latiorem hac […]re diſſertationem qui […]derat, videat Oppian[…] initio quinti de piſcatu, (p[…]tiſſimum v. 10 ſeqq.) & Ba[…]um in Hexaëmeron Hom[…] X. (*circa medium.*) Orig[…] contra Celſum l. IV. (*p. 215*) Καὶ ἐνταῦθα δὲ ὁρᾷς τίνα τρ[…]πον ἡ σύνεσις μέγα ἐσθ[…] ἡμῖν δέδοται, καὶ πάντες […] κρεῖττον οὐ δοκεῖ ἔχειν τα[…]ρία. ἡμεῖς γοῦν οἱ πολλῷ τ[ῷ] σώματι τῶν ζώων ἀσθεν[έσ]τεροι, τινῶν δὲ καὶ εἰς ὑπερ[…] βραχύτεροι, κρατοῦμεν δι[ὰ] […] σύνεσιν τῶν θηρίων, καὶ τη[…] τηλικούτους ἐλέφαντας θηρ[…]

* *Euripidis* verſuum ex *Æolo* partem habes apud *Stob*[æ]*um Sentent. Serm. LII. fol.* 360. omnes autem [in] *Grotii Excerptis ex Tragœd. & Comœd. Græcis pag.* 367. edit. Pariſ.

** Repete hoc ex iisdem *Grotii Excerptis pag.* 439.

vero homo validiſſima quæque animantia, feras, aves, piſces capit ſolertia ingenii ſui, partim etiam ſub leges ſuas ſubigit: ut elephantas, leones, equos, boves: ex iis, quæ maxime ſunt noxia, utilitates ſibi deducit, ut medicamenta ex ſerpentibus: hunc certe uſum ex omnibus habet,

σιν, τὰ μὲν πεφυκότα τιθασσεύεσθαι, ὑποτάσσοντες ἵνα ἡμῖν ᾖ ἡμερωθέντα. ἄλλα δὲ τὰ μὴ πεφυκότα, ἢ μὴ δοκοῦντα ἐξ αὐτῶν χρείαν παρέχειν ἐκ τῆς τιθασσείας, οὕτω μετὰ τῆς ἡμετέρας ἱστάμεθα ἀσφαλείας, ὥστε ὅτε μὲν βουλόμεθα ἔχομεν τὰ τοιαῦτα θηρία καθαποκεκλεισμένα· ὅτε δὲ χρῄζομεν καὶ τροφῆς τῆς ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν, οὕτως αὐτὰ ἀναιροῦμεν ὡς καὶ τὰ μὴ ἄγρια τῶν ζώων. δοῦλα δ᾽ ἂν πάντα τῷ λογικῷ ζώῳ καὶ τῇ φυσικῇ αὐτῶν συνέσει κατεσκεύασεν ὁ δημιουργός. *Vel hinc videas quam validum nobis auxilium datum ſit intellectus, quantoque præſtet omnibus armis, quibus inſtructas feras videmus. Nos enim corpore habentes multo imbecilliora, & immenſum minora aliorum animantium corporibus, horum tamen potimur vi mentis, & elephantes illos tantos venamur, atque ſunt ita nata ut manſueſcere poſſint, ea noſtra natura manſuetæ ſubdimus: quæ vero aut talia non ſunt, aut nullam ex manſuetudine utilitatem nobis promittunt, ea cum noſtra ſecuritate ita tractamus, ut cum lubet ea teneamus concluſa: ubi eorum carne ad victum indigemus, ea non minus facile quam manſueta animalium interficimus. Apparet igitur à ſummo opifice facta cuncta ſervi animanti ratione utenti & agnato ei intellectui.* Claudius Neapolitanus apud Porphyrium de non eſu animantium primo: (*pag.* 39.) ſic de homine loquitur: Ὃς τῶν ἀλόγων δεσπόζει πάντων, ὡς ὁ Θεὸς ἀνθρώπων. *Qui mutis animantibus omnibus dominatur, non minus quam hominibus Deus.*

bet, quem ipſæ ignorant, quod corporum compagem ſitumque partium ſpeculatur, & tum ſpecies, tum genera inter ſe comparans, hic quoque ſuam dignitatem diſcit, quanto humani corporis perfectior cæteris, nobiliorque ſtructura eſt: quæ ſi quis recte conſideret, tantum abeſt, ut pro Diis animantia colat cætera, potius ſeſe illorum quaſi Deum quemdam ſub ſummo Deo conſtitutum arbitrabitur.

§. VII. *Contra cultum exhibitum iis rebus quæ ſubſtantiæ non ſunt.*

Adoratas legimus à Græcis, Latinis, atque aliis etiam, eas res, quæ non ſubſiſtunt, ſed aliarum rerum ſunt accidentia. Nam ut ſæva illa 1 Febrim, Impudentiam, & ſimilia omittam: Sanitas nihil eſt aliud, quam partium corporis recta temperies: Fortuna bona ſimilitudo eventus, cum hominis deſiderio: Affectus vero, quales Amor, Metus, Ira, Spes, atque alia ex conſideratione rei vel bonæ, vel malæ, facilis, vel difficilis, motus quidam in ea animi parte, quæ corpori per ſanguinem maxime connectitur, qui ſui juris non ſunt, ſed Voluntatis tamquam Dominæ imperio ſubſunt, certe quod durationem ac dire-

1 *Febrim, Impudentiam.*) Cicero de Legibus II. (*Cap. XI.*)

directionem eorum attinet. Virtutes vero, quarum diverſa ſunt nomina, circa utilis electionem Prudentia, in periculis ſubeundis Fortitudo, in abſtinentia alieni Juſtitia, in voluptatum moderatione Temperantia, & porro alia, pronitates quædam ſunt ad rectum in animo longa exercitatione adultæ, quæ ipſæ ut augeri, ita & neglectu minui, imo & interire in homine poſſunt. 2 Honor vero, cui & ipſi templa dicata legimus, aliorum eſt de aliquo tamquam virtute prædito judicium; quod ſæpe & malis contingit, & bonis non contingit, ingenita hominibus errandi facilitate. Hæc ergo cum non ſubſiſtant, ac proinde rebus ſubſiſtentibus dignitate comparari nequeant, neque precum aut venerationis intellectum habeant ullum; pro Diis colere à recta ratione alieniſſimum eſt, cum ob hæc ipſa is colendus ſit, à quo hæc dari conſervarique poſſunt.

## §. VIII. *Solutio objectionis Paganorum ſumptæ a miraculis apud ipſos.*

Solent à Paganis ad religionis ſuæ commenda-

2 *Honor vero cui & ipſi templa dicata legimus.*) Cicero dicto loco.* Livius libro XXVII. (*Cap.* 27.)



* Luculentiora ſunt *Lib. II. de Natura Deor. Cap.* 23.

mendationem miracula adſerri: ſed adverſus quæ multa excipi poſſint. Nam qui ſapientiſſimi inter ipſos Paganos fuere, multa horum, 1 ut nulla idonea teſtium fide ſuffulta, planeque conficta, rejiciunt. Quædam quæ facta dicuntur, contigerunt in receſſu, nocte, coram uno aut altero; quorum oculis falſa rerum ſpecie, per aſtus ſacerdotum, imponi facile potuit. Sunt & alia, quæ admirationem tantum ſui conciverunt apud ignaros rerum naturalium, præcipue occultarum proprietatum; quale quid accideret, ſi quis apud populos ejus rei ignaros magnete ferrum duceret: 2 quibus artibus Simonem & Apollonium Tyanæum valuiſſe, à multis proditum eſt. Non negem, conſpecta & quædam his majora, quæ ex cauſis

1 *Ut nulla idonea teſtium fide ſuffulta, planeque conficta rejiciunt.*) Livius initio: (*i. e. præfatione ad libros hiſtor.*) *Quæ ante conditam condendamve urbem poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere in animo eſt. Datur hæc venia antiquitati, ut miſcendo humana divinis, primordia urbium auguſtiora faciat.*

2 *Quibus artibus Simonem & Apollonium Tyanæum valuiſſe à multis proditum eſt.*) Tatianus: (*Orat. contra Græc. fol.* 155.) Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ νόσοι καὶ στάσεις τῆς ἐν ἡμῖν ὕλης. δαίμονες δὲ αὐτοὶ τούτων τὰς αἰτίας, ἐπειδὰν συμβαίνωσιν, ἑαυτοῖς προσγράφουσι. *Sunt enim morbi & diſſidia quædam in materia hac noſtra: Ea cum eveniunt, dæmones eorum cauſas ſibi adſcribunt.*

3 Qui

cauſis naturalibus ſola humana vi non potuerint elici; ſed talia tamen quæ vim vere Divinam, id eſt, omnipotentem non deſiderarent, cum ad eas ſufficerent Spiritus inter Deum hominemque interpoſiti, qui pro ſua celeritate, efficacia, atque ſolertia, facile poſſent diſſita transferre, & quamvis diverſa componere ad effectus tales, qui homines in ſtuporem darent. Sed Spiritus, per quos id effectum eſt, bonos non fuiſſe, ac proinde nec bonam religionem, jam ex iis, quæ ſupra diximus, apparet; tum inde etiam 3 quod certis carmini-

3 *Quod certis carminibus invitos ſe cogi dicerent.*) Oraculum Hecates apud Porphyrium: *

*Ἤλυθον εἰσαΐουσα τεῆς πολυφραδμόνος εὐχῆς,*
*Ἣν θνητῶν φύσις εὗρε, θεῶν ὑποθημοσύνῃσι.*

*Advenio precibus ſapientibus indigetata,*
*Quas genus humanum monitu repperere Deorum.*

Item:

*Τίπτε μ' ἀεὶ θείοντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χατίζων*
*Θειοδάμοις Ἑκάτην με θεὴν ἐπέδησας ἀνάγκῃ;*

*Cujus egens Hecaten me ſummo ex æthere tractam*
*Carmine vinxiſti, ſuperos cui cogere fas eſt?*

Et Apollinis apud eumdem:

*Κλῦθι μευ οὐκ ἐθέλοντος, ἐπεὶ μ' ἐπέδησας ἀνάγκῃ.*

*Invitum me audi, quando me lege ligaſti.*

 Hi

* Depromſit oraculum hoc una cum ſequentibus autor ex *Euſebio Lib. V. Præparat. Ev. Cap.* 8. & *Theodoreto Therapeut. Serm. X. fol.* 627. *ſeq. Tom. IV. Opp.*

minibus invitos ſe cogi dicerent, cum tamen inter ſapientiſſimos etiam Paganorum conſtet, in verbis nullam talem vim eſſe poſſe ſitam, ſed ſuadendi tantum, idque pro modo ſignificationis. Eſt & illorum nequitiæ indicium, quod 4 in amorem ſæpe hujus aut illius, hunc illumve renitentem ſe pellecturos ſuſcipiebant, aut vana pollicitatione, aut effectu injurioſi; 5 cum hoc etiam humanæ leges tamquam vene-

Hi ſunt ſecretarum artium ritus, quibus affantur neſcio quas poteſtates, ut Arnobius loquitur, (*Lib. II. adverſus gentes pag.* 52.) κατηναγκασμένους δούλους ταῖς ἐπῳδαῖς πεποιηκότες, quaſi eas ſibi famulas carminibus feciſſent, ut Clemens (*in Protrept. fol.* 39.) explicat. Minarum formula eſt apud Jamblichum in Myſteriis Ægyptiorum libro VI, capite 5. 6. 7. Habet eadem Lucanus libro IX. in verbis Minoris Pompeii, & ex Porphyrio Euſebius lib. V. cap. 10. (*aut potius Cap.* 8. *ſeqq.*) Præpar. Alias formulas comminationum habes apud Lucanum, ubi de Erichtho agit; & Papinium, ubi de Tireſia.

4 *In amorem ſæpe hujus aut illius, hunc illumve renitentem ſe pellecturos ſuſcipiebant.*) Vide Pharmaceutriam Theocriti (*Idyllio* 2.) & Virgilii. (*ſeu Eclog. VIII.* ℣. 62. *ſeqq.*) Vide Porphyrii confeſſionem apud Euſebium lib. V. Præparat. cap. 17. (*rectius* 7.) & apud Auguſtinum libro X. de Civitate Dei cap. XI. Vide eumdem Porphyrium libro II. (*pag.* 199. & 204.) de non eſu animantium, & Origenem contra Celſum libro VII.

5 *Cum hoc etiam humanæ leges tamquam beneficium interdicant.*) L. ejuſdem. §. adjectio. D. ad legem Corneliam de Sicariis & Veneficis. L. ſi quis §. qui abortionis. D. de Pœnis. (*Vid. Digeſt. Lib. XLVIII. Tit. VIII. leg.* 3. §. 2. *it. Tit. XIX. leg.* 38.

veneficium interdicant. Neque eſt, quod miretur quiſquam, paſſum eſſe ſummum Deum, ut mira quædam à pravis Spiritibus ederentur; 6 cum deludi talibus præſtigiis meriti eſſent, qui à veri Dei cultu pridem defecerant. Tum vero impotentiæ eorum argumentum, quod eorum opera nullum inſigne bonum ſecum adferebant. Nam & ſi qui viſi ſunt in vitam revocati, non permanſerunt in vita, nec viventium functiones exercuerunt. Quod ſi quid aliquando à divina pollentia procedens in Paganorum conſpectu apparuit, non tamen prædictum eſt id eventurum, ad probandam ipſorum religionem; unde nihil impedit, quo minus divina efficacia cauſas ſibi longe alias propoſitas habuerit. Exempli cauſa, ſi verum eſt per Veſpaſianum cæco viſum eſſe redditum, factum id eſt 7 ut is hac re venerabilior Imperium

38. §. 5) Paulus ſententiarum lib. V. Tit. XXIII. (§. 7. & 8.)

6 *Cum deludi talibus præſtigiis meriti eſſent, qui à veri Dei cultu pridem defecerant.*) Deut. XIII. 3. II. Theſſ. II. 9. 10. Epheſ. II. 2. 3.

7 *Ut hic hac re venerabilior Imperium Romanum facilius adipiſceretur.*) Tacitus Hiſtoriarum IV. (C. LXXXI. §. 1.) *Multa miracula evenere, quis cœleſtis favor & quædam in Veſpaſianum inclinatio numinum oſtenderetur.* Dixerat ante Hiſtoriarum I. (Cap. X. §. 6.) *Occulta lege fati & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberisque ejus imperium poſt fortunam credidimus.* Suetonius eadem miracula narraturus ſic præfatur

um Romanum facilius adipiſceretur: lectus quippe Deo judiciorum ipſius in Judæos miniſter: ſimileſque aliorum prodigiorum cauſæ exſiſtere potuerunt, quæ cum religione nihil haberent commune

## §. IX. *Et ab oraculis.*

Eadem ferme omnia aptari poſſunt & ad id ſolvendum, quod de oraculis opponunt, præcipue quod diximus, meritò eos homines, ut ſibi illuderetur, contemptis illis notitiis, quas cuique ratio aut vetuſtiſſima traditio ſuggerit. Tum vero 1 verba oraculorum ferme ambigua, & qu[æ]

tur cap. 7. *Auctoritas & quaſi majeſtas quædam, ut ſcilicet inopinato & quaſi novo principi deerat: hæc quoque acceſſit.* Eumdem Suetonium vide paulo ante cap. 5. Joſephus de eodem Veſpaſiano libro belli Judaici III. cap. 27. * Τοῦ θεοῦ διεγείροντος αὐτὸν εἰς ἡγεμονίαν ἤδη, καὶ τὰ σκῆπτρα δι' ἑτέρων σημείων προδεικνύντος. *Deo jam illum excitante ad principatum, aliuque etiam ſignis ei ſceptra præſignificante.*

1 *Verba oraculorum fermè ambigua.*) Vide OEnomai hac de re loca apud Euſebium Lib. IV. cap. 20 21. 22. 23. 24. 25. 26. Hinc Phœbus dictus Græcis Λοξίας. Flexiloqua & obſcura oracula Apollinis dicit Cicero de Divinatione II. (*Cap.* 56.) *Utrum eorum accidiſſet*, inquit, *verum oraculum fuiſſet.*

2 Sicut

* Secundum græcorum capitum numerum, prout vero in verſione Latina diſtinguuntur, *Cap. XIV. fol.* 854.

quæ facile interpretationem ex qualicumque eventu acciperent. Quod ſi quid definitius prædictum ab illis, non tamen neceſſe eſt ab omniſcia mente profectum; cum aut talia ſint, quæ ex cauſis naturalibus jam exiſtentibus præſentiri poterant, 2 ſicut Medici quidam venturos morbos prædixerunt; aut probabiliter ex eo, quod plerumque evenit, conjectari, 3 quod & à re-

2 *Sicut Medici quidam venturos morbos prædixerunt*) Chalcidius ad Timæum: (pag. 275.) *Aut enim alitum volatu, aut extis, aut oraculis homines præmonentur, prædicente aliquo propitio dæmone, qui ſit eorum omnium quæ deinceps ſequuntur ſcius, perinde ut ſi Medicus juxta diſciplinam medendi prædicat vel exitium, vel ſanitatem.* Et terræ motus Anaximander & Pherecydes. Plin. lib. II cap. 79.

3 *Quod & à rerum civilium peritis factum ſæpe legimus.*) Scriptor vitæ Attici: (*Cap. XVI. §. 3. ſeqq.*) *Ei rei ſunt indicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem* (Cicero) *qui in vulgus jam ſunt editi, ſexdecim volumina epiſtolarum, ab conſulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reipublicæ perſcripta ſunt, ut nihil in iis non appareat: & facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Non enim Cicero ea ſolum, quæ vivo ſe acciderunt, futura prædixit, ſed etiam quæ nunc uſu veniunt, cecinit ut vates.* Cicero vere de ſeipſo libri ſexti epiſtola ſexta: *Quo in bello nihil adverſi accidit, non prædicente me. Quare, quam ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem*

à rerum civilium peritis factum ſæpe legimus. Quod ſi quando etiam apud Paganos, aliquorum vatum opera uſus eſt Deus ad ea prædicenda, quæ cauſas certas nullas, extra Dei voluntatem, habere poterant; non id pertinuit ad confirmandam religionem Paganicam, ſed magis ad eam evertendam: qualia ſunt, 4 quæ apud Maronem exſtant Ecloga quarta, ex Sibyllinis carminibus deprompta; quibus ille, id neſciens, Chriſti adventum & beneficia nobis depingit. Sic in iiſdem Sibyllinis erat, 5 pro rege agnoſcendum, qui vere rex noſter eſſet, & 6 ab Oriente venturum, qui rerum omnium potiretur. 7 Apollinis

*tem augurii & divinationis meæ, debebit habere fidem noſtra prædictio. Non igitur ex alitis involatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec ex tripudiis ſoliſtimis aut ſomniis tibi auguror: ſed habeo alia ſigna quæ obſervem.* Sic Solon prædixit à Munychia maxima mala Athenis fore: Thales in vico, tunc deſpecto, forum aliquando Mileſiorum futurum. Plutarchus Solone. (*Tom. I. Opp. fol.* 84.)

4 *Quæ apud Maronem exſtant Ecloga quarta.*) Vide Auguſtinum de Civitate Dei lib. x. cap. 27.

5 *Pro rege agnoſcendum qui vere rex noſter eſſet.*) Cicero meminit II. de divinatione. (*Cap.* 54.)

6 *Ab Oriente venturum qui rerum omnium potiretur.*) Suetonius de Veſpaſiano cap. 4. Tacitus Hiſtoriarum IV. (*Verius Lib. V. Cap. XIII.* §. 3.)

7 *Apollinis Oraculum apud Porphyrium legitur.*) Vide Auguſtinum de Civitate Dei libro xx. (*potius XIX.*) cap. 23. & Euſebium Præparationis IV. cap. 4. (*Verius*

pollinis oraculum apud Porphyrium legitur, (*Verius Lib. IX. Cap.* 10.) Idem Porphyrius in libro de Oraculis.* *τὴν δὲ εὕρεσιν ὁ θεὸς Αἰγυπτίοις ἐμαρτύρησε, Φοίνιξί τε καὶ Χαλδαίοις, Λυδοῖς τε καὶ Ἑβραίοις. Veræ viæ repertores Deus* (Apollo ſcilicet) *eſſe teſtatur Ægyptios, Phœnicas, Chaldæos, Lydos & Hebræos.* Parænecticus ad Græcos inter Juſtini opera hoc citat oraculum. (*fol.* 12. *it.* 23.)

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.

*Soli Chaldæi ſapiunt, & Hebræa virûm gens,*
*Qui puro haud genitum venerantur pectore numen.*

Et illud: (*circa fin. Paræneſ. fol.* 136. *Opp.*)

Ὁ πρῶτον πλάσας μερόπων, Ἀδάμ τε καλέσας.

*Qui primum finxit mortalem, Adamque vocavit.*

De ipſo Jeſu Hecates oracula ſunt duo, quæ ex Porphyrio transſcripſit Euſebius in Evangelica Demonſtratione. (*Lib. III. Cap.* 9.)

Ὅττι μὲν ἀθανάτη ψυχὴ μετὰ σῶμα προβαίνει,
Γιγνώσκει σοφίῃ τετιμημένος· ἀλλά γε ψυχὴ
Ἀνέρος εὐσεβίῃ προφερεστάτη ἐστὶν ἐκείνου.

*Morte carere animas exutas corpore novit*
*Quemcunque exornat ſapientia: ſed pietate*
*Eſt anima illius quæ longe excelluit omnes.*

Σῶμα μὲν ἀδρανέσιν βασάνοις αἰεὶ προβέβληται.
Ψυχὴ δ' εὐσεβέων εἰς οὐράνιον πόλον ἵξει.

*Illius invalidos corpus tulit usque dolores:*
*Aſt anima adſcendit cœleſtia templa piorum.*

Eorumdem meminit ex eodem Porphyrio Auguſtinus Lib. XIX. cap. 23. de Civitate Dei, ubi & aliud adfert oraculum, quo Apollo dixerit, legem omnium Deorum eſſe patrem, quem valde

---

* Ex quo id excerpſerunt *Euſebius Lib. IX. Præparat. Ev. Cap.* 10. & *Theodoretus Therapeut. Serm. I. fol.* 472. *Tom. IV. Opp.*

tur, quo ait, cæteros Deos aërios eſſe Spiritus, colendum autem unum Hebræorum Deum: cui dicto ſi parent Apollinis cultores, jam tales eſſe deſinunt: ſi non parent, ſuum Deum mendacii accuſant. Adde jam, quod, ſi/Spiritus illi ſuis oraculis conſultum voluiſſent humano generi, ante omnia generalem propoſuiſſent vivendi normam, & certam fidem feciſſent remunerationis, quæ maneret ita viventes, quorum neutrum ab ipſis factum eſt. Contra 8 laudati ſæpe eorum carminibus reges quamvis improbi, 9 pugilibus decreti honores divini, 10 pellecti homines in amores etiam non legitimos, 11 ad mala lucra captanda, 12 ad cædes faciendas, quæ multis exemplis demonſtrari poſſent.

§. X.

valde ſancti honorant Hebræi.

8 *Laudati ſæpe eorum carminibus reges quamvis improbi.*) Vide ea quæ adfert Oenomaus apud Euſebium Præparationis Evangelicæ Lib. v. 23. (*rectius forte* 33.) & cap. 35.

9 *Pugilibus decreti honores divini.*) Ibidem cap. 32. (34.) de Cleomede. Habet hoc & Origenes contra Celſum III. (*pag.* 125.)

10 *Pellecti homines in amores etiam non legitimos.*) Oſtendimus jam ſupra. (§. *VIII. not.* 4. *pag.* 262.)

11 *Ad mala lucra captanda.*) Vide Euſebium Præparationis v. cap. 22.

12 *Ad cædes faciendas.*) Oenomaus oracula hujus generis recitat, quæ reperies dicto jam Euſebii libro cap. 19. & 27.

I *Ex-*

§. X. *Rejicitur Paganica religio ex eo, quod ſponte defecerit, ſimul ac humana auxilia defuerunt.*

Tum vero ingens nobis præter ea, quæ ſupra ſunt allata, argumentum ſuppeditat contra ſe Pagana religio; eo quod, ubicumque humana vi deſtituta eſt, plane concidit, tamquam ſublato, quo uno ſtabat. Nam ſi oculos circumferas per quotquot ſunt imperia Chriſtianorum aut Mahumetiſtarum; videbis Paganiſmi nullam niſi in libris memoriam. Imo docent hiſtoriæ, etiam illis temporibus, cum Imperatores aut vim & ſupplicia, ut priores; aut eruditionem & ſolertiam, ut Julianus, adhiberent ad ſuſtentandam religionem Paganicam, in dies ei aliquid deceſſiſſe; non oppoſita vi ulla, non generis ſulgore (fabri enim filius à vulgo Jeſus habebatur,) non litterarum flore, cujus expers fuit oratio Chriſti legem docentium, non donis (pauperes quippe illi erant,) non ulla aſſentatione, cum contra omnia commoda ſpernenda, nihil non adverſi ejus legis cauſa ſubeundum dicerent. Vide quanta fuerit Paganiſmi imbecillitas, cum talibus auxiliis deſtructus ſit. Neque tantum credulitas Paganorum evanuit ad illam doctrinam; ſed & ipſi Spiritus ad Chriſti nomen

nomen 1 exceſſerunt è corporibus, compreſſerunt vocem, & interrogati de ſilentii cauſa, 2 dicere ſunt coacti, nihil ſe poſſe, ubi Chriſtus invocaretur.

## §. XI. *Reſponſio ad id, quod religionis ortus & interitus aſtrorum efficaciæ adſcribitur.*

Fuere Philoſophi, qui ut ortum ita interitum religionis cujusque aſtris adſcriberent. Sed ipſa, quam iſti ſcire ſe profitentur, ſideralis ſcientia tam diverſis ſub normis traditur; 1 ut nihil in ea certi reperiatur,

1 *Exceſſerunt è corporibus, compreſſerunt vocem.*) Actor. v. 16. VIII. 7. XVI. 18.

2 *Dicere ſunt coacti nihil ſe poſſe, ubi Chriſtus invocaretur.*) Tertullianus Apologetico. (*Cap. XXIII.*) Vide & Lucianum Pſeudomanti. (*pag.* 878. *ſeq.* 888. *Tom. I. Opp.*) Apollo in Daphne: * Νεκρῶν τὸ χωρίον ἡ Δάφνη μεστόν. καὶ τοῦτο κωλύει τὸν χρησμόν. *Locus hic Daphne, plenus mortuis: id oracula impedit.* Mortui illi erant Babylas & alii Chriſtiani martyres. Vide Chryſoſtomum contra Gentiles (*loc. infra not.* * *cit.*)

1 *Ut nihil in ea certi reperiatur præter hoc ipſum, certi eſſe nihil.*) Vide egregiam hac de re Bardeſanis Syri Diſſertationem, quam reperies in Philocalia ** de Ori-

* Apollinis hoc oraculum *Chryſoſtomus* notavit in *Libro*, qui ſecundum quosdam primus eſt *contra gentiles* atque *Homiliæ de S. Babyla Martyre* ſubjicitur, *Tom. I. Opp. fol.* 676.

** Noli credere, te *Bardeſanis* diſſertationem in *Philocalia*

tur, præter hoc ipſum, certi eſſe nihil. Non de illis loquor effectibus, qui ex natura neceſſitate cauſarum ſequuntur; ſed de his, 2 qui ab humana procedunt voluntate, quæ ita ſuapte vi libera eſt, ut nihil ei neceſſitatis extrinſecus imprimi poſſit. Quod ſi ex impreſſione tali neceſſario ſequeretur actus voluntatis, jam vis in anima deliberandi atque eligendi, 3 quam ſentimus ipſi, fruſtra eſſet data, 4 omniumque

Origene collecta, & apud Euſebium Præparationis Lib. vi. cap. 10.

2 *Qui ab humana procedunt voluntate, quæ ita ſuapte vi libera eſt, ut nihil ei neceſſitatis extrinſecus imprimi poſſit.*) Vide Alexandri Aphrodiſæi hac de re librum.

3 *Quam ſentimus ipſi.*) Euſebium vide Præparat. Evangel. libro vi. cap. 6. (*fol.* 244. *ſeqq.*)

4 *Omniumque legum, præmiorumque ac pœnarum æquitas ſublata.*) Juſtinus Apologetico II. (*fol.* 80. *Opp.*) Εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὁπωσδήποτε πραττομένων. *Niſi enim electione libera facultatem habet humanum genus ut turpia fugiat, honeſta ſumat, in neutram partem ipſi adſcribenda actionis cauſa.* Vide & quæ ibidem ſequuntur. Tatianus: * Ἐλευθερία

*localia Origenis* reperturum. Ipſi *Origeni* tribuenda, quæ ibi *Cap. XXIII. pag.* 75. *ſeqq.* ex *Commentariis* ejus *ad Geneſ. I.* ℣. 14. repetitur, de virtute aſtrorum in res humanas diſputatio, adeo docta ac elegans viſa *Euſebio*, ut eam integram transſcriberet *Præparat. Ev. Lib. VI. cap.* 11.

* Verba ejus in *Orat. contra Græc. fol.* 146. noſtræ editionis

umque legum, præmiorumque ac pœnarum æquitas ſublata; cum neque culpa, neque meritum eſſe poſſit in eo, quod plane ſit inevitabile. Tum vero cum actiones voluntatis malæ quædam ſint, ſi certa neceſſitate ex cœlo procedunt, eo quod cœlo cœleſtibusque corporibus vim talem Deus attribuerit; jam ſequetur Deum, qui perfectiſſime bonus eſt, 5 malitiæ moralis veram

λευθερία τῆς προαιρέσεως, ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται, δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός. ὁ δὲ δίκαιος ἐπαινῆται κατὰ τὸ αὐτεξούσιον, τοῦ Θεοῦ μὴ παραβὰς τὰ βουλήματα. *In hoc data voluntati libertas, ut qui malus eſt puniatur juſte, quippe ſua culpa factus improbus: qui vero juſtus eſt, laudetur, ut qui eadem libertate caverit divina violare præcepta.* Adde Chalcidii hac de re diſputationem in Timæum (*pag.* 246. *ſeqq.*)

5 *Malitiæ moralis veram eſſe cauſam.*) Contra quam dixit Plato, de Republica II. * Αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος. *Cauſa penes optantem: Deus extra cauſam.* Ut vertit in Timæo Chalcidius, (*pag.* 245.) quod cum Moſe congruere ait Juſtinus dicto loco. (*Apolog.* II. *fol.* 81.)

6 Eri-

zionis ita proponuntur, ut non ſimplici vice ſint interpolanda. Primum eorum initium hoc pacto efferendum: Τῇ δὲ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως ὑπὸ τῶν κινούντων ἐκτελουμένων· ὅπως &c. Deinde inter δίκαιος & ἐπαινῆται interponendum: χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως.

* Quanquam de malorum cauſis omnino diſputet *Plato*, omnemque illorum culpam à Deo ſtudioſe removeat *Lib. II. de Republ. fol.* 605. *ſeqq. Opp.* hoc tamen effatum, quod apud *Juſtinum* eſt loco allegato, inter cetera non obſervo.

verum eſſe cauſam; & cum lege poſita profiteatur ſe deteſtari malitiam, cujus vim effectricem atque inevitabilem inſeruerit ipſis rebus, velle eum duo quæ inter ſe ſunt contraria, ut idem fiat & non fiat, & peccari in eo, quod quis agat divino impulſu. Probabilius ab aliis dicitur, aſtrorum influxibus aërem primum, deinde & corpora noſtra contingi, & qualitates quaſdam imbibere, quæ plerumque animo excitent reſpondentes ſibi appetitiones: ab his autem voluntatem illici, & iis obſequi ſæpe. Verum hoc ita conceſſum nihil facit ad eam, quam tractare cœpimus, quæſtionem. Nam Chriſti religio cum homines vel maxime abducat ab iis, quæ corpori placent, ex corporis affectibus ortum habere non potuit, ac proinde nec e vi ſiderum, quæ, ut diximus, in animum non agunt, niſi per eos affectus. Prudentiſſimi Aſtrologorum 6 eximunt à ſiderum legibus viros vere ſapientes ac bonos: at tales revera fuere, qui primi Chriſtianam religionem ſuſcepere, quod vita ipſorum probat. Quod ſi

6 *Eximunt à ſiderum legibus viros vere ſapientes ac bonos.*) Zoroaſter: (*Oracul. pag.* 254.) Μὴ σὺ γε αὔξανε τὴν εἱμαρμένην. *Fatum augeas ne.* Ptolemæus: Δύναται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἐνεργείας τῶν ἀστέρων. *Poteſt vir ſapiens multas aſtrorum efficientias avertere.*

ſi eruditioni quoque ex litteris aliquam vim damus, adverſus corporis contagium; fuerunt ſemper inter Chriſtianos etiam, qui hac laude florerent. Tum vero ſiderum effectus, ut doctiſſimi fatentur, certas mundi plagas reſpiciunt, & temporarii ſunt. Hæc autem religio jam per mille ſexcentos annos durat, nec in una, ſed in diſſitiſſimis mundi partibus, & quæ longe ſub alio ſunt ſiderum poſitu.

§. XII. *Oſtenditur præcipua Chriſtianæ religionis probari à ſapientibus Paganorum: & ſi quid in ea eſt difficile creditu, paria apud Paganos reperiri.*

Eo vero minus Pagani habent, quo Chriſtianam religionem oppugnent, quod ejus partes ſingulæ tantæ ſunt honeſtatis, ut ſuapte luce animos quaſi convincant; ita ut inter Paganos quoque non defuerint, qui dixerint ſingula, quæ noſtra religio habet univerſa: utpote 1 religionem non in

1 *Religionem non in ritibus, ſed in animo eſſe poſitam.*) Menander: *

Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δί-
καιος ὤν,

Me

* Siſtunt nobis ejus verſus *Euſebius Præparat. Evang. Lib. XIII. Cap.* 13. *fol.* 683. atque *Clemens Alex. Lib. V. Strom. fol.* 606. Cum vero apud *Euſebium* alia ſit illorum forma, licet idem ſenſus; apparet inde, *Grotium* in transſcribendo eos *Clementem Alexandr.* ſecutum eſſe.

in ritibus, ſed in animo eſſe poſitam; adul-

*Μὴ λαμπρὸς ἐν ταῖς χλαμύσιν ἀλλὰ τῇ καρδίᾳ.*

*Deo ſacrifica ſemper ingenio probo,*
*Neu tu albam veſtem magis quam mores induas.*

Cicero de Natura Deorum II. (*Cap.* 28.) *Cultus autem Deorum eſt optimus, idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus, pleniſſimusque pietatis, ut eos ſemper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneremur.* Idem de Legibus II. (*Cap.* 10.) *Caſte jubet lex adire ad Deos: animo videlicet, in quo ſunt omnia.* Perſius Satyra II. (*v.* 71. *ſeqq.*)

*Quin damus, id ſuperis, de magna quod dare lance*
*Non poſſit magni Meſſalæ lippa propago,*
*Compoſitum jus, fasque animo, ſanctosque receſſus*
*Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto;*
*Hoc cedo, ut admoveam templis, & farre litabo.*

Qui verſus reſpicere videntur Pythiæ oraculum, quod eſt apud Porphyrium de non eſu animantium ſecundo, (*pag.* 145. & 147. *ſeqq.*) ubi aliquid à viro pio oblatum Hecatombis alterius præfertur. Eodem libro (*pag.* 154. *ſq.*) hæc habes paris argumenti Porphyrius: Νῦν δὲ ἐσθῆτα μὲν λαμπρὰν περὶ σῶμα μὴ καθαρὸν ἀμφιεσαμένοις, οὐκ ἀρκεῖν νομίζουσι πρὸς τὸ τῶν θυσιῶν ἁγνόν· ὅταν δὲ τὸ σῶμα μετὰ τῆς ἐσθῆτός τινες λαμπρυνάμενοι μὴ καθαρὰν κακῶν τὴν ψυχὴν ἔχοντες, ἴωσι πρὸς τὰς θυσίας, οὐδὲν διαφέρειν νομίζουσιν, ὥσπερ οὐ τῷ θειοτάτῳ τῶν ἐν ἡμῖν χαίροντα μάλιστα τὸν Θεὸν διακειμένῳ καθαρῶς, ἅτε συγγενεῖ πεφυκότι. ἐν γοῦν Ἐπιδαύρῳ προσγέγραπτο,

Ἁγνὸν δὴ ναοῖο θυώδεος ἔνδον ἰόντα
Εὐφάμεν. ——

ἁγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια. *Nunc vero eum qui non candida puraque amictus ſit veſte, idoneum negant qui pure ſacrificet. Ubi vero & corpore & veſtitu nitentes quidam, animum interim à malis purum non habent, & ſic ad ſacra accedunt,*

*dunt, id nihil referre exiſtimant; quaſi non Deus maxime delectetur, eo quod in nobis diviniſſimum eſt bene ſe habente, ut cui cum ipſo ſit cognatio. At vero in Epidauri Templo præſcriptum erat,*

*Caſtus odorati venias ad limina templi,*
*Fas jubet.* ——

*Caſtimonia autem in eo ſita eſt, ut ſancta cogites.* Et aliquando poſt: (*pag.* 185.) Θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες, μήτε ἐπονομάζοντες. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἔνυλον ὃ μὴ τῷ ἀΰλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδ᾽ ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμολυσμένος. *Deo ei qui ſuper omnia eſt, ut vir quidam ſapiens dixit, nihil eorum quæ materiam habent aut adoleri, aut indigitari debet. Nihil enim eſt materiæ particeps, quod non impurum ſit materia carenti; quare nec ſermo illi convenit qui voce exprimitur: ac ne ille quidem internus, ſi ex animi perturbationibus vitium contraxerit.* Iterum ibidem: (*pag.* 210. *ſeq.*) Οὐ γὰρ δὴ ἐν μὲν ἱεροῖς ὑπ᾽ ἀνθρώπων θεοῖς ἀφωρισμένοις, καὶ τὰ ἐν ποσὶν καθαρὰ δεῖ εἶναι καὶ ἀκηλίδωτα πέδιλα, ἐν δὲ τῷ νεῷ τοῦ πατρὸς, τῷ κόσμῳ τούτῳ, τὸν ἔσχατον καὶ ἐκτὸς ἡμῖν χιτῶνα τὸν δερμάτινον οὐχ ἁγνὸν προσήκει διατηρεῖν, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἁγνῶς διατρίβειν ἐν τῷ νεῷ τοῦ πατρός. *Neque enim convenit, ut in iis templis, quæ homines Diis dicarunt, etiam pedum vincula pura requirantur, & ſine macula calcei, in templo vero ſummi Patris, mundo hoc ſcilicet, non oporteat puram ſervare illam externam noſtri corporis ultimam e pellibus veſtem, eaque quam caſtiſſime verſari in illo Patris templo.* Ne hoc quidem ex eodem libro (*pag.* 233.) omittam: Πεισθεὶς δὲ ὅτι τούτων χρείαν οὐκ ἔχουσιν οἱ θεοί, εἰς δὲ τὸ ἦθος ἀποβλέπουσι τῶν προσιόντων, μεγίστην θυσίαν λαμβάνοντες τὴν ὀρθὴν περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν πραγμάτων διάληψιν, πῶς οὐ σώφρων ἔσῃ καὶ δίκαιος ἔσῃ; *Qui vero perſuaſus eſt victimis illis non egere Deos, ſed ad animum ſpectare offerentis, optimumque eis cenſeri ſacrificium, rectam tum de diis, tum de rebus ſententiam, quomodo non is temperans, pius juſtusque evadat?* Ubi tria illa

nota

2 adulterum eſſe etiam, qui adulterium com-

nota quæ apud Paulum Tit. II. 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς, *temperanter, juſte, & pie.* Charondas * in legum anteloquio: Ἔχειν τὴν ψυχὴν καθαρὰν πάσης κακίας, ὡς τῶν θεῶν οὐ χαιρόντων τῶν πονηρῶν θυσίαις τε καὶ δαπάναις, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίαις τε καὶ καλαῖς ἐπιτηδεύσεσι. *Omnis malitia pura mens eſto: neque enim gaudent Dii pravorum hominum ſacrificiis & impendiis, ſed juſtis & honeſtis bonorum actionibus.* Seneca Lactantio prolatus, Lib. VI. Inſtitutionum, capite 25. (§. 3.) *Vultiſne Deum cogitare magnum & placidum & majeſtate leni venerandum, amicum & ſemper in proximo? Non immolationibus & ſanguine multo colendum, ** ſed mente pura, honeſtoque propoſito. Non templa illi, congeſtis in altitudinem ſaxis, exſtruenda ſunt, in ſuo cuique conſecrandus eſt pectore.* Senſum eumdem habes apud Dionem Pruſæenſem orat. 3. (*fol.* 45. *edit. Fed. Morelli Lutet.* 1604.) Thucydides Lib. I. *** Ἑορτὴ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν. *Feſtus dies nihil eſt aliud quam officium facere.* Diogenes: Ἀνὴρ ἀγαθὸς οὐ πᾶσαν ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται; *Vir bonus, nonne omnem diem feſtum habet?*

2 *Adulterum eſſe etiam qui adulterium committere voluit.*) Ovidius. (*Lib. III. Amor. Eleg. IV. v.* 4.)

S 3 Quæ

* *Zaleuco* piiſſimæ hujus legis vindicanda eſt gloria, monitore *Diodoro Siculo Biblioth. Hiſtor. Lib. XII. fol.* 84.

** Non prætermittenda parentheſis, quam addidit *Lactantius: (quæ enim ex trucidatione immerentium voluptas eſt?)*

*** Talis eſt apud *Thucydidem Lib. I. fol.* 46. edit. *Æm. Porti* A. MDXCIV. de Athenienſibus oratio: Καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι, ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι, quæ ita reddit *Laur. Valla: Et diem feſtum nihil aliud eſſe putant, quam conficere, quæ conducunt.*

mittere voluit; 3 non reponendam injuriam;

*Quæ quia non licuit, non facit, illa facit.*
*Ut jam ſervaris bene corpus, adultera mens eſt,*
*Omnibus excluſis intus adulter erit.*

Seneca pater: (*Excerpt. Contr. Lib. VI. Controverſia* 8) *Inceſta eſt etiam ſine ſtupro, quæ cupit ſtuprum.* Alibi: * *Non immerito in numerum peccantium refertur, quæ pudicitiam timore præſtitit, & non ſibi.*

3 *Non reponendam injuriam.*) Plato Critone (*fol.* 36. *ſeq. Opp.*) Maximus Tyrius Diſſertatione ſecunda. (*tota*) Menander: **

Οὗτος κράτιστος ἐστ᾽ ἀνήρ, ὦ Γοργία,
Ὅς τις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ᾽ ἐπίσταται βροτῶν.

*O Gorgia ille vir, ſtrenuus eſt optimus,*
*Qui melius aliis ſcit ferre injurias.*

Ariſton Spartianus: *** *Dicenti cuipiam, regium eſſe amicis bene, inimicis male facere: imo inquit amicis bene facere: inimicos amicos reddere.* Et apud Plutarchum (*Dione Tom. I. Opp. fol.* 978.) Dion ille, Siciliæ liberator, philoſophici ſtudii veram demonſtrationem in eo ait poſitam, non ſi quis in amicos benignus ſit; ſed ſi quis, injuria affectus, ſit exorabilis & clemens in eos qui peccarunt.

4 *Ubi*

* Cave, ab eodem *Seneca* patre hæc dicta putes; filius *Lucius Seneca* ita ſapienter ratiocinatur *Lib. IV. de Benefic. Cap.* 14.

** Apud *Stobæum Sentent. Serm. V.* init. ſtatim *fol.* 63.

*** *Ariſton Spartianus* adeo non pro eo habendus, qui ſapientem illam ſententiam recenſeat, quem ſenſum verborum ſtructura ſuadere videtur, ut ipſe potius ejusdem autor ſit laudandus. Id quod pluribus nos condocet, locupletiſſimus ſcriptor, *Plutarchus in Apophthegm. Lacon.* voce Ἀρίστων *fol.* 218. *Tom. II. Opp.*

riam; 4 uni marito unam uxorem jungendam, 5 fœdus matrimonii debere eſſe perpetuum; 6 hominis officium eſſe homini cuivis benefacere, 7 præſertim egenti;

4 *Uni marito unam uxorem jungendam.*) Vide quæ ſupra ex Salluſtio & aliis ad hanc rem attulimus. Euripides Andromache: (ϐ. 177. *ſeqq.*)

——— οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἕν' ἡνίας ἔχειν.
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν
Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλῃ.

——— *non etenim decet*
*Unum imperare feminis binis ϐirum:*
*Contentus uno conjugis ϐiϐat toro,*
*Quicumque cupiet ϐite curatam domum.*

In ejusdem tragœdiæ choro plura ſunt in hunc ſenſum.

5 *Fœdus matrimonii debere eſſe perpetuum.*) Quale fuit apud Romanos, ad annum urbis viceſimum & quingenteſimum, Valerio Maximo teſte Lib. II. cap. 1. (*Ex.* 4.) Anaxandrides in hunc ſenſum: *

Ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων.

*Reciprocum iter hoc numquam ϐacat infamia.*

6 *Hominis officium eſſe homini cuiϐis benefacere.*) Terentius Heautontimorumeno: (*Act. I. Scen. I.* ϐ. 25.)

*Homo ſum: humani nihil*
*a me alienum arbitror.*

*Inter nos cognationem quamdam natura conſtituit*, ait Florentinus Juriſconſultus L. Ut vim D. de Juſtitia. (*Lib. I. Digeſt. Tit. I. leg.* 3.) Eodem ſpectat proverbium, *Homo homini Deus.* Cicero de officiis primo, (*Cap.* 7.) hominibus inter ipſos, omnibus inter omnes, ſocietatem eſſe ait.

7 *Præſertim egenti.*) Horatius Lib. II. Sat. II. (ϐ. 103.)

*Cur eget indignus quiſquam te diϐite?*

S 4 In

* Auctore Stobæo Serm. LXXII. Sentent. fol. 437.

ti; 8 juramento quantum fieri poteſt ab-
ſtinendum; 9 contentos nos in victu &
veſtitu

In Mimoi (*Sentent. v. 88.*)
*Bona comparat præſidia miſericordia.*

8 *Juramento quantum fieri poteſt abſtinendum,*) Pythagoras: * μὴ ὀμνύναι θεούς. ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν. *Non jurandum per deos: quemque enim id curare debere ut nec jurato ſibi credatur.* Quod ipſum late ad aureum carmen explicat Hierocles. (*ad v. ſcil. 2. pag. 33. ſeqq. Commentar. edit. Londinenſ. An.* 1654.) M. Antoninus lib. III. (*Cap. 5.*) in viri boni deſcriptione, μήτε ὅρκου δεόμενος. *Cui juramento uti non ſit opus.* Sophocles Oedipode Coloneo: (*v. 642.*)

Οὔ τοί σ' ὑφ' ὅρκου γ' ὡς κακὸν πιστώσομαι.
*Nolo te adigere jurejurando, ut malum.*

Clinias Pythagoricus trium talentorum litem perdere maluit, quam jurejurando rem veram affirmare. Narrat Baſilius de legendis Græcorum libris. (*fol. 40. Tom. I. Opp. edit. Par.* 1638.)

9 *Contentos nos in victu & veſtitu eſſe debere ad naturam neceſſariis,*) Euripides: **

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου,
Ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;
*Homini quid eſt neceſſe, præterquam duo,*
*Cereale germen atque limpharum latex,*
*Quæ ſunt parata ſemper & vitæ ſatis?*

Lucanus: (*Lib. IV. v. 381.*)
*Satis eſt populis fluviuſque Ceresque.*

Ariſtides: Ἐσθῆτος γὰρ ... καὶ σκέπης καὶ τροφῆς δεῖ ... *Opus nimirum hac veſte, tecto & alimentis.*

10 *Divi...*

---

* Cujus hoc placitum leges apud *Diog. Laertium Lib. VIII. de Vit. Philoſoph. Segm.* 22.

** Priores duos *Euripidis* verſus, ſed ſub *Menandri* nomine, *Stobæus* recitat *Sentent. Serm. V. fol.* 63.

veſtitu eſſe debere ad naturam neceſſariis. Quod ſi quid eſt in Chriſtiana religione creditu difficile, apud ſapientiſſimos Paganorum paria inveniuntur: quod de animorum immortalitate, & reditu corporum in vitam, ſupra oſtendimus. Sic Plato a Chaldæis edoctus 10 Divinam naturam diſtinguit in patrem; mentem pater-

10 *Divinam naturam diſtinguit.*) Plato epiſtola ad Dionyſium. * Vide & Proclum in Timæum. Primum principium Plato vocat Patrem: Secundum principium, omnium cauſam & præſidem, in epiſtola (*quæ VI. inter Epiſt. Plat. in ſeie.*) ad Hermiam, Eraſtum & Coriſcum. Id ipſum Mentem vocat Plotinus libro v. περὶ τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων. (*ſeu Ennead. V. Lib. I. Cap. 6. ſeqq.*) Numenius Δημιουργὸν opificem, item filium, Amelius λόγον, ut videre eſt apud Euſebium libro XI. cap. 17. 18. 19. Vide & Cyrillum libro contra Julianum III. IV. & VIII. (*fol.* 97. *ſeq.* 145. 147. 270. *ſeqq.*) Chalcidius ad Timæum (*pag.* 267. *ſeq.*) primum nominat ſummum Deum; ſecundum Mentem, vel Providentiam; tertium Animam Mundi, vel mentem ſecundam. Alibi tria hæc ſic diſcriminat: ** Ordi-

S 5 nans

* Hæc lego *Epiſt. II. Platonis ad Dionyſium fol.* 1269. *Opp.* Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα· Καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. *Circa omnium regem cuncta ſunt, ipſius gratia omnia: ipſe pulchrorum omnium cauſa, circa ſecundum ſecunda, tertia circa tertium.* Ceterum nulla *Epiſtolarum ad Dionyſium* allatam ex mente *Platonis* divinæ naturæ diſtinctionem nobis proponit.

** *Chalcidius Comment. in Tim. Platonis pag.* 278. ad verbum

paternam, quam & Dei germen vocat, Mundi opificem; & Animam qua cuncta contineantur. | Cum humana natura divinam jungi poſſe, 11 Julianus tantus Chriſtianorum hoſtis credidit, & exemplum dedit

nans, jubens, inſinuans. De ſecundo ſic idem: (*Ibid. pag.* 135.) *Ratio Dei Deus eſt humanis rebus conſulens, quæ cauſa eſt hominibus bene beateque vivendi, ſi non conceſſum ſibi munus ſummo à Deo negligant. Pythagorici ternarium numerum perfectum ſummo Deo aſſignant*, ait Servius ad Eclogam ſeptimam. * Unde non abit quod habet eidem Pythagoricis Ariſtoteles primo de Cœlo in ipſo initio. (*ſc. Cap. I.*)

11 *Julianus tantus Chriſtianorum hoſtis credidit.*) Libro VI. (*Cyrilli contra Julianum fol.* 200.) ὁ γὰρ Ζεὺς ἐν μὲν τοῖς νοητοῖς ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Ἀσκληπιὸν ἐγέννησεν· εἰς δὲ τὴν γῆν διὰ τῆς ἡλίου γονίμου ζωῆς ἐξέφηνεν· οὗτος ἐπὶ γῆς ἐξ οὐρα-

bum ita loquitur: *Summus Deus jubet, ſecundus ordinat, tertius intimat.*

* In *Commentationibus Servii*, tum quas ad *Eclogas*, tum quas ad alia *Virgilii* monumenta dedit, verba illa in oculos meos non incurrerunt. Eſt tamen, qui ea, quæ ex *Servio ad Eclogam ſeptimam* adducit *Grotius*, apud eundem *ad Eclog. VIII.* tradi affirmat, *Petr. Dan. Huetius in Quæſt. Alnetan. Lib. II. Cap. III. pag. m.* 94. Qua in re ſi non lapſi ſunt viri ſummi utrique, ſaltem egregie hinc confirmantur, quæ ad *Lib. I. §. XVI. not.* 40. *pag.* 60. de *Servii* teſtimoniis monuimus. Quicquid autem ſit de verbis, rei ipſius ſummam *Servius* profiteri videtur, ubi ad *Eclog. V. v.* 66. & *VIII. v.* 75. *Apollinis triplicem eſſe poteſtatem*, itemque: *Numen impari numero gaudere*, docet.

dedit in Æſculapio; quem volebat, ad tradendam hominibus medendi artem, de cœlo veniſſe. Crux Chriſti multos offendit: at quæ de Diis non narrant Paganorum auctores? alios famulos regum fuiſſe; fulminatos alios, diſſectos, vulneratos. Et vero lætius eſſe honeſtum, quoties magno ſibi conſtat, ſapientiſſimi ipſorum dixere. 12 Plato de Republica II. quaſi præſcius, ait,

ιῦ ποιησάμενος πρόοδον, ἑνοειδὴς μὲν * περὶ τὴν Ἐπίδαυρον ἐφάνη, &c. *Jupiter inter ea quæ intellectu percipiuntur, de ſe Æſculapium genuit. Eundem terris cerni dedit, per Solis vitam genitabilem. Hic vero ex cœlo in terram progreſſu facto unica ſpecie apud Epidaurum apparuit.* Porphyrius, verba ejus referente Cyrillo libro quem diximus VIII. (*fol.* 287.) Γένος εἶναί τι θεῶν, ὃ δὴ καὶ τρέπεσθαι κατὰ καιροὺς εἰς ἀνθρώπους. *Genus quoddam Deorum eſſe quod ſuo tempore in homines mutetur.* Quæ hac de re fuerit Ægyptiorum ſententia, vide Plutarchum VIII. Symp. quæſtione I. Adde his locum Actorum XIV, 10. (11.)

12 *Plato de Republica* II. *quaſi præſcius ait.*) Græca ſic habent: (*fol.* 594. *Opp.*) Μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τὼ ὀφθαλμώ· τελευτῶν, πάντα κακὰ παθὼν, ἀνασχινδυλευθήσεται. Unde Cicero illud ſumpſit, & in tertium de Republica librum retulit: ** *Bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auſe-*

* Inſpergenda ſunt ſecundum noſtram editionem verba: ἐν ἀνθρώπου μορφῇ: *in hominis forma.*

** Vid. *Lactantium Inſtitut. Divin. Lib. V. Cap. XII.* §. 5. nec non *Auguſtinum Lib. II. de Civit. Dei Cap.* 21.

ait, ut vere juſtus exhibeatur, opus eſſe, ut virtus ejus omnibus ornamentis ſpolietur, ita ut ille habeatur ab aliis pro ſceleſto, illudatur, ſuſpendatur denique. Et certe ſummæ patientiæ exemplum ut exſtaret, aliter obtineri non poterat.

*auferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur.* Lactantius libro VI. Inſtitutionum cap. 17. (§. 28.) hunc nobis locum Senecæ ſervavit: *Hic eſt ille homo honeſtus,* * *qui ſive toto corpore tormenta patienda ſunt, ſive flamma ore recipienda eſt, ſive extendendæ per patibulum manus, non quærit quid patiatur, ſed quam bene.* Talem nobis & Euripides ob oculos ponit iſtis verſibus: **

Πίμπρα, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
Πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα,
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

*Ure hæc, cremaque membra & impletor mei*
*Potans rubentem ſanguinem: in terram prius*
*Deſcendet æther, terra ſe in cœlum feret,*
*Quam noſter unquam ſermo aduletur tibi.*

Tali vere convenit illud Æſchyli, Platoni memoratum dicto loco: ***

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

*Namque allaborat eſſe, non credi, optimus,*
*Sulcos profundos corde demerſos gerens,*
*Unde illa ſeſe pulchra conſilia exſerunt.*

* Inter hæc, & quæ ſequuntur, alia quædam poſita ſunt parum huc facientia.

** Conf. *Grotii Excerpta ex Tragœd. & Comœd. Græcis pag.* 429. edit. Pariſ. A. MDCXXVI. in quibus illa ſervantur.

*** Ubi tamen primus verſus non plane idem eſt cum præſenti; velim itaque, adeas *Excerpta cit. pag.* 21.

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

## LIBER QUINTUS.

### §. I. *Refutatio Judaiſmi incipiens ab allocutione ad Judæos.*

QUale eſt, quod ex obſcuro ſpecu enitentibus paulatim ſe oſtendit inter lucem tenebrasque medium, talem ſe nobis ex denſa Paganiſmi caligine gradum moventibus Judaiſmus offert, pars & primordium veri. Quare Judæos compello, ne nos averſi audiant. Cognitum nobis, 1 eſſe ipſos progeniem ſanctorum virorum, quos Deus & per Prophetas, & per Angelos ſuos, inviſere ſolebat; ex eadem gente natum Meſſiam, & primos

1 *Eſſe ipſos progeniem ſanctorum virorum.*) Sumpta hæc, & quæ ſequuntur, ex Rom. IX. X. XI. Adde Matth. XV. 24.

mos Chriſtianiſmi doctores; ipſorum eſſe arborem, cui nos ſumus inoculati; cuſtodes eſſe ipſos oraculorum Dei, quæ nos non minus ipſis veneramur, ac cum Paulo ſuſpiria pro ipſis ad Deum emittimus; orantes ut quamprimum veniat illa dies, cum ablato 2 velamento, quod vultui eorum impendet, clare nobiſcum viſuri ſunt 3 complementum legis, cumque, ut habent veterum vaticinia, noſtrum, qui alienigenæ ſumus, quilibet 4 Hebræi viri pænulam apprehendet, rogans ut concordi pietate colamus unicum illum Deum, Deum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi.

## §. II. *Oſtenditur Judæos debere miracula Jeſu habere pro ſufficienter probatis.*

Primum ergo rogantur, ne iniquum exiſtiment in cauſa aliena, quod in ſua æquum judicent. Si quis Paganus ab ipſis quærat, cur credant miracula à Moſe facta, nihil dicant aliud, quam inter ſuos adeo perpetuam conſtantemque ejus rei fuiſſe famam, ut non potuerit, niſi ex teſtimonio

2 *Velamento.*) II. Cor. III. 14. 15. 16.

3 *Complementum legis.*) Rom. III. 21. VIII. 14. (4.) X. 4. XIII. 8. Gal. III. 24.

4 *Hebræi Viri pænulam.*) Zachariæ VIII. 20. & ſequentibus. Eſaiæ II. 2. XIX. 18 & 24. Michææ IV. 2. Oſeæ III. 4. Rom. XI. 25.

ſtimonio eorum, qui vidiſſent, proficiſci. Sic 1 ab Eliſæo auctum apud viduam oleum, 2 purgatum ſubito à mala ſcabie Syrum, 3 hoſpitæ filium ad vitam revocatum, & ſimilia alia credunt Judæi; non aliam ſane ob cauſam, quam quod teſtes bonæ fidei id proditum ad poſteros tranſmiſerunt. 4 De Eliæ vero in cœlum raptu, unius Eliſæi, tamquam viri omni exceptione majoris, teſtimonio fidem habent. At nos, de Chriſti adſcenſu in cœlum, 5 duodecim proferimus teſtes vitæ inculpatæ: 6 de Chriſto poſt mortem in terris viſo, multo plures: quæ ſi vera ſunt, verum ſit neceſſe eſt & Chriſti dogma: planeque nihil à Judæis pro ſe adferri poteſt, quod non & nobis pari, aut potiori jure poſſit aptari. Sed ut teſtimonia omittamus, res prodigioſas à Chriſto factas, 7 ipſorum Thalmudiſtarum & Judæorum con-

1 *Ab Eliſæo auctum apud viduam oleum.*) II. Reg. cap. IV.

2 *Purgatum ſubito à mala ſcabie Syrum.*) Ibidem cap. V.

3 *Hoſpitæ filium ad vitam revocatum.*) Dicto cap. IV.

4 *De Eliæ vero in cœlum raptu.*) Dicto libro cap. II.

5 *Duodecim proferimus teſtes.*) Marci XVI. 19. Luc. XXIV. 52. Actor. I.

6 *De Chriſto poſt mortem in terris viſo multo plures.*) Matth. XXVIII. Marc. XVI. Luc. XXIV. Joh. XX. XXI. I. Cor. XV. (v. 5. ſeqq.)

7 *Ipſorum Thalmudiſtarum & Judæorum confeſſio eſt.*) Vide quæ allata ad librum II. (§. IV. not. 12. pag. 129. ſeq.)

1 *Quam*

confeſſio eſt: quod ipſum ſufficere debet. Neque enim poteſt Deus dogmati, per hominem promulgato, auctoritatem efficacius conciliare, quam miraculis editis.

§. III. *Solvitur, quod objiciunt, facta ea miracula ope dæmonum.*

At ope Dæmonum facta ab eo prodigia, dixerunt aliqui: verum hæc calumnia ſupra jam refutata eſt, eo quod ubi Chriſti dogma innotuit, omnis poteſtas Dæmonum confracta eſt. Quod addunt aliqui, didiciſſe Jeſum in Ægypto magicas artes, ſpeciem veri multo minorem habet, quam ſimilis Paganorum adverſus Moſem accuſatio, 1 quam apud Plinium 2 & Apuleium videmus. Nam fuiſſe Jeſum umquam in Ægypto, non conſtat, niſi ex diſcipulorum libris; qui addunt, infantem adhuc inde rediiſſe. At Moſem magnam ætatis adultæ partem in Ægypto exegiſſe, 3 & ipſius, 4 & aliorum narratione certum eſt. Sed & Moſem, & Jeſum, valide purgat hoc crimine

1 *Quam apud Plinium.*) Libro xxx. cap. 1.

2 *Et Apuleium.*) Apologetico II. (*pag.* 331. *Opp.*)

3 *Et ipſius.*) Exodi II. IV. & ſequentibus.

4 *Et aliorum narratione certum eſt.*) Manethonis, Chæremonis, Lyſimachi apud Joſephum contra Apionem (*fol.* 1052. *ſeqq. Opp.*) primo, Juſtini, (*Lib. XXXVI. Cap. II. §. 11. ſeqq.*) Taciti. (*forſan Hiſtor. V. Cap. III. §. 2.*)

5 *Tam*

crimine lex utriusque, 5 tales artes diſerte vetans, ut Deo inviſas. Tum vero ſi Chriſti, & ejus diſcipulorum tempore, usquam aut in Ægypto, aut alibi exſtitiſſet ars ulla magica, qua poſſent ea fieri, quæ de Chriſto prædicantur, muti omnes ſubito ſanari, claudis greſſio, cæcis viſus dari; Imperatores, 6 Tiberius, 7 Nero, atque alii, qui ad inquirenda talia nullis impendiis pepercerunt, haud dubie eam deprehendiſſent. Et ſi verum eſt, 8 quod tradunt Judæi, ſenatores magni Synedrii gnaros fuiſſe magicarum artium, ut reos poſſent

5 *Tales artes diſerte vetans.*) Exod. XXII. 18. Levit. XX. 6. 27. Num. XXIII. 23. Deut. XVIII. 10. I. Sam. XXVIII. 9. II. Reg. XVII. 17. XXI. 6. Actor. XIII. 8. 9. 10. XVI. 18. XIX. 19.

6 *Tiberius.*) Tacitus Annalium VI. (*Cap. XX. §. 3 4. & Cap. XXI.*) Suetonius ejus vita c. LXIII. & LXIX.

7 *Nero.*) De quo Plinius libro XXX. cap. II. in Magiæ hiſtoria: *Non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit.* Poſtea: *Nemo umquam ulli arti impenſius favit. Ad hæc non opes illi defuere, non vires, non diſcendi ingenium.* Mox narrat magicis cœnis initiatum à Tiridate rege.

8 *Quod tradunt Judæi.*) Thalmud titulo de Synedrio; & titulo de Sabbato. *



* *Tit. de Synedrio fol.* 17. *a. in fine.* Conf. *Maimonid. Hilc. Sanhedrin Cap. II.* §. 1. An idem legatur in *titulo de Sabbatho*, dubito. Certe nec Autor *Keſeph Miſchne*, nec auctor *Migdalos* ad *Maimonid. l. c.* eo lectorem ablegavit. W.

ſent convincere; ſane cum iidem Jeſu inimiciſſimi fuerint, & honori ejus maxime per miracula creſcenti invidentes, aut opera ſimilia ex eadem arte edidiſſent ipſi, aut certis argumentis apertum feciſſent ipſius opera non aliunde proficiſci.

## §. IV. *Aut vi vocum.*

Quod vero Judæorum nonnulli prodigia Jeſu adſcribunt nomini cuidam arcano, quod à Salomone in Templo poſitum duo leones per mille & amplius annos cuſtodierint, quodque ab Jeſu ſublectum ſit, non mendaciter modo, ſed & impudenter confictum eſt: cum de illis leonibus, re maxime inſigni atque admiranda, nec libri Regum, nec Paralipomena, nec Joſephus quidquam prodant; ſed nec Romani, qui cum Pompeio Templum intrarunt, ante Jeſu tempora, tale aliquid compererint.

## §. V. *Oſtenditur divina fuiſſe Jeſu miracula, quia is docuit cultum unius Dei, qui Mundi eſt opifex.*

Verum poſito à Chriſto edita eſſe prodigia, quod Judæi fatentur, dicimus, ex ipſa lege Moſis ſequi, fidem ei adhibendam. Dixit enim Deus Deut. XVIII. (*v. 15. 18. 19.*) futurum, ut poſt Moſem, alii

quoque

quoque Prophetæ à Deo excitarentur, iisque obediendum à populo; niſi id fieret, graves pœnas denuncians. 1 Certiſſimæ autem Prophetarum notæ ſunt prodigia. Neque enim illuſtriora alia animo concipi poſſunt. At Deut. XIII. (*v. 1. 2. 3.*) dicitur, ſi quis Prophetam ſe ferens prodigia ediderit, ei non credendum, ſi populum ad novum Deorum cultum pelliciat. Nam illa prodigia ut fiant, in hoc tantum à Deo permitti, ut experiatur, an ſatis conſtans ſit populus in veri Dei cultu. Ex quibus locis collatis inter ſe 2 Hebræi interpretes recte colligunt, omni ei, 3 qui miracula faciat, credendum, extra quam ſi à veri Dei cultu abducat; quia in eo ſolo caſu prædictum ſit, ne miraculis, quamvis ſpecioſis, fides habeatur. Jeſus autem non modo falſos Deos coli non docuit; 4 ſed contra hoc, tamquam crimen

1 *Certiſſimæ autem Prophetarum notæ ſunt prodigia.*) Et futurorum prædictiones, quæ & ipſæ prodigiis recte accenſentur. Deut. XVIII. 22.

2 *Hebræi interpretes.*) Vide Moſem Maimonidem, & alios productos in Conciliatore Manaſſis, quæſtione IV. ad Deuteronomium.

3 *Qui miracula faciat.*) Cujusque prædicta impleantur. Hoc argumento valide pugnat Chryſoſtomus V. adverſus Judæos, (*al. VI. Tom. I. Opp. fol.* 474. *ſq.*) & ſermone Chriſtum eſſe Deum (*Cap. XI. XIII. XIV. fol.* 755. & 762. *Tom. V. Opp.*) in Tomo VI. Saviliano.

4 *Sed contra hoc tamquam crimen graviſſimum*



*diſerte*

crimen graviſſimum, diſerte vetuit, docuitque nos & Moſis & qui eum ſecuti ſunt, Prophetarum ſcripta venerari: quare nihil eſt, quod miraculis ejus objici poſſit.

### §. VI. *Solutio objectionis ſumptæ ex diſcrepantia inter legem Moſis & legem Jeſu: ubi oſtenditur lege Moſis perfectiorem aliam dari potuiſſe.*

Nam quod quidam objiciunt, legem Jeſu aliqua in parte à Moſis lege diſcrepare, id non ſufficit. Nam ipſi Hebræorum Doctores normam hanc ponunt: 1 ad imperium Prophetæ, id eſt, miracula facientis, qualecunque præceptum intrepide poſſe violari, excepto illo de unius Dei cultu. Et ſane poteſtas leges condendi,

*diſerte vetuit.*] Marci xii. 29. 32. Joh. xvii. 3. Act. xv. 20. I. Cor. v. 10. ii. 18. vi. 9. x. 7. xii. 2. II. Cor. vi. 16. I. Theſſ. I. 9. I. Joh. v. 21.

1 *Ad imperium Prophetæ, id eſt, miracula facientis, qualecumque præceptum intrepide poſſe violari.*) Ponitur hæc regula in Thalmude titulo de Synedrio. * Sic ad præceptum Joſuæ violata lex Sabbati Joſ. vi. Et extra locum lege præſcriptum ſacrificarunt prophetæ, ut Samuel, I. Sam. vii. 17. xiii. 8. (& ſeqq.) & Elias I. Reg. xviii. 38.

2 *Unius*

* *Cap. X. fol.* 90. *a. lin.* 30. Conf. *Maimon Hilcoth Jeſodeathora Cap. IX.* §. 3. W.

dendi, quæ penes Deum fuit, cum per Moſem daret præcepta, poſtea ab eo non abiit: nec quisquam, qui ſuo jure leges dedit, eo impeditur alias etiam pugnantes dare. Quod Deum eſſe immutabilem objiciunt, id nihil eſt: non enim de intrinſeca Dei natura, ſed de operibus agitur. Lux tenebris mutatur, juventus ſenectute, æſtas hieme, quæ omnia Dei ſunt opera. Adamo olim Deus poma cætera permiſit, 2 unius arboris fructu interdixit; nempe quia ita libuit. Prohibuit generaliter homines occidere: 3 Abrahamo imperavit ut filium mactaret. Victimas ſeorſim à Tabernaculo 4 alias vetuit, alias accepit. Nec ſequitur, ſi bona fuit lex per Moſem data, nullam dari potuiſſe meliorem. Solent parentes cum infantibus balbutire, ad ætatis vitia connivere, cruſtulo eos ad diſcendum allicere. At ubi proceſſit ætas, corrigitur ſermo, inſtillantur virtutis præcepta, oſtenditur quæ ſit honeſti pulchritudo, quæ ejus præmia. 5 Non fuiſſe autem ejus legis præcepta ſumme perfecta, vel eo liquet, quod

2 *Unius arboris fructu interdixit.*) Gen. II. 17.

3 *Arahamo imperavit ut filium mactaret.*) Gen. XXII. 2.

4 *Alias vetuit, alias accepit.*) Diximus modo de hac re.

5 *Non fuiſſe autem ejus legis præcepta ſumme perfecta.*) Hebr. VIII. 7.

quod multi illorum temporum viri ſancti vitam ſecuti ſunt illis præceptis excellentiorem. Moſes qui ultionem doloris partim manu, partim judicio exigi permittit, ipſe atrociſſimis injuriis vexatus, 6 precatorem ſe pro inimicis conſtituit. Sic 7 David rebelli filio parci vult, 8 maledicta in ſe jacta fert patienter. Dimiſiſſe uxores viri boni nuſquam leguntur, cum tamen id lex permitteret. Nimirum 9 ad majorem populi partem aptantur

6 *Precatorem ſe pro inimicis conſtituit.*) Exod, xxxii. 11. 12. 13, 31. Num. xi. 2. xii. 13. xiv. 13. & ſequentibus: xxi. 7. 8. Deut. ix. 18. 26. xxxiii.

7 *David rebelli filio parci vult.*) II. Sam. xviii. 5.

8 *Maledicta in ſe jacta fert patienter.*) II. Sam. xvi. 10.

9 *Ad majorem populi partem aptantur leges.*) Origenes adverſus Celſum III. (*prope finem fermè p.* 159.) Ὥσπερ ἔλεγέ τις τῶν νομοθετῶν πρὸς τὸν ἐρωτῶντα εἰ τοὺς καλλίστους ἔθετο τοῖς πολίταις νόμους, ὅτι οὐ τοὺς καθάπαξ καλλίστους, ἀλλ' ὧν ἐδύνατο τοὺς καλλίστους. *Quod quidam ait legum conditorem dixiſſe interrogatum, an optimas dediſſet leges civibus, non omnium dediſſe ſe optimas, ſed quantum fieri poterat.* Porphyrius Lib. I. (*pag.* 55.) de non eſu animantium de legum conditoribus: Εἰ δὲ ὅσοι περὶ τὸν κατὰ φύσιν λεγόμενον μέσον βίον ἀφορῶντες καὶ ἃ πρεσβεύσειεν ἂν καὶ οἱ πολλοί, τὰ ἐκτὸς ὡς τὰ ἀγαθὰ ἢ κακὰ, καὶ τὰ τοῦ σώματος ὡσαύτως ὑπειλήφασι, νομοθετοῦσι, τί τις τὸν τούτων προφέρων νόμον ἀνατρέπει βίον; *Quod ſi illi reſpicientes ad vitam illam quæ ſecundum naturam eſt, & media vocatur, & ad ea quæ cupiant homines, qui externa, quæque in corpore ſita ſunt, bona malaque exiſtimant, leges condidere; in quo lædit vitam qui* tali-

tur leges: itaque in illo ſtatu par fuit quædam diſſimulari, ad perfectiorem regulam reducenda illo tempore, quo majore vi Spiritus populum novum ex cunctis populis Deus ſibi erat collecturus. Etiam præmia lege Moſis aperte propoſita, ad hanc vitam mortalem ſpectant omnia: unde fatendum eſt, 10 legem aliquam illa lege meliorem dari potuiſſe, quæ æterna præmia, non ſub umbris, ſed aperte proponeret, quod lege Chriſti factum videmus.

## §. VII. *Ab Jeſu in terris obſervatam legem Moſis, nec poſt abolita, niſi ea præcepta, quæ intrinſecam bonitatem non habebant.*

Notandum hic obiter ad vincendam iniquitatem Judæorum, qui Jeſu coævi fuerunt, Jeſum peſſime ab ipſis tractatum, & ſupplicio deditum, cum nullum ejus admiſſum adverſus legem poſſet adferri.

*talibus legibus melius aliquid adjicit?*

10 *Legem aliquam illa lege meliorem dari potuiſſe, quæ æterna præmia non ſub umbris, ſed aperte proponeret, quod lege Chriſti factum videmus.*) Hebr. VII. 19. 22. VIII. 6. II. Tim. I. 10.

ferri. 1 Circumciſus erat, 2 cibis utebatur Judaicis, 3 veſtitu ſimili, 4 purgatos ſcabie mittebat ad ſacerdotes, 5 paſchata, & alios dies feſtos religioſe obſervabat. Si quos ſanavit ſabbato, 6 oſtendit non tantum ex lege, 7 ſed & ex receptis ſententiis talia opera ſabbato non interdicta. Tum vero primum cœpit promulgare 8 legum quarumdam abrogationem, cum morte devicta in cœlum evectus, etiam Spiritus Sancti conſpicuis donis ornaſſet ſuos, iisque rebus oſtendiſſet adeptum ſe 9 poteſtatem regiam, 10 in qua continetur legis conden-

1 *Circumciſus erat.*) Luc. II. 21.

2 *Cibis utebatur Judaicis.*) * Gal. IV. 5.

3 *Veſtitu ſimili.*) Matth. IX. 20.

4 *Purgatos ſcabie mittebat ad ſacerdotes.*) Matth. VIII. 4. Marc. I. 44. Luc. V. 14.

5 *Paſchata & alios dies feſtos religioſe obſervabat.*) Luc. II. 41. Joh. II. 13. 23. XI. 56. XII. 1. Joh. VII. 2.

6 *Oſtendit non tantum ex lege.*) Matth. XII. 5.

7 *Sed & ex receptis ſententiis talia opera ſabbato non interdicta.*) Matth. XII. 11.

8 *Legum quarumdam abrogationem.*) Actor. X. (15.) Coloſſ. II. 14.

9 *Poteſtatem regiam.*) Actor. II. 36. Apoc. I. 5.

10 *In qua continetur legis condendæ auctoritas.*) ** Jacob. I. 25.

11 *Ho-*

* Aut locus hic prorſus huc non pertinet, aut, ſi v. 4 addas, in genere, Chriſtum legi Judæorum ſubjectum fuiſſe, comprobat.

** Editio hujus libri noſtri de A. MDCXL. *Lugduni Batav.*

condendæ auctoritas: idque ſecundum Danielis vaticinium, cap. II. & VII. collato etiam capite VIII. & XI. qui prædixerat fore, ut paulo poſt deſtructa regna Syriæ & Ægypti (quorum poſterius ſub Auguſto contigit) Deus regnum daturus eſſet 11 homini, qui plebeius videretur, in omnis tractus ſermonisque populos, & quidem numquam deſiturum. Pars vero illa legis, cujus neceſſitas à Chriſto ſublata eſt, nihil continebat ſua natura honeſtum: ſed conſtabat ex rebus per ſe mediis, ac proinde non immutabilibus. Nam ſi eæ res per ſe aliquid haberent, cur faciendæ eſſent, 12 omnibus populis, non uni eas

T 5 præ-

11 *Homini, qui plebeius videretur.*) Dan. II. 45. (44.) VII. 13. Nam filius hominis Hebræis vilitatem quamdam ſignificat. Et ſic vocantur Prophetæ, comparati cum Angelis: ut & Iacchiadæ notatum ad Dan. X. 16.

12 *Omnibus populis, non uni eas præſcripſiſſet Deus.*) Id autem tantum abeſt, ut leges aliquot, puta de primitiis, de decimis, de congregatione ad feſtos dies, expreſſe ſe referant ad unum Judææ locum, quo certe omnes gentes coire non poterant. Vide Exodi XXIII. 19. XXXIV. 26. Deut. XXVI. 2. & ſequentibus. Item Deut. XII. 5. & ſeqq. XIV. 23. & ſeqq. Item Exodi XXIII. 17. XXXIV. 2. 23. 24. Deut. XVI. 16. De ſacrificiis legem eodem modo interpretata eſt vetuſtiſſima conſuetudo. Solis Hebræis, non &

*taſ.* apud *Jo. Maire* locum *Jac. IV.* 12. citat, qui omnino ad rem præſentem propius accedere videtur.

præſcripſiſſet Deus, & ab initio ſtatim, non poſtquam bis mille, & quod excedit, annos vixerat humanum genus. Abel, Enoch, Noë, Melchiſedec, Job, Abraham, Iſaac, Jacob, omnes viri pii & Deo eximie cari, hanc legis partem ignorarunt, aut totam, aut ferme totam, neque eo minus acceperunt teſtimonium & ſuæ in Deum fiduciæ, & amoris divini in ſe. Neque Moſes ſocerum Jethronem ad hos ritus ſuſcipiendos adhortatus eſt, neque Jonas Ninevitas, nec alii Prophetæ Chaldæos, Ægyptios, Sidonios, Tyrios, Idumæos, Moabitas, ad quos ſcribunt, ob eos non ſuſceptos reprehendunt, cum peccata ipſorum ſatis exacte enumerent. Peculiaria ergo erant hæc præcepta, 13 ſive ob

& alienigenis, datam Moſis legem docet Thalmud in titulo de Synedrio. (*fol.* 59. *a. lin.* 2. *ſeqq.*) & titulo Chagiga: (*ſol.* 13. *a. lin.* 29.) Maimonides * ad Deut. xxxiii. & Bechai.

13 *Sive ob vitandum aliquod malum, in quod proni erant Judæi.*) Rituales ſupra modum, eoque ad idololatriam proni. Oſtendunt id paſſim Prophetæ: maxime Ezechiel xvi.

14 *Eadem*

* *Maimon. Hilc. Melach. Cap. VIII.* §. 10. *Cap. X.* §. 5. Male itaque ponitur *Maimon. ad Deuteron. XXXIII.* Forte per Sphalma Typographicum locus *Deuteron.* relatus eſt ad *Maimonidæ* nomen, cum pertineat ad *Bechai.* Nam *Bechai* id, quod vult *Grotius*, tradidit ad *Deut. XXXIII. v.* 4. *fol.* 227. *col.* 1. *lin.* 21. *a fine.* W.

ob vitandum aliquod malum, in quod proni erant Judæi, ſive ad experimentum obedientiæ, ſive ad rerum futurarum ſignificationem introducta. Quare non magis mirandum eſt, ea aboleri potuiſſe, quam ſi quis Rex municipalia quædam ſtatuta tollat, ut toti imperio jus idem ſtatuat. Neque vero quidquam adferri poteſt, quo probetur, Deum ſe adſtrinxiſſe, ne quid ejus mutaret. Nam ſi dicas, præcepta hæc vocari perpetua, 14 eadem voce utuntur ſæpe & homines, cum ſignificare volunt, quæ ſic jubent, non eſſe annalia, 15 aut certis temporibus, puta belli, pacis, caræ annonæ accommodata: quo tamen non impediuntur, quo minus novas de iisdem rebus conſtitutiones edant, ubi id publica utilitas exegerit. Sic & Dei præcepta data Hebræis alia erant temporaria, 16 quamdiu in locis deſertis ageret populus, 17 alia adſtricta habitationi terræ

14 *Eadem voce utuntur ſæpe & homines.*) L. Hac edictali. C. de Secundis nuptiis. (*Lib. V. Cod. Tit. IX. leg.* 6.) 1. Hac in perpetuum. Cod. de Diverſis prædiis, libro XI. (*Cod. Tit. LXIX. leg.* 6.) & alibi ſæpe.

15 *Aut certis temporibus, puta belli, pacis, caræ annonæ accommodata.*) L. Valerius apud Livium Lib. XXXIV. (*Cap.* 6.) *Quas tempora aliqua deſiderant leges, mortales, & temporibus ipſis mutatas video: quæ in pace latæ ſunt plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax.*

16 *Quamdiu in locis deſertis ageret populus.*) Ut Exodi XXVII. Deut. XXIII, 12.

17 *Alia adſtricta habitationi*

ræ Chananææ: ab his ergo ut illa diſtinguat, perpetua vocat, quo intelligi poſſit, non debere ea usquam aut unquam intermitti, niſi Deus contrariæ voluntatis daret ſignificationem. Quod loquendi genus, cum omnibus populis ſit commune, eo minus mirari debent Hebræi, qui ſciant in lege ſua 18 jus perpetuum & ſervitutem perpetuam vocari, quæ duret à Jubilæo ad Jubilæum. 19 Meſſiæ vero adventus ab ipſis vocatur complementum Jubilæi, ſive magnus Jubilæus. Quid quod novi fœderis olim ineundi promiſſio, apud Prophetas Hebræos exſtat, 20 ut Jeremiæ XXXI. (*v. 31. ſeqq.*) ubi pollicetur Deus novum ſe pactum initurum, quod ipſis mentibus ſit

*tationi terra Chananaa.*) Ut Deut. XII. I. 20. XXVI. I. Num. XXXIII. 52.

18 *Jus perpetuum & ſervitutem perpetuam.*) Exodi XXI. 6. I. Sam. I. 22. Et ſic vocem לעולם in lege rituali accipi poſſe ſenſit Joſephus Albo Lib. III. Fundamentorum capite 16. etiam ſacerdotium Phineæ dicitur עד עולם, Pſal. CVI. 30. 31. εἰς τὸν αἰῶνα, Siracide XLV. 28. 29. 30. ἱερωσύνη αἰωνία, I. Macc. II. 55. (54.)

19 *Meſſia Ɓero adventus ab ipſis Ɓocatur complementum Jubilai.*) In Pereck Cheleck * & alibi, idque ex Eſaia LXI. 2.

20 *Jeremia* XXXI.) v. 31. & ſequentibus.



* In Pereck Cheleck nihil occurrere ad iſtum locum *Jeſaia*, jam *Clericus* obſervavit; cui, omni adhibita cura, aſſentior. W.

ſit inſcripturus: neque opus habituros homines, ut religionem alii ex aliis diſcant, apertam enim omnibus fore. Præterea veniam ſe daturum ante delictorum. Quæ res ferme ita ſe habet, ac ſi rex aliquis, poſt graves civium inter ſe inimicitias, ad pacem ſtabiliendam, ſublata legum varietate, communem omnibus eamque perfectam legem imponat, & inpoſterum ſe emendantibus polliceatur omnium commiſſorum impunitatem. Hæc quamquam ſufficiant, euntes per partes ſingulas ſublatæ legis, oſtendemus, eas tales non eſſe, ut aut Deo per ſe placere poſſent, aut ſemper durare deberent.

## §. VIII. *Ut ſacrificia, quæ numquam per ſe Deo placuerunt.*

Præcipuum, & quod maxime in oculos incurrit, ſunt ſacrificia, de quibus multi Hebræi ſentiunt, prius 1 ab hominum

1 *Ab hominum ingenio ea excogitata.*) Chryſoſtomus xii. de Statuis (*ſive ad populum Antiochen. fol.* 144. *Tom. I. Opp.*) de Abele locutus: Οὐ γὰρ παρά τινος μαθὼν, οὐ δὲ νόμου περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομένου ταῦτα ἀκούσας, ἀλλ᾽ οἴκοθεν καὶ παρὰ τοῦ συνειδότος διδαχθεὶς, τὴν θυσίαν ἐκείνην ἀνήνεγκε. *Non enim ab ullo edoctus, non lege accepta quæ de primitiis aliquid conſtitueret, ſed apud ſe ſuapte motus conſcientia ſacrificium illud obtulit.* In Reſponſis ad Orthodoxos, in operibus Juſtini, ad Interrogatum lxxxiii. (*fol.* 442. *Opp.*) Οὐδεὶς τῶν θυσάντων

num ingenio ea excogitata, quam à Deo juſſa. Certe id apparet, Hebræos multorum rituum fuiſſe appetentes, 2 ita ut ſatis cauſæ fuerit, cur Deus plurimos eis injungeret, vel ob hoc, ne ad falſorum Deorum cultum memoria Ægyptiaci incolatus redirent. At cum eorum poſteri plus æquo hæc æſtimarent, tamquam per ſe Deo grata, & veræ pietatis partem, reprehenſi ſunt per Prophetas. *Sacrificio-*
*rum*

σάντων τὰ ἄλογα θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸ τοῦ νόμου μετὰ τὴν θείαν διάταξιν ἔθυσε, κἂν φαίνεται ὁ Θεὸς ταύτην προσδεξάμενος, τῇ ταύτης ἀποδοχῇ δεικνύων τὸν θύσαντα εὐάρεστον αὐτῷ. *Nemo eorum qui ante legem pecudes Deo obtulit, divino id juſſu fecit, quamquam patet talia acceptaſſe Deum, & eum qui offerebat.*

2 *Ita ut ſatis cauſæ fuerit, cur Deus plurimos eis injungeret, vel ob hoc ne ad falſorum Deorum cultum memoria Ægyptiaci incolatus redirent.*) Hanc ipſam cauſam legis de ſacrificiis affert Maimonides, in Doctore dubitantium Lib. III. cap. 32. Tertullianus adverſus Marcionem II. (*Cap.* 18.) *Sacrificiorum quoque mos & operationem, & oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo reprehendet, quaſi Deus talia proprie ſibi affectaverit, qui tam manifeſte exclamat; Quo mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? Et, quis exquiſivit iſta de manibus veſtris? Sed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam & tranſgreſſionem, ejuſmodi officiis religioni ſuæ voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſæculi agebatur, ut ab ea evocaret illos, ſibi jubens fieri quaſi affectanti, ne ſimulacris faciendis delinqueret.*

3 *A-*

*rum cauſa*, * inquit Deus apud Davidem Pſalmo, qui eſt apud Hebræos quinquageſimus, (*v. 8. ſeqq.*) *ne verbum quidem tecum velim commutare: nempe, ut holocauſta alia ſuper alia mihi mactes, ut juvencos, aut hircos accipiam de tuis ſeptis. Nam certe quidquid animantium per ſaltus paſcitur, aut per montes errat, meum eſt. In numerato habeo & volucres & feras: ita ut, ſi eſurirem, nihil opus eſſet mihi te convenire; mihi, inquam, cujus eſt hoc Univerſum, & quidquid in eo conſpicitur. Putaſne veſci me carne pingui, aut bibere hircorum ſanguinem? imo laudem Deo ſacrifica, & vota redde.* Sunt inter Hebræos, qui hæc eo dici ajunt, quod qui ſacrificia illa offerebant, animo vitaque impuri eſſent. At aliud docent, quæ attulimus verba, rem ſcilicet per ſe nihil habere Deo gratum. Et, ſi ſeriem totam Pſalmi conſideres, pios illis verbis alloquitur Deus. Dixerat enim: (*v. 5.*) *Congregate mihi pios:* deinde, (*v. 7.*) *Audi popule mi:* hæc docentis ſunt. Poſtea finitis, quæ attulimus, ut fieri ſolet, ad impios ſermo convertitur: (*v. 16.*) *Impio autem dicit Deus.* Eumdem ſenſum oſtendunt loca alia, ut Pſalm. LI. (*v. 18. 19.*) *Sacrificia ut tibi dem, gratum tibi*

* In transferendo *Pſalm. L.* v. 8. *ſeqq.* non verborum interpretem, ſed paraphraſtem agit *Grotius.* Talem & in ſequentibus ſeſe præbet.

*bi non eſt, neque holocauſtis delectaris. Sed quod vere tibi placet ſacrificium, eſt animus culpæ ſuæ ſenſu dejectus: mentem enim quaſi fractam atque contritam, ô Deus, non deſpicis.* Simile eſt illud Pſal. XL. (*v. 7. ſeqq.*) *Victima & oblato libo non delectaris. Sed me tamquam perfoſſa aure tibi mancipas: non exigens aut holocauſtum, aut victimam piacularem. Itaque reſpondi, en adſum:* * *ac tamquam ex pacto conſcripto faciam, quod velis; quæ voluptas mea eſt: Lex enim tua cordi meo inhæret.* ** *Æquitatis tuæ laudes non intra cogitationes meas claudo: ſed veracitatem tuam ac benignitatem prædico ubique: præſertim vero miſericordiam tuam atque fidem celebro in numeroſo cœtu.* Apud Eſaiam cap. I. (*v. 11, 12.*) ſic Deus loquens inducitur: *Quo mihi tot victimæ? Satias me tenet holocauſtorum ex arietibus: & adipis quamvis pinguiſſimi. Nec amo ſanguinem, ſive ille juvencorum eſt, ſive agnorum, ſive hædorum, ut cum eo apud me appareatis. Nam quis hoc de vobis exegit, ut eo modo ſubdialia impuraretis?* Apud Jeremiam vero VII. (*v. 21. ſeqq.*) locus eſt huic geminus, & ejus interpres: *Sic ait Dominus Angelorum, Deus Iſraelis. Holocauſta*

* Hebrææ dictionis hic eſt ſenſus: *in volumine libri ſcriptum eſt de me.*

** Paucis complectitur *Grotius*, quæ in Hebræorum lingua fuſius dicuntur.

*cauſta veſtra congerite cum victimis, & ipſi earum carne veſcimini. Nam quo primum tempore majores veſtros eduxi ex Ægypto, nihil exegi, aut præcepi de holocauſtis & victimis. Sed hoc eſt quod illis ſerio edixi, ut mihi obedientes forent: ſic me fore Deum ipſorum; ipſos vero meum populum. Utque ea incederent via, quam ego ipſis eram imperaturus. Sic omnia ipſis proſpere eventura.* Apud Oſeam hæc ſunt Dei verba cap. VI. (*v. 6.*) *Beneficentiam in homines multo* 3 *acceptiorem habeo, quam ſacrificium; de Deo recte ſentire ſupra omnia eſt holocauſta.* Apud Michæam vero cap. VI. (*v. 8.*) cum quæſtio eſſet inſtituta, quomodo quiſpiam Deum ſibi optime conciliaret, arietum ingenti numero, vi magna olei: an vitulis anniculis: reſpondet Deus, *dicam tibi quid ſit vere bonum, mihique gratum. Nimirum* 4 *ut ſuum cuique reddas, ut bene aliis facias, & ut Deo humilem ac ſubmiſſum te præbeas.* Quibus ex

3 *Acceptiorem habeo quam ſacrificium.*) Ita & Chaldæus interpres hunc locum exponit.

4 *Ut ſuum cuique reddas, ut bene aliis facias, & ut Deo humilem ac ſubmiſſum te præbeas.*) Itaque ajunt Judæi legis præcepta numero DCXIII. ab Eſaia contracta in ſex XXXIII. 15 à Michæa hoc loco in tria; ab Eſaia in duo LVI. 1. ab Abacuco in unum II. 4. Item ab Amoſo V. 6.

ex locis cum appareat, ſacrificia non eſſe earum rerum in numero, quas Deus per ſe aut primario velit; populus vero irrepente paulatim, ut fit, prava ſuperſtitione, in illis poſuerit potiſſimam pietatis partem, & victimis ſuis crediderit peccata ſatis compenſari; quid mirum eſt, ſi tandem Deus ſuſtulit rem ſuapte natura mediam, ſed cujus uſus jam in vitium fluxerat; 5 cum Rex quoque Ezechia a Moſe erectum æreum ſerpentem confregerit, ideo quod populus eum religioſo cultu venerari cœpiſſet? Neque vaticinia deſunt, quæ ſacrificia illa, de quibus controverſia eſt, deſitura prædixerint; quod facile quivis intelliget, qui modo conſiderarit, ſecundum Moſis legem ſacrificare ſoli Aaronis poſteritati conceſſum, idque duntaxat in ſolo patrio. Jam vero Pſalmo cx. (*v.2.4.*) ſecundum numerum Hebræum, promittitur rex latiſſime dominaturus, initio regnandi facto ex Sione; qui rex idem & ſacerdos in perpetuum futurus eſſet, idque inſtar Melchiſedeci. Eſaias vero cap. xix. (*v.19.20.*) dicit, altare viſum iri in Ægypto, ubi non tantum Ægyptii, ſed Aſſyrii quoque, & Iſraëlitæ Deum ſint culturi: & cap. lxvi. (*v.19.ſeqq.*) ait, futurum ut longiſſi-

5 *Cum Rex quoque Ezechia à Moſe erectum æreum ſerpentem confregerit.*) II. Reg. xviii. 4.

longiſſime diſſiti & omnium ſermonum populi non minus, quam *Iſraëlitæ* munera Deo offerant, & ex ipſis quoque conſtituantur, qui ſint ſacerdotes, & Levitæ: 6| quæ omnia, ſtante Moſis lege, fieri non poterant. His adde, quod apud 7 Malachiam c. I. (*v. 10. 11.*) Deus futura prædicens, faſtidio ſibi eſſe ait Hebræorum munera: ab ortu ad occaſum, apud gentes omnes nomen ſuum celebrari, ſuffitumque ſibi fieri, & puriſſima ſibi offerri. Daniel vero cap. IX. (*v. 27.*) Gabrielis Angeli de Chriſto oraculum referens: *abolebit*, inquit, *ſacrificium & munus*. Neque verbis tantum, ſed & rebus ipſis ſatis ſignificat Deus, non amplius probari ſibi præſcripta

6 *Quæ omnia, ſtante Moſis lege, fieri non poterant.*) Adde locum Jeremiæ III. 16. *In diebus illis, dixit Dominus, non dicent ultra, Arca fœderis Domini, neque ejus rei veniet in cogitationem aut memoriam, neque viſitabunt Arcam neque ultra, ut nunc fuit.* (* *fiet.*)

7 *Malachiam capite* I.) Vide hujus loci luculentam paraphraſin, apud Chryſoſtomum II. adverſus Gentes. **



* Inter variantes lectiones, ubi duæ de A. MDCXL. editiones: *fuit*; tertia: *ſacrificabitur*; noviſſimæ vero: *fient* habent, ultima hæc Hebræis optime reſpondet.

** De *Chryſoſtomi* libro, quo demonſtrat, *quod Chriſtus ſit Deus*, cujus quoque *contra gentiles* inſcriptio eſt, ſine dubio hæc ſunt interpretanda. Ejus enim *Cap. VII. fol. 746. Tom. V. Opp.* *Malachiæ* vaticinium nonnihil illuſtratur.

ſcripta per Moſem ſacrificia; cum jam, per annos amplius mille ſexcentos, patiatur Judæos eſſe ſine Templo, ſine altari, ſine certo generum cenſu, unde conſtare poſſit, qui ſint, * quibus ſacra facere fas ſit. (* qui ſacra facere rite poſſint.)

§. IX. *Item ciborum diſcrimen.*

Quod de ſacrificiorum lege oſtendimus, idem oſtendamus & de ea, qua ciborum certa genera interdicuntur. Conſtat ergo, poſt magnum diluvium 1 Noæ, ejusque poſteris à Deo jus datum quolibet victu utendi; quod jus proinde non ad Japetum tantum, & Chamum, ſed & ad Semum, ejusque poſteros Abrahamum, Iſaacum, Jacobum tranſiit. Sed cum poſtea populus in Ægypto pravis ſuperſtitionibus ejus gentis imbutus eſſet; tum primum Deus quædam animantium genera edi vetuit, 2 ſeu quod illa potiſſimum Ægyptii

1 *Noa ejusque poſteris à Deo jus datum quolibet victu utendi.*) Obſtare videtur mentio animalium mundorum & immundorum, in diluvii hiſtoria. Sed aut id κατα πρόληψιν dictum eſt ad eos quibus nota lex, aut immunda intelligi debent ea quæ hominum victus naturaliter defugit: quæ profana dixit Tacitus Hiſtoriarum VI. (*potius Lib. IV. Cap. LX. §. 2.*) niſi malis munda accipere quæ herbis aluntur, immunda quæ aliis paſcuntur animantibus.

2 *Seu quod illa potiſſimum*

* Prior lectio primæ editioni recentioribusque probatur; poſterior noſtræ nobiliori & alii de A. MDCXL.

gyptii Diis ſuis offerrent, & ex illis aruſpicium

*num Ægyptii Diis ſuis offerrent, & ex illis aruſpicium facerent.*) Origenes libro IV. contra Celſum: (*pag.* 225.) Δαίμονές τινες φαῦλοι καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) Τιτανικοὶ ἢ γιγάντειοι, ἀσεβεῖς πρὸς τὸ ἀληθῶς θεῖον καὶ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους γεγενημένοι, καὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ περὶ τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων καὶ ἀκάθαρτα ἐπὶ γῆς καλινδούμενοι, ἔχοντές τέ τι περὶ τῶν μελλόντων διορατικὸν, ἅτε γυμνοὶ τῶν γηΐνων σωμάτων τυγχάνοντες, καὶ περὶ τοιοῦτον ἔργον καταγινόμενοι, βουλόμενοι ἀπάγειν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὑποδύονται τῶν ζώων καὶ τὰ ἁρπακτικώτερα, καὶ ἀγριώτερα καὶ ἄλλα πανουργότερα, καὶ κινοῦσιν αὐτὰ πρὸς ἃ βούλονται, ἢ τὰς φαντασίας τῶν τοιῶνδε ζώων τρέπουσιν ἐπὶ τὰς πτήσεις καὶ κινήσεις τοιάσδε, ἵν' ἄνθρωποι διὰ τῆς ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἁλισκόμενοι μαντικῆς, Θεὸν μὲν τὸν περιέχοντα τὰ ὅλα μὴ ζητῶσι, μηδὲ τὴν καθαρὰν θεοσέβειαν ἐξετάζωσι, πέσωσι δὲ τῷ λογισμῷ ἐπὶ τὴν γῆν, τοὺς ὄρνεις, τοὺς δράκοντας, ἔτι δ' ἀλώπεκας καὶ λύκους· καὶ γὰρ παρατετήρηται τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, ὅτι αἱ ἐναργέστεραι προγνώσεις διὰ τῶν τοιούτων ζώων γίγνονται, ἅτε μὴ δυναμένων τῶν δαιμόνων ἐν τοῖς ἡμερωτέροις τῶν ζώων τοσοῦτον, ὅσον δύνανται διὰ τὸ παραπλήσιον τῆς κακίας, καὶ οὐ κακίαν μὲν, οἱονεὶ δὲ κακίαν οὖσαν ἐν τοῖς τοιοισδὶ τῶν ζώων, ἐνεργῆσαι τάδε τὰ ζῶα. ὅθεν εἴπερ ἄλλο τι Μωϋσέως τεθαύμακα, καὶ τὸ τοιοῦτον θαύματος ἀποφαίνω ἄξιον εἶναι, ὅτι φύσεις κατανοήσας ζώων διαφόρους, καὶ εἴτ' ἀπὸ τοῦ Θείου μαθὼν τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἑκάστῳ ζώῳ συγγενῶν δαιμόνων, εἴτε καὶ αὐτὸς ἀναβαίνων τῇ σοφίᾳ ἐν τῇ περὶ ζώων διατάξει, πάντα μὲν ἀκάθαρτα ἔφησεν εἶναι τὰ νομιζόμενα παρ' Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις εἶναι μαντικὰ, ὡς ἐπίπαν δὲ εἶναι καθαρὰ τὰ μὴ τοιαῦτα. *Mali quidam dæmones, & (ut ſic loquar) Titanici aut gigantei, qui impie in verum numen & cœleſtes Angelos ſe geſſere, ideoque è cœlo ejecti ſunt, circa corporum craſſiora & impuriora in terris ſe agitant; cumque habeant aliquam circa futura perſpi-*

*caciam, ut qui à terrenis corporibus ſint liberi, & in talibus negotiis multum verſati, hoc unice ſtudentes humanum genus ut abducant à vero Deo, inſinuant ſe in animantium fera ac rapacia maxime, deinde & in callidiora, & ea, quoties volunt, quo volunt movent, aut etiam talium animantium vim imaginoſam incitant ad hos aut illos volatus motionesve, ut homines capti divinationibus quæ per muta fiunt animalia, Deum cuncta continentem non quærant, neque veram exerceant pietatem, ſed cogitationibus ſuis decidant in terram, in aves, in dracones, quin etiam in vulpes & lupos. Obſervatum enim eſt harum rerum peritis, prædictiones maxime notabiles per id genus animantia fieri, non valentibus, ut videtur, dæmonibus tantum efficere in manſuetis animantium, quantum prava iſta animantia poſſunt in aliis quæ diximus animantibus, ob id quod iſta habent vitio ſimile, non vitium proprie, ſed quaſi vitium. Quamobrem ſi quid aliud in Moſe & miror, ſum ipſe, & dignum miror exiſtimo, hoc eſt, quod cum percepiſſet naturas animantium diverſas, ſive à Deo edoctus ea, quæ ad animantia & ad dæmones animantium cuique affines pertinebant, five propria ipſe ſcientia productus ad noſcendos animantium gradus, omnia ea impura pronunciavit, quæ ab Ægyptiis aliisque gentibus divinandi habere cenſebantur; contra vero omnia ea pura, quæ extra illum eſſent cenſum.* Similia habet Theodoretus libro VII. adverſus Græcos. (*fol.* 584. *ſeq. Tom. IV. Opp.*) Non placet alienum hinc quod Manetho dixit, * Νομοθετήσας δὲ πλεῖστα ἄλλα, μάλιστα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐθιζομένοις ἐναντιούμενα. *Cum plurima conſtituiſſet alia, Ægyptiorum inſtitutis pugnantia.* Et quod Tacitus de Judæis: (*Hiſtor. V. Cap. IV.* §. I.) *Profana illis omnia, quæ apud nos ſacra.* Deinde: (§. 2.) *Cæſo ariete velut in contumeliam Ammonis. Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apim colunt.*]

3 Se

* Vide *Joſephum contra Apionem Lib. I. fol.* 1053. *Opp.*

cium facerent; 3 ſeu quod in lege illa umbratica

*3 Seu quod in lege illa umbratica certis animantium generibus certa hominum vitia notarentur.)* Barnabas in Epiſtola: (*num. VIII. pag. 21. ſeqq. edit. Joach. Jo. Maderi 1655. 4to.*) *Quod dixit Moſes, ne veſcimini porco, neque aquila, neque oxyptero, neque corvo, neque piſce qui ſquammis careat, in ſecreto intellectu tria comprehendit dogmata. Quo tendat, diſerte ipſe in Deuteronomio oſtendit: Et teſtabuntur populo meo juſta mea. Non igitur præceptum Dei proprie eſt, hoc vel illo non veſci: ſed in ſpiritu dixit iſta Moſes. De porco hoc eſt quod voluit: nolite conglutinari cum hominibus illis, qui porcis ſunt ſimiles. Nam dum luxu diffluunt, oblivifcuntur domini ſui: Ubi autem res contra eunt, agnoſcunt dominum. Nam & porcus ubi comedit, non curat dominum: ubi eſurit, clamat: & rurſum ubi quod edat accepit, tacet. Neque comedas, inquit, aquilam, neque oxypterum, neque milvium, neque corvum: Hoc dicit, ne conglutineris hominibus ejuſmodi, qui labore ac ſudore victum ſibi neſciunt quærere, ſed aliena rapiunt injuſte factis ſuis, inſidiasque ponunt ſpecie ſumpta bona fide ambulantium. Sic & animantia illa otioſa dum deſident ſpeculantur quomodo alienis ſe paſcant carnibus, noxia malo ſuo ingenio. Ne comedas etiam murænam, inquit, nec polypum, nec ſepiam. Hoc dicit, ne agglutinando ſimilem te reddas hominibus talibus, qui perpetuo ſunt impii & morti ſervantur: ſicut piſcium illi ſoli qui damnantur, in fundo natant, nec in ſummo, ut cæteri, fluitant, ſed in imo ſolo degunt. Sed nec daſypodem comedas, inquit: Cur vero? id eſt, ne fias puerorum corruptor, aut ſimilis talibus. Lepus enim anno quoque ad ejectamenta alvi fit opulentior. Quot enim habet annos, totidem & cavernas. Sed nec hyæna, ait, veſcere: id eſt, nec adulter eſto, aut ſimilis adulteris. Unde hoc? Hoc enim animal quotannis mutat naturam, & nunc mas fit, nunc fæmina. Sed & muſtelam merito odio habuit. Nimirum,*

bratica certis animantium generibus certa hominum vitia notarentur. | Non eſſe præcepta hæc univerſalia, apparet exemplo ejus, quod conſtitutum eſt de carne beſtiæ fato ſuo mortuæ Deut. XIV. (v. 21) ut

*hoc monet, noli ſimilis eſſe illis, quos audimus ore infamia patrare, neque aggrega te fœminis in eum modum morigerantibus: nam animal illud ore concipit. De cibis ergo loquens Moſes tria dogmata in ſpiritu elocutus eſt. At illi pro cupidine carnis ſuæ ſimpliciter de cibis ea accepere. At trium illorum dogmatum cognitionem etiam David conſecutus eſt. Dicit enim: Beatus vir qui non ambulavit in conſilio impiorum, nimirum, quomodo piſces verſantur in tenebris in profundo abditi. Et in via peccatorum non ſtetit; nimirum, ut illi, qui cum videantur Deum timere, peccant porcorum inſtar. Et in cathedra peſtilentium non ſedit; nimirum, ut volucres quæ raptui imminent. Habete & ea quæ ad ſcientiam pertinent. Dixit Moſes: Edite omne biſidum ungulis & ruminans. Quid ait? qui cibum ſumit, agnoſcitque alterem ſuum, & in eo acquieſcens lætatur. Bene dixit ad præceptum reſpiciens. Quid igitur ait? Adhærendum iis qui Dominum timent, iis qui in corde meditantur, quod acceperunt verbis præceptum: iis qui loquuntur juſta Dei, eaque ſervant, iis qui norunt meditationem opus eſſe lætitiæ, iis qui ſermones divinos ruminant. Quid vero biſidum ungulis? quia vir juſtus in hoc ævo ambulat, & alterum ævum exſpectat. Vide quam pulchre leges dederit Moſes.* Laudat hæc Barnabæ Clemens Strom. V. (*fol.* 571. *ſeq. Opp.*) Habes autem multa partim his eadem, partim ſimilia, in Philone libro de Agricultura, (*tom. I. fol.* 189. & 198. *ſeqq. tom. II. fol.* 227. *ſeqq. Opp.*) & libro, Pejorem inſidiari meliori, (*fol.* 176. *Opp.*) quæ longum eſſet transſcribere. Similia ex Ariſtæo habet Euſebius Lib. VIII. cap. 9.

4 In-

ut Iſraëlitis quidem ea veſci non liceret, 4 incolis autem liceret; quos quidem incolas Judæi omnibus officiis, tamquam Deo commendatos, proſequi jubentur. Veteres quoque Hebræorum magiſtri aperte tradiderunt, 5 Meſſiæ temporibus ceſſaturam legem de cibis vetitis, & ſuillam

4 *Incolis autem liceret.*) Piis ſcilicet, ſed non circumciſis, de quibus agitur & Levitici xxii.25. xxv. 4.7. & in Thalmudicis titulis de Rege * & Synedrio, & apud Maimonidem libro de Idololatria. (*forte Cap. X. §. 4.*)

5 *Meſſiæ temporibus ceſſaturam legem de cibis vetitis, & ſuillam non minus puram fore, quam bubulam.*) Ita R. Samuel in Mecor Chaim. Thalmud in titulo Nida, legem ait non manſuram niſi ad tempora Meſſiæ. Notandum etiam quosdam Judæorum Magiſtros, inter quos eſt Bechai, ſentire leges de cibis vetitis proprias eſſe terræ Palæſtinæ, nec extra eos fines quemquam illis obligari. Multa etiam animantium nomina quid ſignificent, aut ignotum eſſe Judæis, aut inter ipſos controverſum; quod credi non debet permiſſurum fuiſſe Deum, ſi ad hunc diem maneret obligandi vis.

 1 *Præ-*

* Nullus Titulus Talmudicus eſt *de Rege.* In *Hilcoth Melachim* ſeu *Statutis de Regibus Maimon* egit *Cap. VIII. IX. X.* de jure peregrinorum, quæ capita latine edidit *Humfr. Prideaux* in de *Jure pauperum* &c. Præſertim *Cap. VIII. §. 11.* *pii mundi* vocantur, *qui partem habent in futuro ſeculo.* Quæ deſumſit *Maimonides* ex Cod. *Sanhedrin Cap. ult.* quo ablegat auctor *Keſeph Miſchna.* W.

lam non minus puram fore, quam bubulam. Et certe, cum ex omnibus populis unum ſibi colligere Deus voluit, æquius fuit ut libertatem, quam ut ſervitutem in rebus talibus communem faceret.

## §. X. *Et dierum.*

Sequitur inſpectio feſtorum dierum. Hi univerſim omnes inſtituti ſunt in memoriam beneficii à Deo accepti, cum ex Ægyptiaca calamitate liberarentur, atque deinde deducerentur in terram promiſſam. Jam vero Propheta Jeremias xvi. (*v.14.15.*) & xxiii. (*v.7.8.*) capite ait, tempus venturum, quo nova, multoque majora beneficia iſtius beneficii memoriam ita obſcurent, ut ejus vix ulla mentio ſit futura. Tum vero, quod modo de ſacrificiis dicebamus, etiam de feſtis diebus verum eſt, iis quoque confidere populum cœpiſſe; tamquam his bene obſervatis, non magni ducenda eſſent, quæ de cætero peccarentur. Unde Eſaiæ cap. i. (*v.14.*) Deus ait ſe calendas ipſorum & dies feſtos faſtidire, & oneri tanto ſibi eſſe, ut vix queat ſuſtinere. De Sabbato ſpecialiter opponi ſolet, eſſe præceptum univerſale, & perpetuum; quippe non uni populo datum, ſed in ipſa mundi origine, Adamo omnium parenti. Reſpondeo, aſſentienti-

tientibus Hebræorum doctiſſimis, duplex eſſe præceptum de Sabbato, 1 præceptum recordandi, Exodi xx, 8. 2 & præceptum obſervandi, Exod. xxxi, 31. (*rectius 13.*) Præceptum recordandi impletur religioſa memoria mundi conditi. Præceptum obſervandi ſitum eſt in exacta abſtinentia ab omni alio opere. Prius illud præceptum ab initio datum fuit, atque ei haud dubie 3 paruerunt viri pii ante legem, Enoch, Noe, Abraham, Iſaac, Jacob; quorum quidem poſtremorum cum multæ peregrinationes legantur, 4 nullum usquam indicium eſt itineris ob Sabbatum intermiſſi, quod poſt exitum ex Ægypto perpetuo reperias. Nam poſtquam eductus ex Ægypto populus, & feliciter transgreſſus rubrum mare, primum diem ſecurum egit Sabba-

1 *Præceptum recordandi.*) זכור.

2 *Et præceptum obſervandi.*) שמור. Diſtinctio eſt Moſis Gerundenſis, & Iſaaci Aramæ.

3 *Paruerunt viri pii ante legem.*) A quibus etiam ad Græcos ſeptimæ diei veneratio aliqua pervenit, ut notatum Clementi. Vide quæ huc pertinentia diximus libro I. (*§. XVI. not. 24. ſeqq. pag. 54. ſeq.*)

4 *Nullum usquam indicium eſt itineris ob Sabbatum intermiſſi.*) Hoc ſenſu illorum temporum pios σαββατίσαι, id eſt, ſabbata obſervaſſe negat Juſtinus cum Tryphone (*fol.* 236. 241. 245. *Opp.*) diſputans, & Tertullianus adverſus Judæos duobus locis. (*fine II. & init. III. itemque V. Capite.*)

5 *Hæc*

Sabbatum, eoque cecinit Deo epinicium, ex eo tempore imperata eſt exacta illa Sabbati quies, cujus prima mentio eſt in collectione mannæ, Exod. XXXV. 2. Levit. XXIII. 3. Et hoc ſenſu cauſa legis de Sabbato redditur liberatio ex Ægypto, Deut. V. 21. (*potius 15.*) Et ſimul hac lege conſultum eſt ſervis adverſus dominorum duritiem, nullam ipſis à laboribus reſpirationem indulgentium, ut dictis locis videre eſt. Verum eſt, 5 hac lege obſtrictos fuiſſe etiam incolas; quia, ſcilicet, una debebat eſſe totius populi quieſcentis facies. Cæterum aliis populis non datam hanc exactæ quietis legem, vel inde apparet, quod multis in locis vocatur ſignum, atque etiam fœdus ſpeciale inter Deum & Iſraëlitas, ut Exodi XXXI. 13. 16. Jam vero, quæ in memoriam exitus ab Ægypto inſtituta ſunt, non eſſe talia, ut numquam ceſſare debeant, ſupra jam oſtendimus ex promiſſo majorum multo beneficiorum. Adde quod, ſi lex de quiete Sabbati fuiſſet ab initio lata, & eo ſenſu, ut tolli numquam poſſet, ſane prævaluiſſet illa lex in conflictu aliarum legum, quod

5 *Hac lege obſtrictos fuiſſe etiam incolas.*) Non etiam alios qui extra Judæam præcepta poſterorum Noæ data obſervabant. Ita ſentiunt Hebræi.

quod nunc contra ſe habet. Nam 6 circumcidi infantes recte in Sabbato conſtat: 7 ſicut & ſtante templo victimæ Sabbatis non minus, quam diebus aliis, jugulabantur. Mutabilitatem hujus legis ipſi Hebræorum magiſtri oſtendunt, cum ajunt, ad imperium Prophetæ recte opus fieri Sabbato; quod probant exemplo captæ Hierichuntis, die Sabbati, imperante Joſua. Meſſiæ autem temporibus, diſcrimen dierum ſublatum iri non male eorumdem nonnulli oſtendunt ex Eſaiæ loco LXVI. 23. ubi prædicitur, fore ut perpetuus ſit Dei cultus à Sabbato ad Sabbatum, à novilunio ad novilunium.

## §. XI. *Circumciſionem quoque externam.*

Veniamus ad circumciſionem, quæ ſane Moſe eſt antiquior, quippe Abrahamo imperata, ejusque poſteris. Sed hoc ipſum præceptum inchoatio fuit fœderis per Moſem publicati. Sic enim dixiſſe Deus Abrahamo legitur Geneſ. cap. XVII. (*v. 8. 9. 10.*)

6 *Circumcidi infantes recte in Sabbato conſtat.*) Proverbium Hebraicum, מילה דוחה את השבת, *Circumciſio pellit Sabbatum.* Vide Joh. VII. 22.

7 *Sicut & ſtante Templo victimæ Sabbatis non minus, quam diebus aliis jugulabantur.*) Num. XXVIII. 9.

1 *Cum*

*9. 10.) Dabo tibi, & poſteritati tuæ terram, in qua peregrinus egiſti, terram, inquam, Chananæam in poſſeſſionem duraturam.* * *Tu ergo fœdus meum ſerva, tu, inquam, & poſteritas tua per ſæcula. Hoc eſt fœdus inter me, & vos, veſtramque poſteritatem, ut circumcidatur omnis mas.* Atqui jam ſupra intelleximus in hujus fœderis locum ſucceſſurum fœdus novum, & quidem commune populis omnibus, quam ob cauſam ceſſare etiam debuit neceſſitas illa notæ diſcriminatricis. Eſt & hoc manifeſtum, in præcepto circumciſionis contineri myſticam quandam & excellentiorem ſignificationem; quod oſtendunt Prophetæ, 1 cum jubent cor circumcidi, quo ſpectant Jeſu præcepta omnia. Quare & promiſſa circumciſioni addita ſimili modo neceſſe eſt ad majus aliquid referantur: nempe, illud de poſſeſſione terreſtri 2 ad revelationem poſſeſſionis vere æternæ, quæ numquam apertius, quam per Jeſum facta eſt: & 3 de Abrahamo conſtituendo in

1 *Cum jubent cor circumcidi.*) Deut. x. 16. xxx. 6. Jer. iv. 4.

2 *Ad revelationem poſſeſſionis vere æternæ.*) Hebr. ii. (ſ 8. 9)

3 *De Abrahamo conſtituendo in patrem plurimorum*

* Supplenda hæc translatio ex Hebræis fontibus ita: *Et ero vobis in Deum. (veſter Deus.) Et dixit Deus Abrahamo: tu ergo &c.*

in patrem plurimarum gentium ad id tempus, quo non pauci aliquot populi, ſed innumeri toto orbe diffuſi, imitaturi eſſent illam adeo memoratam Abrahami in Deum fiduciam: quod profecto non niſi per Evangelium contigit. Mirum autem non eſt, umbras deſtinati operis auferri, opere impleto. 4 Dei vero gratiam huic ſigno adſtrictam non eſſe, ſatis hinc diſcas, quod non vetuſtiores tantum, ſed & ipſe Abrahamus adhuc incircumciſus Deo placuit; 5 &, toto tempore itineris per Arabum deſerta omiſſa ab Hebræis circumciſio fuit, Deo ob id nihil expoſtulante.

§. XII.

*rum gentium ad id tempus, quo non pauci aliquot populi, ſed innumeri toto orbe diffuſi imitaturi eſſent illam adeo memoratam Abrahami in Deum fiduciam.)* Gen. XVII. 5. Rom. IV. 11. 13. 16. 17. Luc. XIX. 9. Gal. III. 7.

4 *Dei vero gratiam huic ſigno adſtrictam non eſſe.)* [illegible] δεδομένη, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοπραξίας ἔργον, ait Juſtinus colloquio cum Tryphone (*fol.* 366. *Opp.*) *Siquidem iſta veſtra circumciſio in ſignum data erat, non in opus juſtitiæ.* Irenæus, Lib. IV. cap. 30. *Quoniam autem & circumciſionem, non quaſi conſummatricem juſtitiæ, ſed in ſigno eam dedit Deus, ut cognoſcibile perſeveret genus Abrahæ, ex ipſa Scriptura diſcimus. Dixit enim, inquit, Deus ad Abraham: Circumcidetur omne maſculinum veſtrum, & circumcidetis carnem præputii veſtri, & erit in ſignum teſtamenti inter me & vos.*

5 *Et toto tempore itineris per Arabum deſerta omiſſa ab Hebræis circumciſio fuit.)* Joſuæ V. 4. 5. 6.

## §. XII. *Et tamen in his quoque tolerandis, faciles fuiſſe Apoſtolos Jeſu.*

Certe erat, cur magnas gratias agerent Jeſu & ejus legatis Hebræi; quod graviſſimo rituum onere per ipſum liberarentur, certique ſuæ libertatis fierent, 1 per dona ac miracula Moſi nihil cedentia. Sed tamen primi noſtri dogmatis publicatores ne hoc quidem ab illis exegerunt, ut ſuam hanc felicitatem agnoſcerent: ſed ſi præcepta Jeſu omnis honeſtatis pleniſſima ſuſciperent, facile paſſi ſunt eos in rebus mediis 2 ſequi, quem vellent vivendi modum; 3 ita tamen ut alienigenis, quibus lex illa rituum numquam data fuerat, ejus obſer-

1 *Per dona ac miracula Moſi nihil cedentia.*) Miracula Meſſiæ majora eſſe debere quam Moſis, dixit R. Levi ben Gerſom, * quod vel maxime patuit in mortuis reſuſcitatis.

2 *Sequi quem vellent vivendi modum.*) Actor. XVI. 3. XXI. 24. Rom. XIV. (1.) 1. Cor. IX. 17. (20. 21.) Gal. V. 6. Coloſſ. III. 11.

3 *Ita tamen ut alienigenis, quibus lex illa rituum numquam data fuerat, ejus obſervandæ neceſſitatem non imponerent,*) Actor. XV. Galat. I. 6. Gal. I. 3. 15. (accuratius Gal. II. 3. 6. 15.) IV. 10. VI. 12.

1 Cor.

* In *Commentar. in Pentateuch. fol.* 198. *col.* 2. in *Paraſcha Balack* ad verba ex *Deuteron. XXXIV.* v. 10. adducta, & *fol.* 245. *col.* 2. Verba legas apud *Eiſenmengerum Part. II. Judaiſmi detect. pag.* 898.

obſervandæ neceſſitatem non imponerent: quod vel unum ſatis eſt, ut evidenter oſtendatur, inique à Judæis rejecta Jeſu dogmata, prætextu illo legis ritualis. Soluta hac objectione, quæ prope unica miraculis Jeſu opponi ſolet, veniamus ad alia argumenta, quæ ad Judæos convincendos ſunt idonea.

§. XIII. *Probatio adverſus Judæos, ex eo, quod in confeſſo eſt promiſſum eximium Meſſiam.*

Conſtat inter nos & ipſos, in Prophetarum vaticiniis ſupra multos, qui Hebræis divinitus contigerunt, magnorum bonorum auctores, unum multo cæteris excellentiorem promitti; quem nomine communi quidem, ſed huic uni eximie competente, Meſſiam vocant. Eum nos pridem veniſſe adſerimus: illi venturum exſpectant. Supereſt, ut de ea lite judicium quæramus in iis libris, quorum auctoritatem pariter agnoſcimus.

§. XIV. *Oſtenditur eum jam veniſſe ex præſignificatione temporis.*

Daniel, 1 cui ſummæ pietatis teſtimonium

1 *Cui ſummæ pietatis teſtimonium Ezechiel perhibuit.)* xiv. 14. xxviii. 3. Joſephus de Daniele fine libri x. (*i. e. Cap.* 12.) Ὅτι τὸ Θεῖον αὐτῷ Πνεῦμα συμπάρεστι. *Spiritus*

nium Ezechiel perhibuit, neque nos decipere voluit, neque deceptus eſt ab Angelo Gabriele. | Is autem Angelo dictante, cap. IX. (*v. 24. ſeqq.*) conſcriptum reliquit, poſt promulgatum edictum de inſtauranda urbe Hieroſolymorum, non elapſuros annos quingentos, 2 quin adeſſet Meſſias. Atqui in hunc diem elapſi ſunt ab eo tempore plus bis mille anni, nec adeſt is, quem Judæi exſpectant: nec quemquam alium nominare poſſunt, in quem id tempus quadret: In Jeſum autem tam bene convenit, ut magiſter Hebræus Ne-

*vitus Dei ei aderat.* Deinde: Ἅπαντα γὰρ αὐτῷ παραδόξως ὡς ἑνί τινι τῶν μεγίστων εὐτυχήθη Προφητῶν, καὶ παρὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον τιμή τε καὶ δόξα παρὰ τῶν βασιλέων καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τελευτήσας δὲ μνήμην αἰώνιον ἔχει. τὰ γὰρ βιβλία ὅσα δὴ συγγραψάμενος καταλέλοιπεν, ἀναγινώσκεται παρ' ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ πεπιστεύκαμεν ἐξ αὐτῶν ὅτι ὡμίλει τῷ Θεῷ. *Omnia illi ſupra fidem, & quantum maximorum Prophetarum ulli ſuccedebant: dumque vixit, in ſumma gratia ac honore fuit apud reges & populum: & poſtquam mortuus eſt, æterna ejus viget memoria. Leguntur enim apud nos in hunc diem libri, quos à ſe conſcriptos reliquit, quorum teſtimonio credimus fuiſſe Danieli cum Deo commercium.*

2 *Quin adeſſet Meſſias*) Filium hominis apud Danielem eſſe Meſſiam conſentiunt magni Judæorum magiſtri Salomon Jarchi, Rabbi Joſe citatus ab Abenesdra, & Saadias. (*ad Dan. VII.* 13.) Sic & Rabbi Joſe qui exſcidium Templi vidit, Meſſiæ tempus adveniſſe dicebat, ut teſtatur R. Jacob in Caphthor.

3 Di

* Nehumias, qui annis quinquaginta eum præceſſit, aperte jam tum dixerit, non poſſe ultra eos quinquaginta annos protrahi tempus Meſſiæ à Daniele ſignificatum. Cum hac temporis nota congruit altera, quam ſupra attigimus, 3 de imperio in omnes nationes dando divinitus, 4 poſtquam

3 *De imperio in omnes nationes dando divinitus.*) Lapidem illum, cujus percuſſu imago illa imperiorum figuram habens comminuenda eſſet, Meſſiam eſſe tradidit R. Levi ben Gerſon: & regnum illud cætera regna abſumpturum eſſe regnum Meſſiæ docent Rabbi Salomo, R. Abenesdra, & R. Saadia: (*ad Dan. II. v. 44.*) Filium hominis apud Danielem eſſe Meſſiam R. Levi ben Gerſon, & Saadia. (*ad Dan. VII. 13.*)

4 *Poſtquam Seleuci & Lagi poſteritas regnare deſiiſſet.*) Vide quæ hac de re annotata ad librum primum. (*§. XVII. not. inprim. 6. pag. 105.*)

5 *Ipſe*

* Quis ſit hic *Nehumias*, & quo in loco iſtam confeſſionem ediderit, jam olim ex *Grotio* quæſiverunt viri eruditi. Conf. *Claud. Sarravii Epiſt. num. XXXVII. ſeq. pag.* 38. & *Grotii Epiſt. ad Gallos pag.* 479. *ſeq.* Eandem quæſtionem recentiori ætate movit *Theod. Haſæus*, cujus hac de re cogitationes ex *Biblioth. Theol. Hiſtor. Philolog. Claſſe V. Faſc. III. p.* 561. *ſeq.* cognoſcendæ, cum quibus conf. *Jac. Frid. Reimanni Introduct. in Hiſtor. Theologiæ Jud. p.* 358. *ſeqq. not.* 1. Ego parum iſti teſtimonio tribuendum cenſeo, inprimis ubi expendo, quæ, cum prima vice latine evulgandus erat liber, ad fratrem *Epiſt. num. CXLVII. fol.* 797. *Grotius* ſcripſit: *Libro quinto, qui eſt adverſum Judæos,*

 *in*

quam Seleuci & Lagi poſteritas regnare deſiiſſet; quarum poſterior in Cleopatra deſiit, non multo antequam Jeſus naſceretur. Tertia nota eſt dicto c. IX. (*v. 26.*) apud Danielem, quod poſt Meſſiæ adventum exſcindenda eſſet urbs Hieroſolyma, quod de exſcidio urbis vaticinium 5 ipſe Joſephus ad ſuam refert ætatem: unde ſequitur, tempus Meſſiæ adventui præſtitutum jam tum præteriiſſe. Eodem pertinet quod

5 *Ipſe Joſephus ad ſuam refert ætatem.*) Libro x. cap. 12. Τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον Δανιῆλος καὶ περὶ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ᾽ αὐτῶν ἐρημωθήσεται. ταῦτα πάντα ἐκεῖνος Θεοῦ δείξαντος αὐτῷ συγγράψας κατέλειπεν, ὥστε τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ τὰ συμβάντα σκοποῦντας θαυμάζειν ἐπὶ τῇ παρὰ Θεοῦ τιμῇ τὸν Δανιῆλον. *Eodem tempore Daniel etiam de Romanorum ſcripſit imperio, & fore ut ab eo gens noſtra vaſtetur. Hæc omnia ille Deo indicante perſcripta reliquit, ita ut non poſſint qui iſta legunt, & eventus conſiderant, non admirari Danielem, ob honorem à Deo acceptum.* Septuaginta annorum hebdomadas finire in exſcidio Templi ſecundi etiam Iacchiades docet ad Dan. IX. 24.

6 *Con-*

*in paragrapho, qui oſtendit Meſſiam veniſſe ex præſignificatione temporis, deſignavi ſine nomine Magiſtrum Hebræum, qui annis quinquaginta Dominum noſtrum præceſſit, negavitque ultra quinquaginta annos protrahi poſſe tempus adventus. Nomen tunc non ſuccurrebat. Poſt reperi eſſe Nehumiam. Itaque ſcribe meo loco: in Jeſum tam bene convenit, ut Magiſter Hebræus Nehumias qui annis quinquaginta* &c.

quod apud Aggæum cap. II. (*v. 10.*) Deus Zorobabelem Ethnarcham, & Jeſum Joſedeciden Pontificem Maximum mœſtos, quod viderent excitatum à ſe templum non reſpondere magnitudini prioris templi, ſolatur hoc promiſſo, futurum ut major honos iſti Templo, quam priori, contingeret; quod profecto neque de mole operis, neque de materia, neque de arte, neque de ornatu dici poſſe hiſtoria horum temporum in ſacris litteris, & apud Joſephum, collata cum ea, quæ eſt de Templo Salomonis, indubitatum facit. Adde quod Hebræorum magiſtri adnotant, duas maximas dotes defuiſſe Templo poſteriori, quæ priori adfuerant; 6 conſpicuam quandam lucem divinæ majeſtatis indicem, & divinum afflatum. Sed quo Templum hoc poſterius priori præſtiturum ſit, ibi quidem breviter oſtendit Deus, 7 cum pacem

6 *Conſpicuam quandam lucem divinæ majeſtatis indicem & divinum afflatum.*) In titulo de Documentis. Gemara Hieroſolymitana cap. 3.

7 *Cum pacem ſuam, id eſt, gratiam & benevolentiam, in eo Templo ſe quaſi fœdere certo ſtabiliturum dicit.*) Notandum eſt quod præcedit. *Veniet deſiderium omnium Gentium, & implebo domum hanc gloria.* Quod mirifice convenit cum iis, quæ jam addimus ex Malachia, ita ut hi duo Prophetæ mutuo interpretum fungantur vice. Venire debuiſſe Meſſiam in Templum ſecundum ſenſit Rabbi Akiba, multique alii teſte Rabbino Salomone.

 8 *Do-*

pacem ſuam, id eſt, gratiam & benevolentiam, in eo templo ſe quaſi fœdere certo ſtabiliturum dicit, Latius autem exſequitur Malachias cap. III. (*v. 1.*) *Ecce miſſurus ſum legatum meum, qui vias meas præparet. Brevi veniet in templum ſuum* (vixit autem Malachias tempore ædificati templi poſterioris) 8 *Dominus ille, quem vos deſideratis, internuncius ille fœderis, deliciæ veſtræ.* Venire ergo debuit Meſſias, ſtante Templo ſecundo, 9 quo nomine apud Hebræos venit totum illud ævum à Zorobabele ad tempus Veſpaſiani; quia Herodis Magni temporibus Templum non ex ruinis reſuſcitatum fuit, 10 ſed paulatim per partes innovatum, qualis muta-

8. *Dominus ille quem vos deſideratis.*) Hunc Malachiæ locum communiter Judæi de Meſſia exponunt.

9 *Quo nomine apud Hebræos venit totum illud ævum à Zorobabele ad tempus Veſpaſiani.*) Ut in Thalmude capite ultimo de Synedrio, & titulo Joma, & titulo Roſch Haſſchana.

10 *Sed paulatim per partes innovatum, qualis mutatio facit idem Templum appellari.*) Philo de Mundo (*incorrupibili fol.* 963. *Opp.*) Οὐ γὰρ ἐπειδὴ οὗ πάντα μέρη φθείρεται, φθαρτόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναιρεῖται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. *Non cujus partes pereunt utique interitui obnoxium eſt, ſed cujus omnes partes ſimul & eodem tempore pereunt.* Adde L. proponebatur. D. de Judiciis (*Lib. V. Digeſt. Tit. I. leg.* 76.) & L. Quid tamen. §. in navis D. Quibus modis uſusfructus amittatur. (*Lib. VII. Digeſt. Tit. IV. leg.* 10. §. 7.)

mutatio facit idem Templum appellari. Et ſane tam conſtans apud Hebræos & vicinos fuit opinio, illis temporibus exſpectandum Meſſiam, [11] ut multi Herodem, [12] alii Judam Gauloniten, [13] alii alios, qui circa Jeſu tempora vixerunt, pro Meſſia haberent.

## §. XV. (*Cum ſolutione ad id quod dicitur, dilatum adventum ob peccata populi.*)

Sentiunt ſe premi his argumentis de Meſſiæ adventu Judæi: quæ ut eludant, nonnulli ajunt ſua peccata in cauſa fuiſſe, quo minus promiſſo tempore adveniret. 1 Ut

11 *Multi Herodem.*) Hi Herodiani Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. VIII. 15. XII. 13. Tertullianus in hæreticorum enumeratione. (*Cap. XLVI. de præſcript. Hæretic.*) *Cum his etiam Herodianos qui Chriſtum Herodem eſſe dixerunt.* Paria habet de his Epiphanius: (*Hæreſi XX. num.* 1.) quibuſcum convenit vetus ad Perſium Scholiaſtes: (*Cornutus ſc. ad Satyr. V. v.* 180.) *Herodes apud Judæos regnavit tempore Auguſti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis obſervabant, ut etiam Sabbata, quo die lucernas accenſas & violis coronatas in feneſtris ponunt.*

12 *Alii Judam Gauloniten.*) Vide Joſephum XVIII. 1. Act. V. 36.

13 *Alii alios.*) Actor. XXI. 38. Joſephus plura exempla habet temporibus Felicis: (*Lib. II. de Bello Jud. Cap.* 12. *it. Lib. VII. Cap.* 25. & 31.) & poſt excidium quædam.

1 Ut omittam, in dictis vaticiniis definitum, non aliqua conditione ſuſpenſum decretum indicari: quomodo ob peccata differri adventus potuit, cum hoc quoque prædictum eſſet, 2 ob plurima & maxima populi peccata urbem exſcindendam paulo poſt Meſſiæ tempora? Adde quod Meſſias venturus erat hac quoque de cauſa, 3 ut corruptiſſimo ſeculo medicinam faceret, ſimulque cum emendandæ vitæ regulis criminum veniam adſerret; unde de ejus temporibus apud Zachariam dicitur

cap.

1 *Ut omittam in dictis vaticiniis definitum, non aliqua conditione ſuſpenſum decretum indicari.*) Id diſerte affirmat R. Jochanan in Schemoth Rabba, & R. David Kimchi in Pſal. CVIII. 5. Bene de Daniele Joſephus libro X. circa finem: (*ſcil. Cap.* 12.) Οὐ γὰρ τὰ μέλλοντα μόνον προφητεύων διετέλει, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι Προφῆται, ἀλλὰ καὶ καιρὸν ὥριζεν εἰς ὃν ταῦτα ἀποβήσεται. *Non enim ſolum futura prædixit toto vitæ ſuæ tempore, ut & alii Prophetæ, ſed & tempus definivit, quo quæque eventura erant.* Nulla conditione ſuſpenſum fuiſſe decretum de Meſsia illo tempore mittendo, apparet & ex Malachiæ III. 1. Præterea cum novi fœderis auctor deberet eſſe Meſsias, ut & ibi Malachias & alii Prophetæ oſtendunt, non potuit ejus adventus ſuſpendi a conditione obſervati fœderis, quod antiquatum veniebat.

2 *Ob plurima & maxima populi peccata urbem exſcindendam paulo poſt Meſſiæ tempora.*) Dan. IX. 24.

3 *Ut corruptiſſimo ſeculo medicinam faceret, ſimulque cum emendandæ vitæ regulis criminum veniam adferret.*) Eſaias LIII. 4. & ſequentibus. Jeremias XXXI. 31. & ſequentibus. Ezechiel. XI. 19. 21.

cap. XIII. (*v.1.*) fore tunc fontem apertum domui Davidis, & Hieroſolymitis omnibus, ad peccata abluenda: & apud ipſos Hebræos receptum eſt Meſſiam appellare 4 Iſch Chopher, hoc eſt, placatorem. Plane autem à ratione abhorret, dicere ob morbum aliquem dilatum id, quod præciſe ei morbo erat deſtinatum.

§. XVI. *Item ex ſtatu præſenti Judæorum collato cum his quæ lex promittit.*

De eo, quod dicimus, adveniſſe pridem in terras Meſſiam, ipſe etiam ſenſus Judæos poteſt convincere. 1 Promiſit Deus, fœdere per Moſem inito, ipſis felicem poſſeſſionem terræ Palæſtinæ, quamdiu vitam ſuam ad legis præſcriptum componerent: 2 contra ſi adverſus eam graviter delinquerent, exſilium aliaque id genus mala

4 *Iſch Chopher.*) Vide Chaldæum paraphraſten Cant. I. 14. Meſſiam peccata noſtra portaturum dicit R. Judas in Chaſidim, R. Simeon in Bereſchith Rabba.

1 *Promiſit Deus, fœdere per Moſem inito, ipſis felicem poſſeſſionem terræ Palæſtinæ, quamdiu vitam ſuam ad legis præſcriptum componerent.*) Exod. XV. (26.) Levit. XVIII. (26. *ſeqq.*) Deut. VI. (10. *ſeqq.*) VII. (12. *ſeqq.*) XI. (8. *ſeqq.*) XXVIII.

2 *Contra ſi adverſus eam graviter delinquerent, exſilium aliaque id genus mala ipſis minatus eſt.*) Lev. XXVI. (6. 14. *ſeqq.*) Deut. IV. XI. (16. 17. 28.) XXVIII. (15. *ſeqq.*)

mala ipſis minatus eſt. Quod ſi tamen, aliquo tempore preſſi malis, & pœnitentia peccatorum ducti, ad obedientiam rediiſſent; ſe miſericordia populi tactum iri, effecturumque, ut, quamvis in ultimas mundi plagas diſperſi, redirent in patriam: ut videre eſt, tum alibi, tum Deuteronomii XXX. (*v. 1. 2, 3. ſeqq.*) & Nehemiæ I. (*v. 8. ſeqq.*) Atqui jam anni ſunt mille & ultra quingentos, quod Judæi patria carent, Templo carent, 3 & ſi quando novum ædificare voluerunt, ſemper ſunt impediti: etiam flammarum globis ad fundamenta erumpentibus cum operarum pernicie, 4 quod ab Ammiano Marcellino, ſcriptore non Chriſtiano, proditum eſt. Cum olim populus graviſſimis ſceleribus ſe contaminaſſet, liberos paſſim ſacri-

3 *Et ſi quando novum ædificare voluerunt, ſemper ſunt impediti.*) Sub Adriano, ſub Conſtantino, ſub Juliano: Chryſoſtomus II. adverſus Judæos. (*al. III. fol. 431. ſeqq. Tom. I. Opp.*)

4 *Quod ab Ammiano Marcellino ſcriptore non Chriſtiano proditum eſt.*) Libro XXIII. (*initio Cap. 1.*) Chryſoſtomus II. adverſus Judæos: (*ibid. fol. 433.*) Πῦρ ἐκπηδῆσαν ἐκ τῶν θεμελίων εὐθέως κατέφλεξέ τε πολλοὺς ἀνθρώπους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους τοῦ τόπου ἐκείνου. *Ignis è fundamentis exiliens multos homines combuſſit, ipſos quin etiam loci illius lapides.* Totus locus dignus qui legatur. Paria habet ſcriptor idem in Matthæum Homilia IV. (*fol. 35. Tom. I. Comment. in N. Teſt.*) & Sermone Chriſtum eſſe Deum (*Cap. XIV. fol. 763. Tom. V. Opp.*)

ſacrificaſſet Saturno, adulteria pro nihilo duceret, viduas & pupillos expilaret, inſontem ſanguinem magna copia funderet, 5 quæ omnia illis Prophetæ exprobrant; paſſus eſt exſilium, ſed 6 non diutius annis ſeptuaginta; atq; interea non omiſit Deus 7 per Prophetas illos alloqui & ſolari ſpe reditus, 8 indicato etiam ejus tempore. At nunc, 9 ex quo ſemel ejecti patria ſunt, manent extorres, contemti: nullus ad eos venit Propheta: nulla futuri reditus ſignificatio: magiſtri ipſorum, quaſi Spiritu vertiginis afflati, ad turpes fabulas & ridicula dogmata delapſi ſunt; quibus ſcatent libri Thalmudici, quos legem ore datam audent dicere, & cum iis, quæ Moſes ſcripſit, conferre, aut iis præferre etiam. Nam quæ ibi leguntur 10 de Dei fletu,

5 *Quæ omnia illis Prophetæ exprobrant.*) Eſai I. 17. III. 14. 15. V. 23. XI. 2. 3. LIX. (v. 2. ſeqq.) LXV. Amos II. 6. Jer. II. III. V. VII. 31. VIII. IX. XI. XVI. (v. 10. ſeqq.) XXII. Ezech. II. (v. 3. ſeqq.) VI. VII. VIII. XVI. XXII. XXIV. Dan. IX. Michæas II. I. 2. 3.

6 *Non diutius annis* LXX.) Objicit hoc R. Samuel in epiſtola ad R. Iſaacum.

7 *Per Prophetas illos alloqui & ſolari ſpe reditus.*) Jer. XXX. XXXI. XXXIII. Ezech. XXXVI. XXXVII.

8 *Indicato etiam ejus tempore.*) Jerem. XXV. 15. (11. 12.) XXIX. 10.

9 *Ex quo ſemel ejecti patria ſunt, manent extorres, contemti, nullus ad eos venit Propheta.*) Thalmud in Baba Bathra.

10 *De Dei fletu, quod urbem paſſus ſit exſcindi.*) Præfatio Echa Rabbathi. (*fol.*

fletu, quod urbem paſſus ſit exſcindi, 11 de ejus quotidiana diligentia in legenda lege, 12 de Behemotho & Leviathane, 13 multisque rebus aliis, tam ſunt abſurda, ut etiam referre tædeat. Et tamen tanto tempore Judæi, nec ad falſorum Deorum cultus deflexerunt, ut olim, nec cædibus ſe contaminant, nec de adulteriis accuſantur: 14 Deum vero & precibus, & jejuniis, certant placare: nec exaudiuntur. Quæ cum ita ſe habeant, omnino ex duobus alterum ſtatuendum eſt, aut fœdus illud per Moſem factum omnino eſſe abolitum, aut

289. *col.* 4.) similia in Thalmude, titulo Chagiga, (*fol.* 5. *col.* 2.) in Debarim Rabba & in Berachoth. * (*fol.* 289. *col.* 4.)

11 *De ejus quotidiana diligentia in legenda lege.*) Thaanith: Aboda Zara. (*fol.* 3. *col.* 2. *lin.* 19. *ſeq.*)

12 *De Behemotho & Leviathane.*) Thalmud Baba Bathra. (*fol.* 74. *col.* 2.) Paraphraſtes Chaldæus ad Cant. Canticorum VIII. 2.

13 *Multisque rebus aliis*) Quorum multa transſcripſit Chriſtianus Gerſon in ſuo ad Judæos libro. Vide ejus capita de diabolis, de Meſſia, de revelationibus per Eliam, de Gehenna, de regno decem tribuum trans amnem Sabbaticum, de Rabbinorum facinoribus.

14 *Deum vero & precibus & jejuniis certant placare.*) Quod ſi ipſis credendum eſt, optime de Deo merentur, Meſſiam falſum, quem tanta pars humani generis recepit, repudiando.

I Et

* Conf. *Eiſenmengeri Judaiſm. deteꝺ. Part. I. Cap. I. pag.* 16. 17. 22. W.

aut teneri Judæorum univerſitatem gravis alicujus peccati, tot jam per ſecula durantis: quod quale ſit, ipſi dicant; aut ſi dicere non poſſunt, nobis credant, peccatum illud eſſe contemti Meſſiæ, qui ante advenerit, quam hæc mala ipſis contingere cœperunt.

## §. XVII. *Probatur Jeſus eſſe Meſſias ex his quæ de Meſſia prædicta fuerunt.*

Et hæc quidem, ut diximus, oſtendunt, veniſſe jam ante tot ſæcula Meſſiam: addimus nos, non alium eum eſſe, quam Jeſum. Nam quicumque alii pro Meſſia haberi ſe voluerunt, aut habiti ſunt, nullam reliquerunt ſectam, in qua ea opinio perſeveraret. Nulli nunc aut Herodis, aut Judæ Gaulonitæ, aut qui Adriani temporibus Meſſiam ſe dixit, 1 & doctiſſimis quibusdam impoſuit, 2 Barchochebæ ſectato-

1 *Et doctiſſimis quibusdam impoſuit.*) Ut Rabbi Akibæ. Thalmud in titulo de Synedrio, & liber Zemach David.*

2 *Barchochebæ.*) Qui τῆς Ἰουδαίων ἀποςάσεως ἀρχηγέτης Juſtino. (*Apologia II. pro Chriſtian. fol.* 72. *Opp.*) Mentio ejus apud Euſebium, (*Lib. IV. Hiſt. Eccleſ. Cap.* 6. & 8.) Hieronymum, (*ad Dan. IX. fin. fol.* 519. *Tom. IV. Opp. col. A. & Catal. Script. Eccl. Voc. Agrippa.*) Oroſium, (*Lib. VII.*

* *Part. I. ad An.* DCCCLXXX. *fol.* 28. *col.* 2. Vid. *Maimon, Hilcoth Melachim Cap. XI.* §. 3. W.

ctatores ſe profitentur. At Jeſu qui nomen dent, ex quo ipſe in terris fuit, in hunc diem fuerunt, 3 ſuntque plurimi, nec in una regione, ſed quam late hic orbis patet. Poſſem hic multa alia adferre olim de Meſſia prædicta aut credita, quæ in Jeſu eveniſſe credimus, cum de aliis ne adſeverentur quidem: quale eſt, 4 quod ex Davidis fuit poſteritate, 5 quod ex virgine natus eſt, 6 edocto ea de re cœlitus eo,

*VII. Hiſtor. adv. Pagan. Cap.* 13.) Thalmudico titulo de Synedrio * in Bereſchith Rabba, apud Rabbinos Johannem & Abrahamum Salmanticenſem, & alios multis in locis.

3 *Suntque plurimi, nec in una regione, ſed quam late hic orbis patet.*) Vide quæ hac de re allata ad librum ſecundum. (*§. XX. pag.* 182. *ſeqq.*)

4 *Quod ex Davidis fuit poſteritate.*) Pſal. LXXXIX. 4. Eſa. IV. 2. XI. 10. Jer. XXIII. 5. Ezech. XXXIV. 24. Mich. V. 2. Matth. I. 1. ** v. 20. IX. 27. XII. 23. XV. 22. XX. 30. 31. XXI. 9. 15. XXII. 42. & ſequent. Marc. X. 47. XII. 35. 36. 37. Luc. I. 27. 32. 69. II. 4. II. XVIII. 38. 39. XX. 42. 44. Joh. VII. 42. Actor. XIII. 34. XV. 16. Rom. I. 3. II. Tim. II. 8. Apoc. V. 5. XXII. 16.

5 *Quod ex virgine natus eſt.*) Eſa. VII. 14. Matth. I. 18. 22. 23. Luc. I. 35.

6 *Edocto ea de re cœlitus eo qui virginem eam duxerat.*] Matth. I. 20.

7 *Quod*

---

* *Fol.* 93. *col.* 2. *lin.* 27. *fol.* 97. *col.* 2. *lin.* 27. ubi vocetur בר כוזיבא *filius mendacii* ſeu *mendax*, quia falſus fuit Meſſias, quod ex eventu demum ſero cognoverunt Judæi. W.

** Locus hic omitti potuiſſet ſine bonæ cauſæ detrimento.

eo, qui virginem eam duxerat, cum ex alio prægnantem in matrimonio non fuerat retenturus, 7 quod natus eſt Bethlehemi, 8 quod dogma ſuum ſerere cœpit in Galilæa, 9 quod omne genus morbos ſanavit, cæcis viſum, claudis greſſum dedit: ſed uno contentus ſum, cujus effectus in hunc diem durat. Ex 10 Davidis, 11 Eſaiæ, 12 Zachariæ, 13 Oſeæ vaticiniis manifeſtiſſimum eſt, Meſſiam non tantum Judæorum, ſed & aliarum gentium magiſtrum fore: 14 per ipſum collapſuros cultus falſorum Deorum, & ad unius Dei cultum perducen-

7 *Quod natus eſt Bethlehemi.*) Mich. v. 2. Matth. I. (*rectius Cap. II. ℣. 1. &c.*) II. 2. 3. 4. 5. 6. Lucæ II. 4.

8 *Quod dogma ſuum ſerere cœpit in Galilæa.*) Eſaiæ IX. 1. Matth. IV. 12. 13. Marc. I. 4. Luc. IV. 14. 15. 16. & alibi ſæpe.

9 *Quod omne genus morbos ſanavit, cæcis viſum, claudis greſſum dedit.*) Eſaias XXXV. 5. LXI. 1. Matth. XI. 5. Luc. IV. 18. & alibi paſſim. Adde quod mortuos reſuſcitavit, quod inter præcipuas Meſſiæ notas ponit R. Levi ben Gerſon. *

10 *Davidis.*) Pſal. II. 8. XXII. 28. LXVIII. 32. LXXII. 8. 17.

11 *Eſaiæ.*) II. 2. XI. 10. XIV. 1. XIX. 18. XXVII. 13. XXXV. XLII. (℣. 1.) & XLIII. (9.) præcipue XLIX. 6. LI. 5. LII. 15. LIV. LV. 4. 5. LX. 3. & ſequentibus. LXV. 1. 2. LXVI. 19. & ſeqq.

12 *Zachariæ.*) II. 11. VIII. 20. & ſequentibus. IX. 9. 10. 11. XIV. 16.

13 *Oſeæ.*) II. 24. (23.)

14 *Per ipſum collapſuros cultus falſorum Deorum.*) Eſa. II. 18. 20. XXXI. 7. XLVI. 1. Sophonias I. 4. 5. 6. Zach. XIII. 2.

15 *Po-*

* Loca ſupra laudavimus §. *XII.* ad *not.* 1. *pag.* 320.

dam ingentem multitudinem alienigenarum. Ante Jeſu adventum, ſub falſis cultibus totus fere orbis jacebat: deinde paulatim evaneſcere illi cœperunt, nec ſinguli tantum homines, ſed & populi & reges ad unius Dei cultum converti. Hæc non Judæorum Rabbinis debentur, ſed Jeſu diſcipulis, eorumque ſucceſſoribus: ita 15 populus Dei factus eſt, qui ante non erat, & impletum eſt, quod per Jacobum prædictum fuerat, Geneſ. XLIX. (*v. 10.*) antequam plane tolleretur civilis poteſtas à poſteris Judæ venturum Silo; quem 16 Chaldæus,

15 *Populus Dei factus eſt qui ante non erat.*) Oſeæ II. 24. (23.)

16 *Chaldæus.*) Tam Jonathan, * quam Hieroſolymitanæ paraphraſeos ſcriptor. Item Thalmudici titulo de Synedrio, (*fol.* 98. *col.* 2. *lin.* 9. *à fine.*) Bereſith Rabba, Jakumus ** ad Pentateuchum, Rabbi Salomo (*ad Gen.* 49.) & alii. שבט quod nunc Judæi volunt eſſe virgam caſtigationum, Thargum Chaldæo exponitur שֻׁלְטָן, & Græcis eodem ſenſu *ἄρχων*: Aquilæ *σκῆπτρον*, Symmacho *ἐξουσία*. שילה autem per בנו filius ejus exponunt Chaldæus, R. Siloh, R. Bechai, R. Salomo, Abeneſdra & Kimchi. (*omnes ad Gen.* 49.) Vide pulchre dicta de

* Eſt *Pſeudo-Jonathan ben Uziel*; quem autor nominat, non ſolum autem hic, cum auctore Hieroſolymitanæ paraphraſeos, ſed etiam *Onkelos* interpretatus eſt illa de Meſsia. W.

** An *Jakumus* in rerum natura fuerit, qui commentatus ſit ad *Pentateuchum*, dubito. W.

Chaldæus, & alii interpretes, Meſſiam exponunt, 17 cui parituræ eſſent etiam exteræ gentes.

## § XVIII. *Solutio ejus quod dicuntur quædam non impleta.*

Opponi hic à Judæis ſolet, quædam de temporibus Meſſiæ prædicta eſſe, quæ non conſpiciantur impleta. Sed quæ adducunt, obſcura ſunt, aut diverſam recipiunt ſignificationem; propter quæ non debent deſeri ea, quæ ſunt manifeſta, qualia ſunt ſanctitas præceptorum Jeſu, præmii excellentia, & in eo proponendo ſermo perſpicuus; quibus cum accedant miracula, ſufficere hæc ad amplectendum ejus dogma debebant. Ad vaticinia, 1 quæ libri clauſi nomine nuncupari ſolent, recte

de hoc loco apud Chryſoſtomum, Sermone Chriſtum eſſe Deum. (*Cap. III. fol.* 739. *Tom. V. Opp.*)

17 *Cui pariturā eſſent etiam exteræ gentes.*) Vide dictum locum Eſaiæ xi. 10. qui huic lucem adfert.

1 *Quæ libri clauſi nomine nuncupari ſolent.*) Eſaias xxix. 11. Daniel. xii. 4. 9. & ibi Iacchiades. Vide quæ hanc ad rem diſſerit Chryſoſtomus Sermone 11. Cur obſcurum ſit Vetus Teſtamentum.*

 2 *Sed*

* *Tom. III. Opp. fol.* 814. *ſeq.* Repetenda vero omnino, quæ *Serm. I.* de Prophetarum obſcuritate dixerat in fine *fol.* 811. *Tom. cit.*

recte intelligenda, opus ſæpe eſt Dei quibusdam auxiliis; quæ merito illis ſubtrahuntur, qui aperta negligunt. Loca autem, quæ objiciunt, varie exponi, ne ipſi quidem ignorant: & ſi cui conferre libeat interpretes veteres, qui in Babylonico exſilio, aut alioqui circa Jeſu tempora exſtiterunt, cum his, qui ſcripſerunt, poſtquam Chriſtianorum nomen in odio apud Judæos eſſe cœpit; inveniet explicationes novas repertas partium ſtudio, cum olim receptæ eſſent aliæ, quæ cum Chriſtianorum ſenſu ſatis conveniebant. Multa in ſacris litteris non ex proprietate verborum, 2 ſed figura quadam eſſe intelligenda, ne ipſi quidem ignorant: 3 ut cum Deus

2 *Sed figura quadam eſſe intelligenda, ne ipſi quidem ignorant.*) Quomodo Maimonides in libro * I. ad locum Eſaiæ XI. 6. de Meſsiæ temporibus ἀλληγορικῶς vult intelligi. Idem dicit ad ipſum Eſaiæ locum David Kimchi: qui & ſimilia habet ad Jerem. II. 15. v. 6.

3 *Ut cum Deus deſcendiſſe dicitur.*) Ut Gen. XI. 5. XVIII. 21. Vide de his ſimilibusque locutionibus Maimonidem Doctoris dubitantium

* Quid velit *Grotius* cum *Maimonide* in *libro I. ad locum Eſaiæ XI.* neſcio. W.

Quod ſi in mentem tibi veniat ejus *Doctor dubitantium*, cujus forſan *Part.* ſeu *Lib. I.* iſta interpretatio haberi queat, neque hac ratione rem ſalvam eſſe, experieris; ſiquidem in ea ad *Eſaiæ XI.* nullibi commentatur, *Parte* autem *III. Cap. XI. pag.* 354. in explicando illo *Eſaiæ* oraculo in alia omnia abit.

us deſcendiſſe dicitur, cum ei 4 os, 5 aures, 6 oculi, 7 nares tribuuntur. Quidni ergo hunc in modum explicemus & pleraque de Meſſiæ temporibus dicta? qualia ſunt, 8 lupum cum agno, pardum cum hœdo, leonem cum pecore ſtabulaturum, luſurum cum anguibus infantem, 9 montem Dei ſurrecturum ſupra montes alios, venturos eo alienigenas, ut ſacra faciant. Sunt quædam promiſſa, quæ ex antecedentibus aut conſequentibus verbis, aut etiam

bitantium * Parte I. cap. 10. & II. 29. & ſequentibus & eundem ad Deuter. ubi de Rege. Meſſiæ res fore cœleſtes ait liber Cabaliſticus Nezael Iſrael. **

4 *Os.*) Ut Jeremiæ IX. 12.

5 *Aures.*) Ut Pſal. XXXI. 3. XXXIV. 16.

6 *Oculi.*) Loco Pſalmi proxime citato.

7 *Nares.*) Pſalm. XVIII. 9. Jer. XXXII. 37.

8 *Lupum cum agno.*) Dicto loco Eſaiæ XI. 6. & ſequentibus.

9 *Montem Dei ſurrecturum ſupra montes alios.*) Eſ. II. 2. Michææ IV. 1. & ſeqq.

 10 *Tempus*

---

* *Parte I. Cap. 10. & ſequentibus & II. ſcil. Part. Cap. 29.* Ita formanda erat allegatio. Confuſio inde nata eſt, quod primum *Grotius* hanc fecit citationem: *Part. I. Cap.* 10. *& ſeqq.* deinceps vero: *II.* 29. adſpergi, idque additamentum male medium inter 10. *& ſequentibus* locari juſſit.

** Intelligit forte librum נצח ישראל *Victoria Iſraelis R. Jehuda Levi filii Bezaleelis.* W.

etiam ex ipſo ſenſu conditionem in ſe tacitam continent. Sic multa Hebræis promiſit Deus, ſi Meſſiam miſſum reciperent, eique parerent: quæ ſi non eveniunt, habent ipſi, quod ſibi imputent. Quædam vero etiam definite & ſine conditione promiſſa, ſi impleta nondum ſunt, adhuc poſſunt exſpectari. Conſtat enim etiam apud Judæos, 10 tempus ſive regnum Meſſiæ, durare ad finem ſæculorum.

## §. XIX. *Et ad id quod opponitur de humili ſtatu & morte Jeſu.*

Offendit multos humilis Jeſu fortuna: inique vero: cum in ſacris litteris paſſim dicat Deus, 1 erigi à ſe humiles, & ſuperbos ſterni. 2 Jacob extra ſe nihil præter baculum ferens Jordanem tranſiit: rediit eodem maxima vi pecoris ditatus. Moſes exſul, pauper, pecora paſcebat, 3 cum ei in rubo Deus apparuit, populique ſui ei ductum mandavit. 4 David itidem gregem pa-

10 *Tempus ſive regnum Meſſiæ durare ad finem ſeculorum.*) Perek Chelek. p.97. (*potius fol.* 97.)

1 *Erigi à ſe humiles, & ſuperbos ſterni.*) 1. Reg. II. (*rectius* I. Sam. II.) 8. Pſal. XXXIV. 19. Prov. XI. 2. Eſaias LVII. 15. LXVI. 2.

2 *Jacob extra ſe nihil præter baculum ferens Jordanem tranſiit.*) Gen. XXXII. (v. 10.) & ſeqq.

3 *Cum ei in rubo Deus apparuit.*) Exodi. III.

4 *David itidem gregem paſcens ad regnum vocatur.*) I. Sam. XVI. 7. 11.

5 *Latum*

paſcens ad regnum vocatur, multisque aliis exemplis talibus plena eſt ſacra hiſtoria. De Meſſia vero legimus, fore eum 5 lætum pauperibus nuntium, 6 non clamorem excitaturum in publico, aut jurgiis uſurum; ſed acturum leniter, ita ut parcat arundini concuſſæ, & in ellychnio fugimante alat, quod reſtat caloris. Neque magis cætera ejus mala, & mors ipſa, inviſum eum cuiquam facere debent. Nam ſæpe à Deo permitti, ut pii ab impiis non vexentur modo, 7 ut Lotus à Sodomæ civibus, ſed interficiantur quoque, manifeſtum eſt 8 exemplo Abelis parricidio enecti, 9 Eſaiæ diſſecti, 10 Maccabæorum

 fratrum

5 *Lætum pauperibus nuntium.*) Eſaias LXI. 1. Matth. XI. 5. Adde Zach. IX. 9.

6 *Non clamorem excitaturum in publico aut jurgiis uſurum, ſed acturum leniter.*) Eſaias XL. (* XLII.) 2. 3. 4. Matth. XII. 19. 20.

7 *Ut Lotus à Sodomæ civibus.*) Gen. XIX. (℣. 4. *ſeqq.*)

8 *Exemplo Abelis parricidio enecti.*) Gen. IV. (℣. 8.)

9 *Eſaiæ diſſecti.*) Ita habet Judæorum traditio, ad quam reſpicit ſcriptor ad Hebræos XII, (XI.) 37. & Joſephus (*Antiquit. Jud.*) X. 4. Chalcidius in Timæum: (*pag.* 263.) *Cum Propheta à conſceleratis, unus membratim ſectus, alter obrutus ſaxis.*

10 *Maccabæorum fratrum cum matre ad mortem excruciatorum.*) II. Maccab. VII. Joſephus libro περὶ αὐτο-

* Priorem locum antiquiores editiones, poſteriorem recentiores afferunt. Utrumque adſcripſimus, cum uterque unum idemque dicat.

fratrum cum matre ad mortem excruciatorum. Ipſi Judæi Pſalmum canunt LXXIX. (*v. 2. 3.*) in quo hæc verba ſunt: * *Dederunt ſervorum tuorum cadavera in cibum volucrium, reliquias eorum, quos tu, ô Deus, amas, beſtiis: ſanguinem eorum effuderunt in pomœrio Hieroſolymorum: nec quiſquam fuit, qui eos ſepeliret*, & quæ ſequuntur. Ipſum vero Meſſiam debuiſſe per ærumnas & mortem pervenire ad regnum ſuum, & ad poteſtatem ſummis bonis ornandi familiam ſuam, negare nemo poterit; qui ad iſta Eſaiæ verba, 11 capite LIII. (*integro*) animum volet attendere. * *Quotusquiſque credidit ſermoni noſtro, & vim Dei agnovit? Idque ideo, quia ſurrexit ille, Deo adſpectante, tamquam tener ſurculus, tamquam herba ex ſolo arenoſo: in vultu ejus nihil pulchri, nihil decori, nec ſi adſpiceres, quidquam erat quod oblectaret; contemtui patebat, & inter homines erat velut abjectiſſimus, multos dolores, multas* ægritu-

αὐτοκράτορος λογισμοῦ. (*ſeu de Machabæis ad calcem Opp.*)

11 *Capite* LIII.) Quem locum de Meſſia interpretantur Chaldæus Paraphraſtes, & Gemara Babylonica titulo de Synedrio.

12 *Noſtri*

* Magis ad rem ipſam, quam ad verba in exponendis hiſce ſermonibus ſacris animum autor advertit.

*ægritudines expertus: omnes ſe ab eo avertebant: tanto erat deſpicatui, nulloque in pretio. Sed vere* 12 *noſtros ille morbos pertulit, noſtra mala toleravit. Nos illum habuimus tamquam de cœlo tactum, à Deo ictum atque depreſſum: ſed ob noſtra peccata vulneratus eſt, attritus ob noſtra crimina.* 13 *Pœna, quæ nobis ſalutem pareret, ipſi impoſita eſt: tumices ipſius dati ſunt nobis pro remedio. Certe enim nos ut oves aberraveramus omnes huc atque illuc: ipſi Deus inflixit pœnam, quæ noſtris criminibus debebatur: Et tamen cum opprimeretur & graviſſime cruciaretur, vocem non emiſit; ſicut agnus mactandus, aut ovis, quæ tondetur, ſilent muta. Poſt vincula, poſt judicium, è medio ſublatus eſt: ſed rurſus vitæ ejus durationem quis digne eloqui poterit? Nimirum, ex hoc loco, in quo nos vivimus, ereptus eſt: ſed hoc malum ei evenit, ob populi mei ſcelera.* * *Ad mortem usque & ſepulturam datus eſt in manus potentium atque impiorum, cum tamen*

12 *Noſtros ille morbos pertulit.*) Morborum voce quævis mala intelligi docet ad hunc locum Abarbanel. (*Comment. in Proph. poſter. fol.* 80. *a. col.* 1.)

13 *Pœna quæ nobis ſalutem pareret, ipſi impoſita eſt.*) De Meſſia hæc explicat Rabboth & Salomon Jarchi ad Gemaram titulo de Synedrio.

T 4 14 *Quia*

* Plane ſingularis eſt hæc interpretatio, ad indolem vero linguæ ſanctæ examinata, omni fundamento deſtituitur.

*tamen nemini feciſſet injuriam, neque in ſermone ejus deprehenſus fuiſſet umquam dolus malus. Sed quamquam Deus eo usque eum paſſus eſt conteri, doloribusque affici, tamen* 14 *quia ſe conſtituit hoſtiam piacularem,* 15 *videbit poſteritatem, vitam aget durabilem, & quæ Deo ſunt placita, per ipſum feliciter curabuntur. Liberatum ſe a malo conſpiciens, ait Deus* 16 *voluptate ſatiabitur, eo maxime, quod dogmate ſuo ipſe juſtus ſervus meus multos abſolvet, eorum crimina auferens. Dabo ei partem eximiam,* 17 *ubi inter prœliatores ſpolia dividentur, quia morti ſe dedidit, & ſceleratis adnumeratus eſt, cumque pœnas alienorum criminum ferret ipſe, pro ſontibus ſe conſtituit precatorem.* Quis poteſt nominari, aut regum, aut pro-

14 *Quia ſe conſtituit hoſtiam piacularem.*) De malis volente animo toleratis hic agi ait Alſeck. *

15 *Videbit poſteritatem.*) Voce ſeminis quæ in Hebræo eſt, ſignificari diſcipulos ait hic Alſeck. Sic ſemen ſerpentis Hebræi interpretantur Chananæos. Nec aliter accipiunt non nulli eorum filios, Eſaiæ VIII. 18. ut Thalmud Hieroſolymitanum notat titulo de Synedrio.

16 *Voluptate ſatiabitur.*) Hæc ad futurum ſeculum refert Abarbanel.

17 *Ubi inter prœliatores ſpolia dividentur.*) Hæc ſpirituali modo intelligenda docet Gemara Babylonica titulo ** סוכה. Per ſpolia intelligi ſapientum honores & præmia dicit Alſeck ad hunc locum. 18 *Nihil*

* Male *Alſeck*, verum nomen eſt *Alſcheth*. W.

** סוכה non eſt inter codices Talmud. Titulumne סוכה, an סוטה voluerit *Grotius*, inveſtigandum relinquo.

prophetarum, in quem hæc congruant? Nemo ſane. Quod autem recentiores Judæi commenti ſunt, agi hic de ipſo populo Hebræo diſperſo in omnes gentes, ut ſuo exemplo ac ſermone multos ubique proſelytos faceret; is ſenſus primum plurimis ſacrarum litterarum teſtimoniis repugnat, quæ clamant, Judæis 18 nihil mali acciditſe, quod non ipſum, & inſuper majora multo, ſuis factis eſſent promeriti. Deinde ipſa Propheticæ orationis ſeries eam non fert interpretationem. Dicit enim ſive Propheta, quod iſti loco videtur convenientius, ſive Deus: *hoc malum illi evenit, ob populi mei ſcelera.* Populus autem Eſaiæ, aut etiam populus Dei peculiaris, eſt populus Hebraicus. Quare is, qui tam gravia perpeſſus ab Eſaia dicitur, non poteſt idem populus eſſe. Melius antiqui Hebræorum magiſtri fatebantur hæc de Meſſia dici; quod cum viderent quidam poſteriorum, 19 duos Meſſias

Y 5 com-

18 *Nihil mali accidiſſe quod non ipſum, & inſuper majora multo, ſuis factis eſſent promeriti.*) Apparet id locis Prophetarum jam ſupra poſitis, & Danielis IX. & Nehemiæ IX. Adde quod, de quo agit Eſaias, deprecaturus erat Deum pro Ethnicis, quod Judæi non faciunt.

19 *Duos Meſſias commenti ſunt.*) Thalmud titulo Succha: * R. Salomo: R. David Kimchi.

20 *Cum*

* *Fol.* 52. *col.* 2. *lin*, 25. Duos Meſſias paſſim ſtatuunt Judæi, ut etiam fecit *Abarbanel* in *Comment.* ſuo *in Proph. poſter. fol.* 78. *b. col.* 2. *poſt medi.* W.

commenti ſunt, quorum alterum vocant Joſephi filium, qui mala multa & mortem cruentam pateretur; alterum Davidis filium, cui cuncta proſpere ſuccederent; 20 cum multo facilius eſſet, & Prophetarum ſcriptis congruentius, unum agnoſcere; qui per adverſa & mortem ad regnum eſſet perventurus, quod nos de Jeſu credimus, & verum eſſe res ipſa docet.

## §. XX. *Et quaſi viri probi fuerint, qui eum morti tradiderunt.*

Retinet multos à ſuſcipienda Jeſu diſciplina præconcepta quædam opinio, de virtute ac probitate majorum ſuorum, ac maxime ſacerdotum; qui Jeſum præjudicio damnarunt, & dogma ejus repudiarunt. Sed quales ſæpe majores ipſorum fuerint, ne me ſibi maledicere exiſtiment, audiant ipſis verbis, & legis ſuæ, & Prophetarum, à quibus ſæpe appellantur 1 incircumciſi auribus & corde; 2 populus labiis & rituum apparatu Deum honorans, animo

20 *Cum multo facilius eſſet & Prophetarum ſcriptis congruentius unum agnoſcere, qui per adverſa & mortem ad regnum eſſet perventurus.*) Quod ipſum non uno in loco ad hoc Eſaiæ caput ſequitur Abarbanel.

1 *Incircumciſi auribus & corde.*) Jerem. IV. 4. VI. 10.

2 *Populus labiis & rituum apparatu Deum honorans, animo autem remotiſſimus.*) Deut. XXXII. 5. 6. 15. 28. Eſaias XXIX. 13. Amos V. 21. Ezech. XVI. 3.

3 Qui

animo autem remotiſſimus. Majores ipſorum fuerunt, 3 qui Joſephum fratrem ſuum parum abfuit quin interficerent, re autem ipſa in ſervitutem vendiderunt. Majores ipſorum & illi, 4 qui Moſem perpetuis ſeditionibus ad vitæ tædium adegerunt, ducem ſuum ac liberatorem, cui terra, mare, aër obediebant: 5 qui panem cœlitus miſſum faſtidierunt, 6 qui velut de ſumma penuria conqueſti ſunt, cum aves comeſtas adhuc ructarent. Majores ipſorum fuerunt, 7 qui Davide, tanto ac tam bono rege, deſerto, ſecuti ſunt defectorem filium. Majores ipſorum fuerunt, 8 qui Zachariam, Jojadæ filium, trucidarunt in loco ſanctiſſimo, victimam crudelitatis ſuæ facientes ipſum ſacerdotem. Jam vero 9 Pontifices quod attinet, tales fue-

3 *Qui Joſephum fratrem ſuum parum abfuit quin interficerent, re autem ipſa in ſervitutem vendiderunt.*) Gen. XXXVIII. (*rectius* XXXVII.)

4 *Qui Moſem perpetuis ſeditionibus ad vitæ tædium adegerunt.*) Loca notata ſupra ad librum II. (*§. XIX. not.* 13. *pag.* 180.)

5 *Qui panem cœlitus miſſum faſtidierunt.*) Num. XI. 6.

6 *Qui velut de ſumma penuria conqueſti ſunt, cum aves comeſtas adhuc ructarent.*) Dicto cap. XI. in fine.

7 *Qui Davide, tanto ac tam bono rege, deſerto ſecuti ſunt defectorem filium.*) II. Sam. XV.

8 *Qui Zachariam, Jojadæ filium, trucidarunt.*) II. Paralip. XXIV. 21.

9 *Pontifices quod attinet, tales fuerunt, qui Jeremiæ falſo crimine mortem machinati ſunt.*) Jeremiæ XXVI. (§. II.)

10 *Ex-*

fuerunt, qui Jeremiæ falſo crimine mortem machinati ſunt, & perfeciſſent, niſi procerum quorumdam obſtitiſſet auctoritas: 10 extorſerunt tamen, ut captivus haberetur, ad ipſum usque momentum captæ urbis. Si quis putet, meliores fuiſſe eos, qui Jeſu temporibus vixerunt, eum ab hoc errore liberare Joſephus poterit, qui atrociſſima eorum facinora deſcribit, & pœnas graviores omnibus umquam auditis, 11 & tamen, ut ipſe cenſet, infra meritum. Neque de Synedrio melius exiſtimandum; præſertim cum eo tempore ſenatores non veteri more cooptari, manibus impoſitis, 12 ſed ex potentium nutu legi ſolerent; ut & Pontifices, non jam perpetua, 13 ſed annali & ſæpe empta

10 *Extorſerunt tamen, ut captivus haberetur ad ipſum usque momentum captæ urbis.*) Jerem. XXXVIII. (v. 28.)

11 *Et tamen, ut ipſe cenſet, infra meritum.*) Dicit is neque urbem aliam talia perpeſſam mala, neque ab omni ævo ætatem fuiſſe omnium ſcelerum feraciorem. Plus Judæis mali à ſemetipſis illatum, quam à Romanis, qui illorum facinora expiaturi venerant.

12 *Sed ex potentium nutu legi ſolerent.*) Joſephus, XIV. 19. *

13 *Sed annali & ſæpe empta dignitate.*) Joſephus, XVIII. 3. & 6.

14 Sic

* *Cap.* 17. noſtræ edit. quod ſecundum alios 19. numeratur, *fol.* 486. de Hyrcano *Joſephus* narrat, quod ipſe

empta dignitate. Non mirari ergo debemus, ſi homines arrogantia tumidi, ambitione & avaritia inſatiabiles, in furorem acti ſunt, conſpecto homine, qui ſanctiſſima præcepta adſerens vitam ipſis ſuam ipſa diverſitate exprobrabat. Nec aliud illi crimini datum, quam quod olim optimo cuique. 14 Sic Michæas ille, qui Joſaphati tempore vixit, in cuſtodiam datus eſt, quod intrepide verum contra quadringentos falſos Prophetas adſeruiſſet. 15 Eliæ Achabus objecit, plane ut Jeſu ſacerdotes, ipſum eſſe, qui pacem Iſraëlis turbaret. 16 Jeremiæ quoque crimini datum

14 *Sic Michaas ille, qui Joſaphati tempore vixit, in cuſtodiam datus eſt.*) 1. Reg. xxii. (v. 26. *ſeqq.*)

15 *Eliæ Achabus objecit, plane ut Jeſu Sacerdotes, ipſum eſſe qui pacem Iſraelis turbaret.*) I Reg. xviii. 17. Achabus Eliæ dicit, האתה זה עכר ישראל. ubi Græci, ἐ σὺ ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ; *Non-ne tu es qui turbas Iſraëlem?* Sic Sacerdotes de Jeſu, apud Lucam xxiii. 2. Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος. *Hunc invenimus turbare Iſraëlem.*

16 *Jeremiæ quoque crimini datum, id quod Jeſu, vaticinatio adverſus Templum.*) Jer. vii. 4. & ſequentibus xxvi. 6. 11.

17 *Scri-*

ipſe & poſteri ejus Pontificis inter Judæos dignitatem Julii Cæſaris autoritate obtinuerint. Hoc *Grotium* mente tenuiſſe, neceſſe eſt, alias omnis citatio vana eſſet.

tum, id quod Jeſu, vaticinatio adverſus Templum. Addendum hic, quod Magiſtri Hebræorum veteres 17 ſcriptum reliquerunt, temporibus Meſſiæ homines fore canina impudentia, aſinina contumacia, ferina crudelitate. Deus ipſe qui, quales Judæi plerique exſtituri eſſent Meſſiæ tempore, multo ante præviderat, futurum dixerat, 18 ut qui populus ſuus non

17 *Scriptum reliquerunt, temporibus Meſſiæ homines fore canina impudentia, aſinina contumacia, ferina crudelitate.*) Thalmud de Synedrio, Ketuboth, & Sota. * R. Salomo ad dictum titulum de Synedrio c. Helech. Thalmud titulo de Ponderibus. Traditio Rabbi Judæ in ** Maſoreta ad eundem titulum de Synedrio c. Helech: *quo tempore adveniet filius David, domus inſtitutionis divinæ fiet lupanar.* Vide Jerem. x. 21. *** xxix. 14.

18 *Ut, qui populus ſuus non fuiſſet, in populum adſumeretur.*) Oſeæ ii. 24. (23.)

19 Ex

* Locum ex *Sota* & alia hujus rei teſtimonia citavit *Eiſenmengerus Part. II. Judaiſmi detect. Cap. XIII. pag.* 673. W.

** *Maſoretha* per errorem heic ſcriptum, atque *Gemara* corrigendum eſſe, totius orationis ſenſus ſtatim nos commone facit. Conf. *Jo. Clericum pag.* 277. edit. libelli noſtri A. MDCCXVIII. *in not.*

Traditio *R. Jehudæ* legitur in Tit. *de Synedrio fol.* 97. *a. lin.* 18. ubi ſimilis argumenti traditio *R. Nehorai lin.* 35. *R. Nehemiæ lin.* 37. ſubjungitur. Hunc eundem locum cod. *Sanhedrin* eſſe, quem initio hujus notæ *Grotius* allegavit, arbitror. W.

*** Extremæ hujus allegationis nullus uſus eſſe videtur.

non fuiſſet, in populum adſumeretur,
19 ex Judæorum autem urbibus ac vicis
ſingulis vix unus, & alter, irent ad ſacrum
montem: ſed quod ad illorum numerum
deeſſet, id expleturos extraneos: item 20
Meſſiam Hebræis in ruinam fore: ſed lapidem hunc rejectum ab ædificio præfectis potiſſimo loco poſitum iri ad coagmentationem operis.

## §. XXI. *Reſponſum ad objectionem, plures Deos à Chriſtianis coli.*

Reſtat, ut duabus accuſationibus reſpondeamus, quibus Judæi & dogma & cultum Chriſtianorum impetunt. Prius eſt, quod plures à nobis Deos ajunt coli. Sed hoc nihil eſt, niſi in odium contorta alieni dogmatis explicatio. Quid enim eſt, cur magis id Chriſtianis objiciatur, quam

19 *Ex Judæorum autem urbibus ac vicis ſingulis vix unus & alter irent ad ſacrum montem: ſed quod ad illorum numerum deeſſet, id expleturos extraneos.*) Jeremiæ III. 14. 17. Adde Eſaiam LIII. (v. 11. 12.)

20 *Meſſiam Hebræis in ruinam fore: ſed lapidem hunc rejectum ab ædificio præfectis potiſſimo loco poſitum iri ad coagmentationem operis.*) Eſaiæ VIII. 14. Pſal. CXVIII. 22.

I *Phi-*

quam [1] Philoni Judæo, qui ſæpe tria in Deo,

1 *Philoni Judæo qui ſæpe tria in Deo ſtatuit.*) De ſacrificiis Abel & Cain: (*fol.* 139. *Opp.*) Ἡνίκα ὁ Θεὸς δορυφορούμενος ὑπὸ δυοῖν τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων, ἀρχῆς τε αὖ καὶ ἀγαθότητος, εἷς ὢν ὁ μέσος τριττὰς φαντασίας ἐνειργάσατο τῇ ὁρατικῇ ψυχῇ, ὧν ἑκάστη μεμέτρηται μὲν οὐδαμῶς, ἀπερίγραφοι γὰρ αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, μεμέτρηκε δὲ τὰ ὅλα. *Cum Deus comitatus duobus ſummis ſuis efficaciis, imperio, ac bonitate, medius ipſe & unus, tres conceptus operatus eſt animo perſpicaci, quorum nullius menſura capitur; immenſæ enim ejus efficaciæ: ſed ſingula totum metiuntur.* Mox (*eod. loco & fol.*) ἀρχὴν etiam vocat ἐξουσίαν, & ἀγαθότητα vocat εὐεργεσίαν, eaque à pio animo non enunciari, ſed in ſilentii arcano adſervari. Similia habet in libro de Cherubim. (*f.* 112.) Libro ſecundo de Agricultura Noæ vocat * τὸ ὄν, τὸ δεσποτικὸν, τὸ εὐεργετικὸν, *id quod eſt, ſive dominam, ſive beneficam.* Maimonides initio libri de Fundamentis, & poſt eum Joſeph Albo diſtinguunt in Deo, *id quod cognoſcit, quo cognoſcitur, & cognitionem.* Habet quæ huc pertinent & Abeneſdra ad Geneſ. xviii. & Maimonides Doctoris dubitantium parte I. cap. 68.

2 Sa-

* Ipſiſſima hæc verba in neutro *de Agricultura & Plantatione Noe* libro ob oculos nobis ponuntur; ſenſus tamen eorum *Lib. II. de Agricult.* ſeu *plantat. Noe fol.* 226. *Opp.* hiſce, ni fallor, refertur: Ἐπεκάλεσε γὰρ ὄνομα, κύριος ὁ Θεὸς αἰώνιος· αἱ τοίνυν λεχθεῖσαι προσρήσεις τὰς περὶ τὸ ὂν ἐμφαίνουσι δυνάμεις· ἡ μὲν γὰρ κύριος, καθ᾽ ἣν ἄρχει, ἡ δὲ Θεὸς, καθ᾽ ἣν εὐεργετεῖ: *Invocavit enim nomen hoc, dominus Deus æternus: quæ appellationes ejus quod eſt indicant potentias: Dominus eam, qua imperat, Deus eam, qua eſt beneficus.*

Deo ſtatuit, & Dei rationem ſive 2 ſermonem vocat Dei nomen, 3 mundi opificem, 4 neque ingenitum, ut eſt Deus Pater omnium, neque ita genitum ut ſunt homines; 5 quem & Angelum ſive legatum univerſum

2 *Sermonem vocat Dei nomen.*) In Allegoriis, (*Lib. I. fol.* 45. & 52.) & de Confuſione linguarum. (*fol.* 341. *Opp.*)

3 *Mundi opificem.*) In Allegoriis: (*Lib. II. fol.* 79. *Opp.*) Ὁ λόγος αὐτοῦ ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος ἐκοσμοποίει. *Verbum ejus quo velut inſtrumento uſus mundum fecit:* De Caino: * Ὄργανον δὲ λόγον τοῦ Θεοῦ δι' οὗ κατεσκευάσθη. *Inſtrumentum autem Dei videbis eſſe ipſum verbum Dei, per quod factus eſt Mundus.*

4 *Neque ingenitum, ut eſt Deus pater omnium, neque ita genitum ut ſunt homines.*) Locus eſt libro, quis hæres ſit rerum divinarum. (*fol.* 509. *Opp.*) Idem verbum Philoni vocatur Dei imago, libro de Monarchia: (*fol.* 823.) & de Somniis à Deo immiſſis: (*fol.* 576.) interdum ἀπεικόνισμα, ut libro Pejorem inſidiari meliori: (*fol.* 170. *Opp.*) & χαρακτὴρ libro II. de Agricultura. (*fol.* 217.) Confer Johan. I. & Hebr. I. 3.

5 *Quem & Angelum ſive legatum univerſum hoc curantem, & ipſe Philo.*) Ἄγγελον vocat in Allegoriis, (*Lib. II. fol.* 93. *Opp.*) & libro de Cherubim: (*fol.* 108.) Ἀρχάγγελον vero libro de Hærede divinorum bonorum, (*fol.* 509. *Opp.*)

 &

* Quid hoc ſibi vult: *de Caino*? Num librum hoc titulo inſcripſit *Philo*, in quo iſta tradantur, an tractatum ipſius *de Sacrificio Abelis & Caini Grotius* innuit? Minime omnium. Ex libro *de Cherubim*, quo de *Caino* nonnulla memoratu digna exponuntur, hæc etiam petas *fol.* 129. *Opp.*

verſum hoc curantem & ipſe Philo,[6] & Moſes

& libro de Confuſione linguarum. (*fol.* 341.) Idem & Angelus & יהוה dicitur R. Samuel: in Mecor Chaim.

6 *Et Moſes* * *Nehemanni filius.*) Ejus verba ſic tranſtulit doctiſſimus Maſius ad Joſuæ cap. v. (6. 13. 14. *fol.* 1541. *Tom. II. Crit. ſ. London.*) *Iſte Angelus, ſi rem ipſam dicamus, eſt Angelus redemptor: de quo ſcriptum eſt: Quoniam nomen meum in ipſo eſt: Ille, inquam, Angelus qui ad Jacob dicebat: Ego Deus Bethel. Ille, de quo dictum eſt: Et vocabat Moſem Deus de rubo. Vocatur autem Angelus, quia mundum gubernat. Scriptum eſt enim: Eduxit nos Jehova (id eſt, Dominus Deus) ex Ægypto, & alibi: Miſit Angelum ſuum, & eduxit nos ex Ægypto. Præterea ſcriptum eſt: Et Angelus faciei ejus ſalvos fecit ipſos. Nimirum, ille Angelus qui eſt Dei facies: de quo dictum eſt: Facies mea præibit, & efficiam ut quieſcas. Denique ille Angelus eſt, de quo vates: Et ſubito veniet ad Templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus fæderis quem cupitis.* Rurſum alia ejusdem verba ſic: *Animadvertite attente quid iſta ſibi velint. Moſes enim & Iſraelitæ ſemper optaverunt Angelum primum. Cæterum quis ille eſſet, vere intelligere non potuerunt. Neque enim ab aliis percipiebant, neque prophetica notione ſatis adſequebantur. Atqui facies Dei ipſum ſignificat Deum: quod apud omnes interpretes eſt in confeſſo. Verum ne per ſomnium quidem iſta intelligere quisquam poſſit, niſi ſit in myſteriis legis eruditus. Nox: Facies mea præcedet, hoc eſt, Angelus fæderis, quem vos cupitis, in quo videbitur facies mea. De quo dictum eſt: Tempore accepto exaudiam te. Nomen enim meum in eo eſt. Faciamque ut quieſcas, ſive efficiam, ut ipſe ſit tibi ...*

...

* *Nomen patris hujus Rabbini melius efferatur Nachman, nam ſcribitur* נחמן *Nabhman.* Hæc eſt J. *Clerici* caſtigatio *in notis* ad hunc locum.

Moſes Nehemanni filius appellat: 7 aut Cabaliſtis, qui Deum diſtinguunt in tria lumina, & quidem nonnulli iisdem, quibus Chriſtiani, nominibus, Patris, Filii, ſive Verbi, & Spiritus Sancti. Et ut id ſumam, quod apud omnes Hebræos maxime confeſſum eſt, Spiritus ille, quo agitati ſunt Prophetæ, non eſt aliquid creatum, & tamen diſtinguitur à mittente: quomodo & illud, 8 quod Schechina vulgo vocant. Jam vero in Meſſia habitaturam eam vim divinam, quam ſapientiam vocant,

*nis & benignus. Neque te ducat per jus rigidum: ſed placide & clementer.* Confer quæ habet Manaſſis Conciliator ad quæſtionem xix. ſuper Geneſin.

7 *Aut Cabaliſtis qui Deum diſtinguunt in tria lumina, & quidem nonnulli iisdem, quibus Chriſtiani, nominibus, Patris, Filii, ſive Verbi, & Spiritus Sancti.*) Vide additamenta ad Lexicon Hebraicum Schindleri in notis אבן. Et ספירות in Deo non obſtare unitati, ait liber dictus Schep-tal.

8 *Quod Schechina vulgo vocant.*) Et diſtinguunt à Spiritu Sancto: Gemara Hieroſolymitana titulo de Documentis cap. 3. & Gemara Babylonica titulo Joma cap. 1. (*fol.* 21. *b. lin.* 21.) Schechina per annos tres & dimidium ſe tenuiſſe in Monte Oliveti, exſpectantem converſionem Judæorum, ait R. Jonathan in præfatione Ecka Rabthi: * quo recte accepto nihil verius.

 9 *Plu-*

* *Fol.* 56. *col.* 2. *lin.* 2. *ſeqq.* Ex obſervatione Summe Rever. *D. Danzii* in *Program. I.* de שכינה A. MDCCXX. propoſito.

vocant, 9 plurimi Hebræorum tradiderunt, 10 unde Chaldæo Paraphraſtæ Meſſias Dei Verbum dicitur: ſicut & 11 auguſto illo Dei 12 itemque Domini nomine

9 *Plurimi Hebræorum tradiderunt.*) * Rabbi Salomo. Idem ad Geneſ. XIX. 18. agnoſcit à Deo adſumi poſſe humanam naturam: quam & olim ad tempus adſumptam putat, cui conſentit Thalmud, titulo Schebuoth & Sabbathoth.

10 *Unde Chaldæo Paraphraſtæ Meſſias Dei Verbum dicitur.*) Ut Oſeæ Cap. VII.

11 *Auguſto illo Dei.*) Nempe יהוה, Jonathan & David Kimchi ad Jeremiam XXIII. 6. cum quibus conſentit R. Abba in Echa Rabbathi. יהוה צבאות Zachariæ XIV. 16. Futurum eo tempore ut Deus יהוה digito monſtretur, ait Talmud in Thaanith (*Cap. IV. in. fin. fol.* 31.) ex Eſaia XXV. 9.

12 *Itemque Domini nomine.*)

---

* *R. Salomo* nihil ejusmodi tradit ad *Gen. XIX.* 18. niſi, quod commemoret, tradere Talmudicos doctores אדוני nomen ſanctum eſſe, quo compellatus fuerit ipſe Deus. Quod invenies Tract. *Schebuoth fol.* 35. *b. lin.* 21. Idem ad *Geneſ. XVIII.* 3. commemorat, alios ita hunc locum interpretari, ut אדוני nomen ſanctum Dei ſit, quem Abraham expectare jusſit. Unde colligere potes, ſtatuiſſe interpretationis iſtius auctores, Deum ipſum, adſumto humano corpore adparuiſſe. Quocum convenit, quod traditur in Tract. *Schabb. fol.* 127. *a. lin.* 7. *à fine*, quod Abraham Deum expectare juſſerit. Sed quid inde præſidii nanciſcatur *Grotius*, non video. Aliud eſt, ſub forma corporis humani apparere Deum, aliud, Deum naſci hominem. W.

ne Meſſias appellatur apud Davidem, Eſaiam, & alios.

## §. XXII. *Et humanam naturam adorari.*

Æque parata reſponſio eſt ad alterum, quod objiciunt nobis; nos ſcilicet cultum Deo debitum impartiri naturæ à Deo conditæ. Dicimus enim, à nobis Meſſiæ non alium honorem, aliumve cultum exhiberi, quam exigunt 1 Pſalmus II. (*v. 12.*) & Pſalmus cx. (*v. 3.*) quorum illum in Davide rudi modo impletum, ſed excellentius ad Meſſiam pertinere, etiam 2 David Kimchi, magnus Chriſtianorum adverſator, agnoſcit; poſterior vero de alio, quam de Meſſia, exponi non poteſt. Nam quæ recentiores Judæi alii de Abrahamo comminiſcuntur, alii de Davide, alii de Ezechia, frivola ſunt. Pſalmus ipſe Davidis eſt, ut docet Hebræa inſcriptio. Quod ergo David Domino ſuo dictum dicit, id nec

*mini.*) אלהים Pſal. XLV. 7. quem Pſalmum de Meſſia agere agnoſcit Chaldæus ibi Paraphraſtes, ut & jam dicto Eſaiæ loco. Item אדוני in Pſalm. cx. quem de Meſſia agere jamjam patebit.

1 *Pſalmus* II. & *Pſalmus* cx.) Hæc loca & Zachariæ IX, 9. de Meſia exponit doctiſſimus Rabbi Saadia.

2 *David Kimchi.*) De Meſia eumdem II. exponunt Abraham Esdra, & R. Jonathan in Beſeſith Rabba.

nec Davidi ipſi, nec Ezechiæ, qui inter poſteros Davidis fuit, Davide nulla re excellentior, aptari poteſt. Abrahamus autem ſacerdotium aliquod eximium non habuit, imo Melchiſedecus 3 ei tamquam ſe minori bene precatus eſt. Sed & hoc, & quod additur 4 de ſceptro ex Sione exituro & perventuro in oras ultimas, plane in Meſſiam competit, 5 ut loci ſimiles de Meſſia haud dubie agentes patefaciunt: nec aliter acceperunt vetuſtiores Hebræi & Paraphraſtæ. Proprie autem Jeſum Nazarenum eſſe, in quo hæc impleta ſint, poſſem vel ſolis ipſius diſcipulis id adfirmantibus credere, ob ſummam eorum probitatem; ſicut & Judæi Moſi credunt de iis, quæ ſine teſte alio à Deo ſibi tradita dixit. Sed adſunt præter hoc plurima & 6 validiſſima argumenta ſummæ illius poteſtatis, quam obtinere Jeſum dicimus: conſpectus ipſe vitæ redditus à mul-

3 *Ei tamquam ſe minori bene precatus eſt.*) Et ab eo decimas ſacerdotali jure accepit Gen. XIV. 19 20.

4 *De ſceptro ex Sione exituro, & perventuro in oras ultimas.*) Pſ. CX. 2.

5 *Ut loci ſimiles de Meſſia haud dubie agentes patefaciunt.*) Ut Geneſ. XLIX. 10. & qui ex Prophetis adducti ſunt ſupra.

6 *Validiſſima argumenta ſummæ illius poteſtatis quam obtinere Jeſum dicimus.*) Quæ vide tractata libro ſupra II. (*§. IV. ſeqq. p.* 128. *ſeqq.* itemque *§. XIX. pag.* 181.) Adde & quæ dicta hujus libri initio. (*§. II. ſeqq. pag.* 286. *ſeqq.*)

7 Et-

multis: conſpectus in cœlum avehi: tum vero dæmones ejecti, morbique ſanati ſolo ipſius nomine, & linguarum dona data diſcipulis, quæ regni ſui ſigna Jeſus ipſe promiſerat. His adde, quod ſceptrum ejus, id eſt, ſermo Evangelii ex Sione profectus, nulla humana ope, ſola divina vi ad ultimos terrarum fines pervaſit, populosque & reges ſibi ſubegit, plane ut Pſalmi prædixerant. Judæi Cabaliſtæ inter Deum & homines medium ſtatuunt 7 Enochi quemdam filium, nullo tantæ poteſtatis indicio. Quanto nos juſtius illum, qui tanta dedit ſui documenta? Neque ad Dei Patris imminutionem id pertinet, 8 à quo venit hæc poteſtas Jeſu, 9 & ad quem reditura eſt, 10 & cujus honori illa inſervit.

§. XXIII.

7 *Enochi quemdam filium.*) Nomen quod ei faciunt Hebræi eſt מטטור *Metator*. Ita Latinis dicitur, qui regi viam parat. Lucanus: (*Lib. I. v. 382.*)

*Audax Heſperios veniam metator in agros.*

Vegetius libro II. (*Cap. 7.*) *Metatores in caſtris dicuntur, qui præcedentes locum caſtris idoneum eligunt.* Suidas: (*voce* Μιτάτωρ *Tom. II. Opp. fol. 567. edit. Kuſteri.*) Μιτάτωρ ὁ προπεμπόμενος ἄγγελος πρὸ τοῦ ἄρχοντος. *Metator, nuncius qui a principe præmittitur.*

8 *A quo venit hæc poteſtas Jeſu.*) Ipſo fatente: Johan. v. 19. 30. 36. 43. vi. 36. (37.) 57. viii. 28. 49. x. 18. 29. xiv. 28. 31. xvi. 28. xx. 21. & Apoſtolis Hebr. v. 5. Rom. vi. 4. 1. Cor. xi. 4. (3.)

9 *Et ad quem reditura eſt.*) Fatente Apoſtolo 1. Cor. xv. 24.

10 *Et cujus honori illa inſervit.*)

## §. XXIII. *Abſolutio hujus partis, cum precibus pro Judæis.*

Subtilius iſta rimari non hujus eſt operis, neque de his egiſſemus, niſi ut pateret, nihil eſſe in Christiano dogmate aut impium, aut abſurdum; quod obtendere quis poſſit, quo minus religionem tantis prodigiis ornatam, tam honeſta præcipientem, tam eximia pollicentem, amplecti poſſit. Nam eam qui ſit amplexus, is jam de ſpecialibus quæſtionibus conſulere debet libros illos, quibus religionis Chriſtianæ dogmata contineri ſupra oſtendimus. Quod ut fiat, oratur Deus, ut Judæorum mentem ſua luce colluſtret, & efficaces reddat preces, 1 quas ipſe Chriſtus jam in cruce pendens pro illis fudit.

*ſervit.*) Joh. XIII. 31. XIV. 13. Rom. XVI. 27. Ideo Thalmud in titulo de Synedrio negat Jeſum idoli eſſe nomen, quando Chriſtiani in ejus honore reſpiciant Deum Mundi opificem.

1 *Quas ipſe Chriſtus jam in cruce pendens pro illis fudit.*) Luc. XXIII. 34.

HUGO

# HUGO GROTIUS DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

## LIBER SEXTUS.

### § I. *Refutatio Mahumetiſmi; origo ejus.*

SExtus liber Mahumetiſtis oppoſitus, præfationis vice, Dei judicia adverſus Chriſtianos ad ipſam usque Mahumetiſmi originem deducit: quomodo ſcilicet, 1 vera illa atque ſimplex pietas, quæ

1 *Vera illa atque ſimplex pietas, quæ inter Chriſtianos graviſſime vexatos oppreſſosque floruerat.*) Ammianus Marcellinus fine libri XXI. (*Cap.* 15.) de Conſtantio: *Eratque ſuper his adimere facilis quæ donabat, Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens: in qua ſcrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit diſſidia plurima; quæ progreſſa fuſius aluit concertatione verborum, ut catervis antiſtitum, jumentis publicis ultro citroque diſcurrentibus per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehiculariæ ſuccideret nervos.*

quæ, inter Chriſtianos graviſſime vexatos oppreſſosque floruerat, paulatim refrigeſcere cœperit; ex quo per Conſtantinum & ſequentes Imperatores effectum eſt, ut ea profeſſio non tuta tantum, ſed & honorata eſſet, 2 mundo velut intruſo in Eccleſiam: 3 principes primum Chriſtianos nullum feciſſe bellandi modum, etiam cum pace frui liceret: 4 Epiſcopos acerrime

2 *Mundo velut intruſo in Eccleſiam.*) Vide de hac re pulchre dicta Chryſoſtomi Morali ſecundo ad II. Corinth. cap. XII. poſt v. 10. *

3 *Principes primum Chriſtianos nullum feciſſe bellandi modum, etiam cum pace frui liceret.*) Marciani laudabile dictum apud Zonaram: Μὴ δεῖν ὅπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἐξόν. *Non debere principem arma ſumere, quam diu pace frui liceret.*

4 *Epiſcopos acerrime inter ſe certaſſe de ſummis ſedibus.*) Ammianus lib. XXVII. (*Cap.* 2.) *Et hunc quoque* (Viventium ex quæſtore Palatii) *diſcordantis populi ſeditiones terruere cruentæ, quas tale negotium excitavit. Damaſus & Urſinus, ſupra humanum modum ad rapiendam Epiſcopalem ſedem ardentes, ſciſſis ſtudiis aſperrime conflictabantur, adusque mortis vulnerumque diſcrimina adjumentis utriuſque progreſſis: quæ nec corrigere*

* *Morale ſecundum,* quod præſenti rei inſerviat, nihil omnino in medium affert. Hinc *primum ad II. Corinth. XII. v.* 1. nominandum duco, quo de religione Chriſtiana late ſparſa deque cultu Chriſti ab imperatoribus quoque recepto multa diſſeruntur. Vide *Homil. XXVI. Tom. V. Comment. in N. Teſt. fol.* 639. *ſeqq.*

me inter ſe certaſſe de ſummis ſedibus: ac

*vigore ſufficiens Viventius, nec mollire, vi magna coactus ſeceſſit in ſuburbanum: & in certatione ſuperaverat Damaſus, parte quæ ei favebat inſtante. Conſtatque in baſilica Sicinini, ubi ritus Chriſtiani eſt conventiculum, uno die CXXXVII. reperta cadavera peremptorum: efferatamque diu plebem ægre delinitam. Neque ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans urbanarum, hujus rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt omni contentione laterum jurgari debere; cum id adepti futuri ſint ita ſecuri, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis inſidentes, circumſpecte veſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorum convivia regales ſuperent menſas. Qui eſſe poterant beati revera, ſi magnitudine urbis deſpecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorumdam provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parciſſime, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia humi ſpectantia perpetuo numini verœque ejus cultoribus, ut puros commendant & verecundos.* Poſtea: (*Cap.* 8. *eod. lib.*) *Hæc inter Prætextatus præfecturam urbis ſublimius curans, per integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adoleſcentiæ rudimentis inclaruit, adeptus eſt id quod raro contingit, ut cum timeretur, amorem non perderet civium, minus firmari ſolitum erga judices formidatos: cujus auctoritate juſtuque veritatis ſuffragiis tumultu lenito, quem Chriſtianorum jurgia concitarunt, pulſoque Urſicino, alta quies pari jam propoſita civium Romanorum aptiſſime adoleſcebat, gloria clari rectoris plura & utilia diſponentis.* Hic eſt Prætextatus, de quo hiſtoriam, haud indignam quæ hic ponatur, narrat Hieronymus ad Pammachium contra errores Joannis Hieroſolymitani; (*i. e. epiſt. LXI. Cap. III. fol.* 179. *col. a. Tom. II. Opp.*) *Prætextatus, qui deſignatus Conſul eſt mortuus, ſolebat ludens beato Papa Damaſo dicere: Facite me Romanæ urbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.* Vide & quæ idem

ac 5 ſicut olim arbori vitæ prælata arbor ſcientiæ maxima dederat mala, ita tunc quoque curioſam eruditionem pietati antehabitam, 6 & ex religione artem factam: cui

idem habet Ammianus libro XV. (*fine Cap. 6.*) Non fruſtra Concilium Africanum Cœleſtinum Romanæ urbis Epiſcopum monet: *Ne fumoſum typhum ſeculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis, & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Adde nobiles Epiſtolas Gregorii Romani Epiſcopi, vere magni, lib. IV. 32. 34. 36. lib. VI. 30. lib. VII. Indict. I. epiſt. 30.

5 *Sicut olim arbori vitæ prælata arbor ſcientiæ maxima dederat mala.*) Gen. II. (v. 9. 16 17.) & III. (v. 1. ſeqq.)

6 *Et ex religione artem factam.*) Vide quæ jam produximus ex Ammiani libro XXI. Idem libro XXII. (*fine Cap. 3.*) in Juliani hiſtoria. *Utque diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos monebat, ut civilibus diſcordiis conſopitis quisque nullo vetante religioni ſuæ ſerviret intrepidus: quod agebat ideo obſtinate, ut diſſenſiones augente licentia, non timeret unanimantem poſtea plebem, nullas infeſtas hominibus beſtias, ut ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum, expertus.* Procopius Gotthicorum I. (*Cap. III.*) cum temperamento tamen hic ut & alibi audiendus: Πρέσβεις ἐκ Βυζαντίου παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ἧκον, ὅ, τε τῆς Ἐφέσου ἱερεὺς Ὑπάτιος, καὶ Δημήτριος ἐκ τῶν ἐν Μακεδόσι Φιλίππων, δόξης ἕνεκεν, ἣν Χριστιανοὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφιγνοοῦντες. τὰ δὲ ἀντιλεγόμενα ἐγὼ ἐξεπιστάμενος, ὡς ἥκιστα ἐπιμνήσομαι. ἀπονοίας γὰρ μανιώδους τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι, διερευνᾶσθαι τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν, ὁποία ποτέ ἐστιν· ἀνθρώπῳ γὰρ οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἐς τὸ ἀκριβὲς (οἶμαι) καταληπτά, μή τοι γε τὰ ἐς θεοῦ φύσιν ἥκοντα. ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα ἀκινδύνως σεσιωπήσθω, μόνῳ τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ τετιμη-

μένα

μία. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν οὐδὲ ἄλλα περὶ Θεοῦ, ὅ, τι ἂν εἴποιμι, ἢ ὅτι ἀγαθός τε παντάπασιν εἴη, καὶ ξύμπαντα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ ἔχει. λεγέτω δὲ ὥσπερ γινώσκει ὅστις αὐτῶν οὗτος καὶ ἱερεὺς καὶ ἰδιώτης. *Hæc dum ille agitat, legati à Byzantio ad Romæ antiſtitem veniunt, Epheſi antiſtes Hypatius, Philipporum vero Macedoniæ provinciæ Demetrius, ob ea quæ inter ſe controverſa Chriſtiani habent. Ea vero quæ ſint, quamquam percognita, memorare me tædeat. Inſanæ enim temeritatis eſſe exiſtimo, naturam Dei qualis ſit ſcrutari. Homini enim nec humana, quantum ego exiſtimo, plane in aperto ſunt: tantum abeſt ut ei pateant ea quæ ad æternum numen pertinent. Liceat ergo mihi impune de talibus ſilere, non commoventi ea quæ aliis ſancita habentur. Ipſe hoc tantum de Deo quod dicam habeo, eſſe eum omnino bonum ejusque poteſtate omnia contineri. Qui plus ſciverit, plus de eo dicat, ſive in ſacerdotum eſt ordine, ſive in plebe.* Laudat Gregoras libro VIII. ( *fol.* 145 *edit. Hier. VVolfii Baſil.* 1562.) dictum Lyſidi Pythagorici, deinde Syneſii: τὸ δημοσίᾳ φιλοσοφεῖν μεγάλης ἐς ἀνθρώπους ἦρξε τῶν θείων καταφρονήσεως. *Apud populum ſubtiliter philoſophari, cauſa hominibus fuit magni contemptus rerum divinarum.* Idem libro x. ( *fol.* 235.) multum diſſuadet tales diſputationes, & de Latinis ſui temporis loquens: Τοὺς Ἰταλοὺς διαθρύπτω κ̀ μέμφομαι ἐπαινῶ οὕτωσὶ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὀφρύος τῇ θεολογίᾳ ἐπιπηδῶντας. *Italos ego video atque contemno, quod ita temere magnoque cum ſupercilio ad Theologiam proſiliant.* Addit mox: ( *fol.* 236.) Οὕτω γὰρ παρ' αὐτοῖς εἰπεῖν τοῖς βαναύσοις ἐκκέχυνται τὰ θεολογίας μυστήρια· καὶ οὕτω κεχήνασιν ἅπαντες ἐπὶ τῷ συλλογιστικῶς ἐμβατεύειν τοῖς λόγοις αὐτῶν, ὥσπερ ἐπὶ τῇ χλόῃ κ̀ νομαῖς τὰ βοσκήματα. καὶ οἱ τὸ πιστεύειν ὀρθῶς ἀμφίβολον ἔχοντες, κ̀ οἱ μηδ' ὅπως δεῖ πιστεύειν εἰδότες, μηδ' ὅ, τι ἐστὶν ὃ πιστεύειν φασίν, ἀγορὰς κ̀ περιπάτους καὶ θέατρα πάντ' ἐμπεπλήκασι τῆς θεολογίας, καὶ οὐδὲ τοῦτον τὸν ἥλιον αἰσχύνονται μάρτυρα τῆς ἀναιδείας ποιούμενοι. *Ita apud illos etiam ſellulariis opificibus effunduntur Theologiæ myſteria:*

cui deinde conſequens fuerit: ut 7 ad exemplum eorum, qui turrim Babylonicam ædificabant, affectatio temeraria rerum ſublimium diſſonas locutiones & diſcordiam pareret: quibus plebs conſpectis, ſæpe neſcia quo ſe verteret, culpam in ſacras litteras rejecit, & eas tamquam venenatas cœpit fugere. Religio autem paſſim non in mentis puritate, ſed, quaſi reducto Judaiſmo, in ritibus collocari cœpit: 8 & in iis, quæ corporis magis exercitationem, quam animi emendationem in ſe continent, 9 itemque in ſtudio flagrante ſemel electarum partium: 10 tandemque evenit, ut ubique

*viæ ita hiant omnes ut per ſyllogiſmos tractent talia, ſicut pecudes ad herbas & pabula: & qui ea, quæ omnino recte credenda ſunt, in ambiguo habent, & qui nec quomodo credendum ſit ſciunt, nec quid ſit quod ſe dicant credere, hi fora omnia & ambulacra & theatra implent theologiæ, neque Solem verentur talis impudentiæ teſtem facere.*

7 *Ad exemplum eorum qui turrim Babylonicam ædificabant.*) Gen. XI. Exprobrat has controverſias Chriſtianis ſæpe Mahumetes, præſertim Azoara XXVI. (*Sura XVI. com.* 64.) XXXII. (*XXII. com.* 68. *ſeqq.*)

8 *Et in iis quæ corporis magis exercitationem, quam animi emendationem in ſe continent.*) I. Tim. IV. 8. Coloſſ. II. 23.

9 *Itemque in ſtudio flagrante ſemel electarum partium.*) Rom. X. 2. I. Cor. I. 12. & ſequentibus.

10 *Tandemque evenit, ut ubique multi eſſent Chriſtiani nomine, re pauciſſimi.*) Salvianus libro III. de Gubernatione Dei: (*pag.* 91. *edit. Conr. Rittershuſii* 1623. 8vo.) *Præter pauciſſimos quosdam qui mala fugiunt, quid eſt*

*aliud*

ubique multi eſſent Chriſtiani nomine, re pauciſſimi. Non diſſimulavit Deus hæc populi ſui vitia: quin 11 ex ultimo Scythiæ 12 ac Germaniæ receſſu immenſa agmina, quaſi diluvio, effudit in orbem Chriſtianum: & cum datæ ab his ſtrages maximæ non ſatis profeciſſent ad corrigendos ſuperſtites, juſto Dei permiſſu, in Arabia Mahumetes novam ſevit religionem, pugnantem eam directa fronte cum Chriſtiana religione, ſed quæ verbis quodammodo exprimeret vitam magnæ partis Chriſtianorum. Accepta hæc religio primum à Saracenis, qui ab Heraclio Imperatore defecerant: quorum armis brevi ſubacta Arabia, Syria, Palæſtina, Ægyptus, Perſis, poſt inſeſſa Africa, & trans mare etiam Hiſpania. Sed Saracenorum potentiam tum alii, 13 tum Turcæ maxime excepe-

*aliud omnis cœtus Chriſtianorum, quam ſentina vitiorum?*

11 *Ex ultimo Scythiæ.*) Hunnos, Avaros, Sabiros, Alanos, Euthalitas, Turcas.

12 *Ac Germaniæ receſſu.*) Gotthos, Erulos, Gepidas, Vandalos, Francos, Burgundiones, Suevos, Alemannos, Saxonas, Varnos, Longobardos.

13 *Tum Turcæ maxime exceperunt.*) Vide Turcica Leunclavii, & Laonicum Chalcocondilam. *

1 *Cre-*

* *Leunclavii Annales Turcicos; & Chalcocondilæ Libros de origine ac rebus geſtis Turcarum* intelligit. Qui, ut *Grotii* ſcopum aſſequaris, à principio ad finem uſque legendo perſequendi erunt.

ceperunt, gens & ipſa pugnaciſſima; quæ poſt longa adverſum Saracenos certamina, in fœdus invitata facile ſuſcepit religionem ſuis moribus congruentem, imperiique majeſtatem in ſe tranſtulit. Captæ Aſiæ Græciæque urbes, & promota armorum felicitate, in Hungariam Germaniæque fines deventum eſt.

## §. II. *Everſio fundamenti Mahumetiſtarum, de non inquirendo in religionem.*

Hæc religio plane ad fundendum ſanguinem facta multum ritibus gaudet, 1 credique ſibi vult, nulla inquirendi libertate: unde & librorum, quos ſanctos habet, lectio plebi interdicta eſt. Quod ipſum

1 *Credique ſibi vult nulla inquirendi libertate.*) Alcoranus Azoara XIII. (*Sura V. com.* 110. *ſeqq.*) ut habet prima editio Latina,* quam hic in lectoris gratiam ſequimur.

2 *Ut*

* De ea editione hæc eſſe accipienda, quæ juſſu *Petri Abbatis Cluniacenſis* per *Robertum Retinenſem* & *Hermannum Dalmatam* A. MCXLIII. adornata; atque cura *Theod. Bibliandri* MDXLIII. & MDL. typis deſcripta fuit, ex frequenti ipſius uſu compertum habemus. Ad cujus editionis ductum, cum iſta dudum rarior facta ſit, nos *Alcorani* allegationes formaverimus, ſuo loco ſignificavimus.

ipſum ſtatim manifeſtum eſt (* indicium) iniquitatis. Merito enim ſuſpecta merx eſt, quæ hac lege obtruditur, ne inſpici poſſit. Verum quidem eſt, non æqualem eſſe omnibus ad omnia cognoſcenda perſpicaciam, multos arrogantia, alios affectibus, conſuetudine nonnullos in falſum abripi: ſed 2 ut via ad æternam ſalutem cognoſci nequeat ab his, qui nullo commodi aut honoris reſpectu eam quærunt,

2 *Ut via ad æternam ſalutem cognoſci nequeat ab his qui nullo commodi aut honoris reſpectu eam quærunt, ſe ſuaque omnia Deo ſubjicientes, & eum pro auxilio orantes, bonitas divina vetat credi.)* Reſponſio ad quæſtionem IV. ad Orthodoxos, inter opera Juſtini: (*fol.* 304.) Ὅτι δὲ ἀδύνατόν ἐστι μὴ τυχεῖν τῆς εὑρέσεως τὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τε καὶ δυνάμει ἐπιζητοῦντα τὴν ἀλήθειαν, μαρτυρεῖ ὁ κύριος λέγων· πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. *Fieri autem nequire ut non ad inventionem perveniat, qui toto corde ac viribus quærit veritatem, teſtatur Dominus dicens: Quiſquis petit, accipit: & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur.* Origenes VIII, contra Celſum: (*pag.* 412.) Ἐχρῆν δ' αὐτὸν σκοπεῖν, ὅτι πάντ' ἐφορῶν καὶ πάντ' ἐπακούων ὁ κοινὸς πάντων πατὴρ καὶ δημιουργός, τὴν ἀνάλογον προαίρεσιν ζητοῦσαν αὐτὸν καὶ εὐσεβεῖν βουλομένην, καὶ ἀξίαν κρίνει, καὶ τούτοις τινὰ ἀπονέμει καρπὸν τῆς προστασίας αὐτοῦ. *Cogitare eum oportuit communem omnium opificem ac patrem, qui cuncta ſpectat, auditque, æqua retribuere voluntati ipſum quærenti, ac pie vivere cupienti, eique fructum largiri aliquem ſui patrocinii.*

A a 1 *Moſem*

* Omittunt probatiſſimæ editiones fere omnes hanc vocem, licet ſine ea oratio conſtare ſibi nequeat.

runt, ſe ſuaque omnia Deo ſubjicientes, & eum pro auxilio orantes, bonitas divina vetat credi. Et ſane cum judicandi vim Deus inſeruerit humanæ menti, nulla pars veri dignior eſt, in quam ea impendatur; quam illa, quæ ignorari, ſine amittendæ ſalutis æterno periculo, non poteſt.

### §. III. *Probatio adverſus Mahumetiſtas, ex libris ſacris Hebræorum & Chriſtianorum, eoſque non eſſe corruptos.*

1 Moſem à Deo miſſum, 2 item Jeſum, 3 & viros ſanctos fuiſſe, qui Jeſu diſciplinam primi propagarunt, Mahumetes ejusque

1 *Moſem à Deo miſſum.*) Azoara v. (*Sura III. forte com.* 83.) xxi. (*XI. com.* 18. 97. 111.)

2 *Item Jeſum.*) Azoara v. (*III. com.* 48.) xii. (*V. com.* 54.)

3 *Et viros ſanctos fuiſſe qui Jeſu diſciplinam primi propagarunt.*) Azoara v. lxxi.*

4 *Multo*

* Vix ac ne vix quidem argumentum pro ſanctitate diſcipulorum Jeſu ex dictis *Azoaris* exſculpes. Quos enim ibi *Bibliandri* verſio producit *viros albis indutos veſtibus*, qui Jeſum noſtrum ſecuti fuerint, unde colligendi anſam absque dubio arripuit *Grotius*; eos accuratior *Maracciana Alcorani* verſio utroque loco *Sura III. com.* 51. & *LXI. com.* 14. ſimpliciter per *Apoſtolos* reddit.

juſque ſectatores fatentur. At in Alcorano, lege Mahumetis, 4 multa narrantur plane contra quam à Moſe & ab Jeſu diſcipulis ſunt prodita. Ut ex multis unum ſumamus exemplum, Jeſum in cruce mortuum, intra tertium diem in vitam rediiſſe, conſpectumque à multis omnes Apoſtoli diſcipulique Jeſu maximo conſenſu teſtantur. Contra docet Mahumetes, 5 Jeſum clam ſubductum fuiſſe in cœlum, cruci autem affixum fuiſſe quoddam ejus ſimulacrum; ac proinde non mortuum Jeſum, ſed deceptos Judæorum oculos. Hæc objectio evadi non poteſt, niſi dicat Mahumetes, quod & dicit, 6 libros tum

4 *Multa narrantur plane contra quam a Moſe & ab Jeſu diſcipulis ſunt prodita.*) Ut templum Mechæ ſtructum ab Abrahamo Azoara II. (*com. 126. ſeqq.*) Alia de Abrahamo, Azoara xxxi. (*XXI. com. 52. ſeqq.*) Confuſa Gedeonis & Saulis hiſtoria, Azoara III. (*II. com. 250. ſeqq.*) in hiſtoria Exodi multa, Azoara xvii: (*VII. com. 104 ſeqq.*) & xxx. (*XX. tota fere*) & xxxviii. (*XXVIII. com. 3. ſeqq. pluribus.*) In hiſtoria Joſephi multa, Azoara xxii. (*XII. integra.*) de avibus ab Abrahamo diſſectis, & in vitam revocatis, Azoara iv. (*II. com 261.*) de Maria apud Zachariam educata, Azoara v. (*III. com. 37.*) de avibus ex luto factis per Jeſum, ibidem, (*ſcil. Sura III. com. 48.*) & xiii. (*V. com. 119.*)

5 *Jeſum clam ſubductum fuiſſe in cœlum, cruci autem affixum fuiſſe quoddam ejus ſimulacrum, ac proinde non mortuum Jeſum, ſed deceptos Judæorum oculos.*) Azoara xi. (*IV. com. 156.*)

6 *Libros tum Moſis tum diſcipulorum Jeſu, non quales*

tum Moſis, tum diſcipulorum Jeſu, non quales fuerant manſiſſe, ſed corruptos eſſe. Sed hoc commentum jam ſupra a nobis libro tertio refutatum eſt. Certe ſi quis Alcoranum corruptum diceret, negarent hoc Mahumetiſtæ, idque ſufficere dicerent adverſus non probantes: at ipſi ultro adferre pro integritate ſui libri ea argumenta non poſſent, quæ nos afferimus, de ſparſis ſtatim exemplis per orbem terrarum, & quidem, non ut Alcorani; uno ſermone, cuſtoditisque fide tot ſectarum tam diſcrepantium circa cætera. Perſuadent ſibi Mahumetiſtæ, [1] Johannis capite XIV. ubi de Paracleto mittendo agitur, exſtitiſſe aliquid ſcriptum de Mahumete, quod Chriſtiani deleverint. Sed hic ab ipſis libet quærere, hanc Scripturæ mutationem velintne factam poſt Mahumetis adventum, an antea. Poſt Mahumetis adventum fieri plane non potuit, cum jam eo tempore exſtarent toto orbe plurima, non Græca tantum, ſed Syriaca, Arabica, & in diſſitis ab Arabia partibus, Æthiopica, & Latina exemplaria non unius verſionis: hæc autem omnia eo in loco conſentiunt, nulla ſcripturæ varietate. Ante Mahumetis adventum nulla fuit mutandi

*les fuerant manſiſſe, ſed corruptos eſſe.)* Azoara IX. (*Sura IV. com.* 44.)

tandi cauſa: nemo enim ſcire poterat, quid docturus eſſet Mahumetes. Imo ſi Mahumetis dogma nihil haberet Jeſu dogmati contrarium, non magis difficiles fuiſſent Chriſtiani, in libris ejus recipiendis, quam in libris Moſis & Prophetarum Hebræorum fuerunt. Ponamus utrimque nihil ſcriptum fuiſſe, aut de Jeſu dogmate, aut de Mahumetis: doceret æquitas, pro Jeſu dogmate habendum, in quod Chriſtiani omnes; pro Mahumetis, in quod Mahumetiſtæ conſentirent.

## §. IV. *Ex comparatione Mahumetis cum Chriſto.*

Conferamus jam utriusque dogmatis adjuncta atque affectiones, ut videamus, utrum utri præferendum ſit: ac primum de auctoribus videamus. 1 Jeſus Mahumetis

1 *Jeſus Mahumetis ipſius confeſſione erat Meſſias ille in lege & Prophetis promiſſus.)* Azoara XXIX. *



* Videant alii, an ex verſione *Bibliandri*, quæ ante oculos fuit *Grotio*, aut *Maraccii Sura XIX. com.* 29. *ſeqq.* in his de Jeſu Meſſia *Mohammedis* lateat confeſſio: *Ego ſum Dei ſerviens* (ita Jeſum loquentem *Mohammed* introducit) *qui mihi librum tribuens, me prophetam conſtituit, & loco quocunque meliorantem & utilem poſuit.*

tis ipſius confeſſione erat Meſſias ille in lege & Prophetis promiſſus: 2 ab ipſo Mahumete vocatur Dei verbum, 3 mens, 4 ſapientia:

2 *Ab ipſo Mahumete vocatur Dei verbum.*) Azoara v. (*Sura III. com.* 45.) xi. (*IV. com.* 169.) & in libro doctrinæ Mahumetis. (*fol.* 199. *Tom. I. collect. Biblianđri.*) Jeſum à Mahumete vocari λόγον, καὶ πνεῦμα Θεοῦ, ait Euthymius Zigabenus in diſputatione contra Saracenos. (*§.* 2. 4. *pag.* 2. *&* 6. *ſeq.*)

3 *Mens.*) * Azoara IV. XI. XXIX. & in dicto libro.

4 *Sapientia.*) * Diſtis locis.

5 *Dicitur*

*poſuit. Mihi quidem orationes fundere, & eleemoſynas ac beneficia diſtribuere, & meam matrem honorare, dum inter homines converſarer, injunxit: nec me virum difficilem, ſed malorum expertem creavit. Et ſuper me eſt divina ſalus in die mea nativitatis & mortis, & qua vivus iterum accedam. Hoc eſt de Chriſto Mariæ filio verbum verax.*

* Non ſine animadverſionibus quibusdam allegationes iſtæ ſunt dimittendæ. En vero caſtigationes noſtras: *Azoara IV.* apud *Biblianđrum* hæc ſunt; *Chriſto Mariæ filio animam noſtram* (dicit Deus pater) *pro vite conferentes, vim atque virtutem præ ceteris tribuimus*; quæ *Maraccius Sura II. com.* 254. hoc modo exponit: *Et dedimus Jeſu filio Mariæ argumenta clara* (id eſt vim faciendi miracula) *& roboravimus eum ſpiritu ſanctitatis. Azoara XI.* quæ *Maraccio IV. com.* 169. dicitur Jeſus noſter *Spiritus à Deo. Azoara XXIX. Maraccius XIX.* neque *mentis* nec *ſapientiæ* nomen ipſi imponit. *Liber* denique *de doctrina Mahumetis Tom. I. collect. Biblianđri fol.* 199. *Spiritum & virtutem Dei*, non mentem, non ſapientiam, Jeſum appellat.

entia: 5 dicitur eidem nullum ex hominibus patrem habuiſſe. 6 Mahumetes, ſolito naturæ ordine, genitus etiam à ſuis creditur. Jeſus vitæ ſemper immaculatæ, cui nihil objici poſſet: 7 Mahumetes diu raptor, 8 mulieroſus ſemper. 9 Jeſus in cœlum

5 *Dicitur eidem nullum ex hominibus patrem habuiſſe.*) Azoara XXXI. (*Sura XXI. com.* 91.)

6 *Mahumetes ſolito naturæ ordine genitus etiam à ſuis creditur.*) Vide librum Generationis Mahumetis, (*ſpeciatim fol.* 207. *Tom. I. collect. Biblandri.*)

7 *Mahumetes diu raptor.*) Vide Chronica Mahumetis verſa ex Arabico. (*fol.* 216. *Tom. I. collect. Biblianderi.*) Vide Diſputationem * Saraceni & Chriſtiani à Petro Abbate Cluniacenſi editam.

8 *Mulieroſus ſemper.*) Azoara ** XLII. XLIII. (*XXXIII. com.* 31. *ſeqq.* 47. *ſeqq.*) LXXV. (*LXV. com.* 1.) & LXXVI. (*LXVI. com.* 1. *ſeq.*) Vide dictam Diſputationem. (*Tit. de impudicitia Mahumetis fol.* 6. *ſeq.*)

9 *Jeſus in cœlum evectus fatente Mahumete.*) Azoara XI. (*IV. com.* 157.)

 1 *Jeſus*

* Puto illam *Diſputationem*, quæ *Tom. II. collect. Biblianderi* hoc titulo extat: *Diſputatio Chriſtiani eruditiſſimi, qui diu verſatus eſt apud principem Sarracenorum cum magna dignatione: & Sarraceni ſodalis ipſius* &c. & quæ ibi *Tit. de furtis & latrociniis Muhametis fol.* 4. *ſeq.* referuntur, à *Grotio* hoc loco indicari.

** Polygamiæ probri hac *Azoara Mohammed* non inſimulatur.

lum evectus, fatente Mahumete: Mahumetes in ſepulcro detinetur. Uter potius ſequendus ſit, quis non videat.

§. V. * *Item facta utriusque.*

Accedant utriusque facta. 1 Jeſus viſum cæcis, claudis greſſum, ægrotis ſanitatem dedit, imo fatente Mahumete, etiam vitam mortuis. 2 Mahumetes ſe miſſum ait, non cum miraculis, ſed cum armis. Secuti tamen ſunt, qui ei & miracula attribuerent: at qualia? Nempe, quæ aut arte humana facile poſſunt effecta reddi, ut de columba ad aurem advolante: aut quorum nulli ſunt teſtes, ut de camelo noctu ei locuto: aut quæ ſui abſurditate refelluntur, 3 ut de magna Lunæ parte in manicam ipſius delapſa, & ab ipſo remiſſa, ad reddendam ſideri rotunditatem. Quis

1 *Jeſus viſum cæcis, claudis greſſum, ægrotis ſanitatem dedit, imo fatente Mahumete etiam vitam mortuis.*) Azoara v. (*Sura III. com.* 48.) XIII. (*V. com.* 119.) (*VII. com.* 202.) XXX. (*XX. com.* 134. *ſeq.*) LXXI. (*LXI. com.* 4. 11.)

2 *Mahumetes ſe miſſum ait, non cum miraculis, ſed cum armis.*) Azoara III. (*II. com.* 216. *ſeqq.*) XIV. (*VI. com.* 4. & 36.) XVII.

3 *Ut de magna Lunæ parte in manicam ipſius delapſa, & ab ipſo remiſſa.*) Azoara LXIV. (*LIV. com.* 1. *paucis.*) Vide latius hanc fabulam ex capite Ceramur, apud Cantacuzenum Oratione (*II.*) in Mahumetem §. 23.

* Declinarunt à principe editione exemplaria de A. MDCXL. atque perperam nullam ad hunc paragraphum inſcriptionem appoſuerunt.

Quis non dicat in cauſa dubia, ei legi ſtandum, quæ certiora pro ſe habet divinæ approbationis teſtimonia? Videamus & eos, qui hanc & illam legem primi ſuſceperunt.

### §. VI. *Eorum qui primi utramque religionem receperunt.*

Qui Jeſu legem amplexi ſunt, viri erant Dei timentes, vitæ ſimplicis: convenit autem Deo, ut tales neque ſermonum præſtigiis, neque ſpecie prodigiorum, decipi patiatur. At 1 qui Mahumetiſmum primi ſuſceperunt prædones erant, homines ab humanitate ac pietate alieni.

### §. VII. *Modorum, quibus lex utraque propagata eſt.*

Sequitur & modum oſtendamus, quo religio utraque propagata eſt. De Chriſtiana aliquoties jam diximus, incrementa ejus eſſe ex miraculis, non Chriſti tantum, ſed & diſcipulorum, & qui eis ſucceſſerunt, tum vero ex ipſa malorum & ſup-



1 *Qui Mahumetiſmum primi ſuſceperunt prædones erant.*) Oſtendit vox ipſa Saraceni, quod ληστρικὰς ſignificat. Vide Scaligerum de Emendatione Temporum Lib. III. (*rectius Lib. II. fol.* III.) cap. de Periodo Arabum.

ſuppliciorum patientia. At Mahumetiſmi doctores nulla ediderunt miracula, nullas graves ærumnas ac dura mortium genera ob eam profeſſionem pertulerunt. Sed 1 religio illa, quo arma eunt, ſequitur, armorum acceſſio eſt: 2 nec aliud ipſi argumentum pro ea magiſtri adſerunt, quam bellorum ſucceſſum, & imperii magnitudinem, quibus nihil ad hanc rem fallacius. Paganica ſacra ipſi improbant. Et tamen ſcimus, quantæ fuerint Perſarum, Macedonum, Romanorum victoriæ, quam late patuerint eorum imperia. Neque Mahumetiſtis ſemper proſperi bellorum eventus. Notæ clades, quas plurimis in locis terra marique acceperunt: tota Hiſpania pulſi ſunt. Non poteſt res, quæ vices tam incertas habet, quæque bonis ac malis communis eſſe poteſt, nota eſſe certa veræ religionis: eoque minus, quod arma eorum injuſta ſunt, 3 cum ſæpe

1 *Religio illa, quo arma eunt, ſequitur, armorum acceſſio eſt.*) Azoara x. (*Sura IV. com.* 88. *ſeqq.*) XVIII. (*VIII. à com.* 5. *paſſim per totum.*) XXVI. (*XVI. com. forte* 110.)

2 *Nec aliud ipſi argumentum pro ea magiſtri adſerunt, quam bellorum ſucceſſum, & imperii magnitudinem.*) Azoara XXXII. (*XXII. com.* 45. 46.) XLVII. (*XXXVII. com.* 173. *col.* 170. *ſeqq.*)

3 *Cum ſæpe ea moverint adverſus populos ſibi non moleſtos.*) Vide Azoara XIX. (*Sura IX. com.* 6. 30. 39. 40. 43. *& alibi.*)

4 *Cultus*

pe ea moveant adverſus populos ſibi non moleſtos, nulla injuria cognitos, ita ut nihil armis obtendere poſſint, niſi ſolam religionem, quod maxime eſt irreligioſum. Nam 4 cultus Dei nullus eſt, niſi ab animo volente procedat. Voluntas autem docendo & ſuadendo elicitur, non minis, non vi. Coactus qui credit, non credit, ſed credere ſe ſimulat, ut malum vitet. Qui mali ſenſu aut metu extorquere aſſenſum vult, eo ipſo oſtendit, ſe argumentis diffidere. Rurſus autem hunc ipſum obtentum religionis ipſi deſtruunt, cum ſubactos ſub imperium patiantur uti, qua velint, religione, imo & 5 palam agnoſcant

4 *Cultus Dei nullus eſt, niſi ab animo volente procedat.*) Lactantius libro x. cap. 20. (*rectius Lib. V, Cap. XIX.* §.23.) *Nihil eſt enim tam voluntarium quam religio, in qua ſi animus ſacrificantis averſus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt.*

5 *Palam agnoſcant interdum Chriſtianos in ſua lege ſervari poſſe.*) Azoara I. (*Sura II. com.* 62.) & XII. (*V. com.* 54. 75. 77. 78.) Liber de Doctrina Mahumetis. * Vide Euthymium.

1 *Inde*

* Hæc deprehendo in libro iſto *Tom. I. collect. Bibliandri fol.* 190. *Et contingit tamen, ut ſi quis ex Judæis aut Chriſtianis ſive gentilibus ad fidem Saracenorum converſus ante opus morte occupetur, fides ſufficiat. Sicque ſive Judæus, ſive Chriſtianus, ſive etiam gentilis omni pietatis operi ſatisfaciens, nec id amore Dei, & ipſum & opus ejus ignis abſumet.* Quæ accuratius expenſa id non dicunt, quod probare iisdem contendit *Grotius*.

ſcant interdum, Chriſtianos in ſua lege ſervari poſſe.

## §. VIII. *Præceptorum inter ſe.*

Contendamus inter ſe & præcepta. Hinc patientia præcipitur, imo & benignitas in male volentes: inde ultio. Hinc perpetua matrimonii fides, morum mutua toleratione: 1 inde diſcedendi licentia. Hic maritus, quod ab uxore exigit, præſtat ipſe, & affigendum uni amorem exemplo ſuo docet: 2 ibi aliæ ſuper alias mulieres, nova ſemper libidinum irritamenta. Hic intus ad animum revocata religio, ut eo bene culto fructus exſerat humano generi utiles: ibi eadem 3 in circumciſione, 4 aliiſque rebus per ſe mediis, vim ſuam prope totam conſumit. Hic temperatus ciborum vinique uſus permittitur: ibi 5 vetitum ſue veſci, 6 bibere

1 *Inde diſcedendi licentia.*) Vide Euthymium, (§. 18. *pag.* 34.) & eos qui de rebus Turcicis ſcripſere.

2 *Ibi aliæ ſuper alias mulieres.*) Azoara III. (*II. com. forte* 230.) VIII. (*IV. com.* 3.) IX. (*IV. com.* 22. 24.) XXXIII. (*XXIII.* 6. 7.)

3 *In circumciſione.*) Vide & Bartholomæum Georgevitium de Ritibus Turcarum. (*Cap. I. fol.* 182. *ſeq. collect. Bibliandri T. III.*)

4 *Aliiſque rebus per ſe mediis.*) Ut lotionibus. Azoara IX. (*IV. com.* 42.) Vide & Euthymium. (§. 12. *p.* 29.)

5 *Vetitum ſue veſci.*) Azoara II. (*com.* 175.) XXVI. (*XVI. com.* 115.)

6 *Bibere vinum.*) Vide Euthy-

re vinum, quod tamen magnum Dei munus eſt ad animi & corporis bona cum modo ſumptum. At ante quidem legem perfectiſſimam, qualis eſt Chriſti, rudimenta quaſi puerilia præceſſiſſe non mirum eſt: poſt eam vero publicatam redire ad figuras præpoſterum. Neque ulla poteſt cauſa adferri, cur poſt Chriſtianam religionem longe optimam, aliam decuerit proferri.

## §. IX. *Solutio ejus quod objiciunt Mahumetiſtæ de Dei filio.*

Offendi ſe ajunt Mahumetiſtæ, quod Deo filium demus, cum uxore non utatur; quaſi filii vox in Deo non poſſit diviniorem habere ſignificationem. At ipſe Mahumetes multa Deo adſcribit non minus indigna, quam ſi uxorem habere diceretur: puta 1 manum ipſi frigidam eſſe, idque ſe tactu expertum: 2 geſtari in ſella, & his ſimilia. Nos vero cum Jeſum Dei filium dicimus, hoc ſignificamus, quod ipſe

3 cum

Euthymium (§. 20 *pag.* 38.) & alios qui res Saracenicas ſcripſere.

1 *Manum ipſi frigidam eſſe, idque ſe tactu expertum.*) Locum vide apud Richardum contra Mahumetiſtas cap. I. & cap. XIV. & apud Cantacuzenum, Oratione in Mahumetem II. §. 18. & oratione IV. non longe à principio (*fol.* 351. *Tom. II. collect. Bibliandri.*)

2 *Geſtari in ſella.*) Ibidem.

3 *Cum*

3 cum eum Verbum Dei dicit: 4 verbum enim ex mente ſuo quodam modo gignitur: adde jam, quod ex virgine, ſola Dei opera vim paternam ſupplente, natus eſt, (* in vitam revocatus) quod in cœlum evectus Dei poteſtate; quæ & ipſa Mahumeti confeſſa oſtendunt 5 Jeſum, ſingulari

3 *Cum eum Verbum Dei dicit.*) Vide ſupra. (§. *IV. not.* 2. *pag.* 374.)

4 *Verbum enim ex mente ſuo quodam modo gignitur.*) Vide Platonem in Convivio, ** & Abarbanelem in Dialogo qui vulgo Leonis Hebræi dicitur. Vide hac de re & Euthymium in dicta Diſputatione, (§. 4. *pag.* 9.) ubi ait, *ὥσπερ ὁ ἀνθρώπειος λόγος ἐκ τοῦ νοῦ γίνεται νοούμενος*, & cætera: Cardinalem Cuſanum Lib. I. cap. 13. & ſequentibus contra Mahumetiſtas (*ſeu Cribrationis Alcorani.*) Richardum cap. 9. & 15. (*fol.* 156. & 172. *ſeqq. Tom. II. collect. Biblian dri.*)

5 *Jeſum ſingulari quodam jure Dei filium appellari poſſe & debere.*) Luc. I. 35. Johan. x. 36. Actor. III. 13. 14. 15. XIII. 33. Hebr. I. 5. v. 5. In dicto libro doctrinæ Mahumetis (*fol.* 197. *Tom. I. collect. Biblian dri.*) Jeſus inducitur Deum ſuum Patrem appellans.

I *Quam*

* Notatu dignum eſt, quod, cum deliberato conſilio verba iſta reliquis adjungi voluerit *Grotius*, ceu ex *Epiſt. CXLIX. ad fratrem fol.* 797. conſtat, ea etiam in antiquiſſima de A. MDCXXVII. editione legantur; tamen in veteribus A. MDCXL. omnibus pariter ac hodiernis editionibus amplius haud ſuperſint. A *Grotio* iſta rurſus reſecta eſſe, vix credo.

** Quod ad *Platonem*, *verbum ex mente ſuo quodam modo gigni*, aſſerentem in *Convivio* attinet, nulla *Græco* habenda fides.

lari quodam jure, Dei ſilium appellari poſſe, & debere.

## §. X. *Abſurda plurima in libris Mahumeticis.*

At contra in ſcriptis Mahumeticis 1 quam multa ſint à veritate hiſtoriæ aliena, quam multa plane ridicula, longum foret eloqui. Talis eſt fabula 2 de pulchra muliere; quæ ab Angelis vino captis ſolenne didicerit carmen, quo in cœlum adſcendi & ex eo deſcendi ſolet: quæ cum adſcendiſſet in multam cœli altitudinem, deprehenſam à Deo, ibique fixam, atque eam eſſe ſtellam Veneris. Talis illa 3 de mure in nave Noë nato, ex elephantis ſtercore:

1 *Quam multa ſint à veritate hiſtoriæ aliena.*) Ut de Alexandro Magno, qui ad fontem pervenerit, in quo Sol quieſceret, * Azoara XXVIII. de Salomone, Azoara XXXVII. (*XXVII. com.* 18. *ſqq.*)

2 *De pulchra muliere.*) In libro Doctrinæ Mahumetis (*fol.* 197. *ſeq. Tom. I. collect. Bibliandri*) eſt hæc fabula, ſumpta ex libro Enarrationum. Vide & Cantacuzenum Oratione II. in Mahumetem, c. (*ſeu* 5.) 15.

3 *De mure in nave Noë nato ex elephantis ſtercore.*) Sunt

* In textu *Arabico* de *Bicorni* quodam hæc referuntur, ut ex *Maraccii* translatione liquet *Sura XVIII. com.* 87. quem alii *Alexandrum M.* alii regem alium, angelum quendam alii interpretantur. *Bibliandri* verſio, quæ *Grotio* inſtar normæ fuit, *Alexandrum M.* rotunde nominat.

core: 4 contra autem ſele ex leonis halitu. Atque illa maxime 5 de morte in arietem commutanda, qui medio inter cœlum & inferos ſpatio ſit ſtabulaturus, 6 & de epulis in vita altera excernendis per ſudorem, 7 deque mulierum gregibus cuique aſſignandis, ad concubitus voluptates: quæ profecto talia ſunt omnia, ut oporteat culpa ſua eſſe in ſtuporem datos, qui iſtis fidem habent, præſertim cum Evangelii lux ipſos circumfulgeat.

§. XI. *Peroratio ad Chriſtianos, qui ex occaſione antedictorum officii ſui admonentur.*

Hac ultima diſputatione abſoluta, ſequitur peroratio, non jam ad extraneos, ſed ad omnis generis ac nominis Chriſtianos: ſummatim monſtrans eorum uſum, quæ dicta ſunt hactenus, ut & quæ recta ſunt fiant, & quæ prava vitentur. Primum

Sunt hæc dicto libro doctrinæ Mahumetis. (*fol.* 197. *Tom. I. collect. Bibliandri.*)

4 *Contra autem ſele ex leonis halitu.*) Ibidem. (*fol. eod.*)

5 *De morte in arietem commutanda.*) In fine dicti libri doctrinæ Mahumetis. (*fol.* 200. *Tom. I. collect. Bibliandri.*)

6 *Et de epulis in vita altera excernendis per ſudorem.*) Dictus liber de doctrina Mahumetis. (*fol.* 197. *jam. cit.*)

7 *Deque mulierum gregibus cuique aſſignandis ad concubitus voluptates.*) Vide quæ ſupra adducta ad librum ſecundum. (*§. X. not.* 13. *pag.* 147.)

I Lit

mum 1 ut puras manus elevent ad Deum illum, 2 qui omnia conſpicua atque inconſpicua fecit ex nihilo, 3 cum certa fiducia eum curam noſtri gerere: 4 cum, niſi ejus permiſſu, ne paſſer quidem cadat; 5 ac ne eos timeant, qui tantum corpori nocere poſſunt, præ eo, cui & in corpus, & in animum, æquale jus eſt. 6 Confidant non Deo tantum Patri, ſed & Jeſu: 7 quando in terris aliud nomen non eſt, quod nos ſalvos præſtet: 8 quod recte factu-

1 *Ut puras manus elevent ad Deum.*) 1. Tim. II. 8. Jac. IV. 8. Tertullianus Apologetico: (*Cap. XXX.*) *Illuc ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus: denique ſine monitore, quia de pectore oramus pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum.*

2 *Qui omnia conſpicua atque inconſpicua fecit ex nihilo.*) Coloſſ. 26. (*accuratius Cap. I.* 16.) Hebr. XI. 3. Actor. IV. 24. XVII. 24. II. Mach. VII. 28.

3 *Cum certa fiducia eum curam noſtri gerere.*) I. Petr. III. 11. (12.) V. 7.

4 *Cum niſi ejus permiſſu ne paſſer quidem cadat.*) Matth. X. 29.

5 *Ac ne eos timeant qui tantum corpori nocere poſſunt, præ eo, cui & in corpus & in animum æquale jus eſt.*) Matth. X. 28. Luc. XII. 4.

6 *Confidant non Deo tantum Patri, ſed & Jeſu.*) Joh. XIV. 2. Hebr. IV. 15. 16. Eph. III. 12. & 17.

7 *Quando in terris aliud nomen non eſt, quod nos ſalvos præſtet.*) Actor. IV. 12.

8 *Quod recte facturos, ſi cogitaverint, non qui illum Patrem, hunc Dominum voce nuncupant, æternum victuros,*

facturos, ſi cogitaverint, non qui illum Patrem, hunc Dominum voce nuncupant, æternum victuros, ſed qui ex eorum voluntate vitam componunt. Monentur deinde 9 ſanctum illud dogma Chriſti, ut pretioſiſſimum theſaurum, ſollicite cuſtodire: atque eam ob rem etiam 10 ſæpe legere ſacra ſcripta, quibus nemo poſſit decipi, niſi qui prius ſe ipſe deceperit. 11 Nam & fideliores fuiſſe eorum ſcriptores & afflatus divini pleniores, quam ut neceſſaria veritate nos fraudare vellent, eamve nube

*cturos, ſed qui ex eorum voluntate vitam componunt.*) Joh. VIII. 41. & ſequentibus. Matth. VII. 21. Joh. XV. 14. I. Joh. II. 3. 4.

9 *Sanctum illud dogma Chriſti, ut pretioſiſſimum theſaurum ſollicite cuſtodire.*) Matth. XIII. 44. 45. I. Cor. IV. 7. I. Tim. VI. 20. II. Tim. I. 14.

10 *Sæpe legere ſacra ſcripta.*) Coloſſ. IV. * (III.) 16. I. Theſſ. V. 27. Apoc. I. 3.

11 *Nam & fideliores fuiſſe eorum ſcriptores, & afflatus divini pleniores quam ut neceſſaria veritate nos fraudare vellent.*) Tertullianus de hæreticis ſic loquitur in Præſcriptione: (*Cap. XXII.*) *Solent dicere, non omnia Apoſtolos ſciſſe, eadem agitati dementia, qua rurſus convertunt: omnia quidem Apoſtolos ſciſſe, ſed non omnia omnibus tradidiſſe: in utroque Chriſtum reprehenſioni ſubjicientes, qui aut minus inſtructos, aut parum ſimplices Apoſtolos miſerit.* Vide & quæ ſequuntur ibidem longe utiliſſima.

12 *Sed*

* *Cap. IV.* habent veteres, *Cap. III.* hodiernæ editiones. Utrumque recte.

nube aliqua obtegere: 12 ſed adferendum animum paratum obſequio: id ſi fiat, 13 nihil eorum nos fugiturum, quæ credi, ſperari, aut fieri à nobis debent: 14 atque eo modo ali & excitari in nobis illum Spiritum, 15 qui futuræ felicitatis arrhabo eſt datus. Abſterrentur prætereà ab imitatione Paganorum: 16 primum in cultu falſorum Deorum, 17 qui nihil ſunt, niſi vana nomina, 18 quibus mali Dæmones utuntur, 19 ut nos à veri Dei cultu avertant: 20 quare non poſſe nos eorum ſacris participare, ita ut ſimul & Chriſti ſacri-

12 *Sed adferendum animum paratum obſequio.*) Johan. VII. 17. V. 44. Matth. XI. 25. Philipp. III. 15. II. Petri III. 16. Oſeæ XIV. 10.

13 *Nihil eorum nos fugiturum, quæ credi, ſperari, aut fieri à nobis debent.*) II. Tim. III. 15. 16. Johan. XX. 31. I. Petr. I. 23.

14 *Atque eo modo ali & excitari in nobis illum ſpiritum.*) II. Tim. I. 6. I. Theſſ. V. 19.

15 *Qui futuræ felicitatis arrhabo eſt datus.*) Epheſ. I. 14. II. Cor. I. 22. V. 5.

16 *Primum in cultu falſorum Deorum.*) I. Cor. VIII. 5. 6.

17 *Qui nihil ſunt niſi vana nomina.*) Ibidem v. (i. e. verſu.) 4. & X. 19.

18 *Quibus mali Dæmones utuntur.*) I. Cor. X. 20. Apoc. IX. 20.

19 *Ut nos à veri Dei cultu avertant.* Eph. II. 2. Apoc. IX. 9. (*forte* 19.) II. Theſſ. II. 9. Matth. XIII. 19. Epheſ. II. 12.

20 *Quare non poſſe nos eorum ſacris participare, ita ut ſimul & Chriſti ſacrificium nobis proſit.*) I. Cor. X. 20.

ſacrificium nobis proſit: 21 ſecundo, in vivendi modo licentioſo, nec aliam habente legem, quam à cupiditate dictatam; 22 unde Chriſtianos longiſſime abeſſe oporteat, 23 qui non tantum Paganis præſtare multum debeant, 24 ſed & Judæorum legiſperitis & Phariſæis, quorum juſtitia in externis quibusdam factis conſiſtens non ſufficit, ut ad cœleſte regnum perveniatur. 25 Nullo nunc in pretio eſſe circumciſionem manu factam, ſed alteram internam cordis, 26 obſervationem mandatorum Dei, 27 novum opificium, 28 fiduciam in diligendo efficacem, 29 unde agno-

21 *Secundo, in vivendi modo licentioſo, nec aliam habente legem, quam à cupiditate dictatam.*) Eph. II. 3. Tit. II. 14.

22 *Unde Chriſtianos longiſſime abeſſe oporteat.*) II. Corinth. VI. 15.

23 *Qui non tantum Paganis præſtare multum debeant.*) Matth. V. 47. VI. 7. 32.

24 *Sed & Judæorum legiſperitis & Phariſæis, quorum juſtitia in externis quibusdam factis conſiſtens non ſufficit ut ad cœleſte regnum perveniatur.*) Matth. V. 20. XXIII. 23. Rom. III. 20. Galat. II. 16.

25 *Nullo nunc in pretio eſſe circumciſionem manu factam, ſed alteram internam cordis.*) I. Corinth. VII. 19. Galat. V. 6. VI. 15. Philipp. III. 3. Epheſ. II. 11. Coloſſ. II. 11. Rom. II. 29.

26 *Obſervationem mandatorum Dei*) I. Corinth. VII. 19.

27 *Novum opificium.*) Galat. VI. 15.

28 *Fiduciam in diligendo efficacem.*) Galat. V. 6.

29 *Unde agnoſcantur veri Iſraëlitæ.*) Rom. IX. 6. I. Cor. X. 18. Gal. VI. 16. Joh. I. 47. (48.)

30 My-

agnoſcantur veri Iſraëlitæ, 30 myſtici Judæi, hoc eſt, Dei laudatores. 31 Ciborum diſcrimina, 32 ſabbata, 33 dies feſtos, 34 umbras eſſe rerum, quæ in Chriſto & Chriſtianis exſiſtant. Ex occaſione Mahumetiſmi hæc adferuntur monita, 35 prædictum à Domino Jeſu, venturos quosdam poſt ſua tempora, qui à Deo ſe miſſos mentirentur; 36 ſed etiamſi Angelus de cœlo veniret, non recipiendum eſſe dogma aliud, 37 quam illud Chriſti, tantis teſtimoniis probatum. Quippe 38 olim quidem

30 *Myſtici Judæi, hoc eſt, Dei laudatores.*) Rom. II. 28. Philo de Allegoriis: (*Lib. I. fol. 55. Opp.*) Τὸ ἐξομολογούμενον ὁ Ἰούδας σύμβολον. *Judas ſymbolum ejus qui Deum profitetur.*

31 *Ciborum diſcrimina.*) Actor. X. 13. 14. 15. XV. 19. 20. 1. Cor. X. 25. Col. II. 16. 21.

32 *Sabbata.*) Coloſſ. dicto loco.

33 *Dies feſtos.*) Ibidem Rom. XIV. 5.

34 *Umbras eſſe rerum quæ in Chriſto & Chriſtianis exſiſtant.*) Col. II. 17. Hebr. X. I.

35 *Prædictum à Domino Jeſu, venturos quosdam poſt ſua tempora, qui à Deo ſe miſſos mentirentur.*) Joh. V. 43. II. Theſſ. II. 9. Matth. VII. 15. XXIV. II. Marci XIII. 22. I. Joh. IV. I.

36 *Sed etiamſi Angelus de cœlo veniret, non recipiendum eſſe dogma aliud.*) Gal. I. 8.

37 *Quam illud Chriſti tantis teſtimoniis probatum.* I. Joh. V. 7. 8. Hebr. II. 9. XII. I. Johan. I. 7. 32. V. 32. 37. 39. 46. Luc. XXIV. 27. Actor. II. 22. 32. X. 43.

38 *Olim quidem Deum multis variisque modis allocutum pios, qui fuerunt: poſtremo autem voluiſſe eum nos compellare per Filium ſuum.*) Hebr. I. 2. (I.)

quidem Deum multis variiſque modis allocutum pios, qui fuerunt: poſtremo autem voluiſſe eum nos compellare per Filium ſuum, 39 rerum omnium Dominum, 40 ſplendoris paterni effulgentiam, ſubſtantiæ ejus expreſſam imaginem, 41 per quem condita ſunt, quæ fuerunt, aut erunt, 42 qui ſuo imperio agit ac fert omnia, 43 & expiatis peccatis noſtris ad dextram Dei ſublatus, 44 dignitatem ſupra Angelos conſecutus eſt: 45 quo proinde legis auctore nihil poteſt exſpectari magnificentius. Revocatur etiam eadem occaſione ipſis in memoriam 46 arma Chriſti

39 *Rerum omnium Dominum.*) I. Corinth. xv. 27. Hebr. II. 5.

40 *Splendoris paterni effulgentiam, ſubſtantiæ ejus expreſſam imaginem.*) Hebr. I. 3.

41 *Per quem condita ſunt quæ fuerunt, aut erunt.*) Ibidem. Coloſſ. I. 16.

42 *Qui ſuo imperio agit ac fert omnia.*) Hebr. I. 3. Apoc. I. 5.

43 *Et expiatis peccatis noſtris ad dextram Dei ſublatus.*) Hebr. I. 3. IX. 12. Matth. xx. 28. I. Joh. II. 2. IV. 10. Matth. XXVI. 64. Marci XVI. 19. Act. II. 33. 34. VII. 55. 56. Rom. VIII. 34. Epheſ. I. 20. Coloſſ. III. I. Hebr. VIII. I. X. 12. XII. 5. (2.)

44 *Dignitatem ſupra Angelos conſecutus eſt.*) I. Petr. III. 22. Hebr. I. 13. Eph. I. 21.

45 *Quo proinde legis auctore nihil poteſt exſpectari magnificentius.*) Hebr. II. 3. 4. 5. 6. 7. 8. III. 3. 4. 5. 6.

46 *Arma Chriſti militibus aſſignata.*) Rom. XIII. 12. II. Cor. VI. 7. X. (Vertus I) 4. Epheſ. VI. II. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

47 Pr

ſti militibus aſſignata, non eſſe qualibus Mahumetes nititur, ſed Spiritus propria, apta expugnandis munitionibus, quæ ſe adverſus Dei cognitionem erigunt: pro ſcuto fiduciam, quæ tela ignita diaboli repellat: pro lorica juſtitiam ſive rectitudinem vitæ; 47 pro galea, quæ quod infirmiſſimum eſt tegat, ſpem æternæ ſalutis, 48 pro enſe vero tradita divinitus verba, penitiſſimas animi partes penetrantia. Sequitur poſt hæc exhortatio 49 ad mutuam concordiam, quam Chriſtus ſuis abiens tam ſerio commendavit: 50 non multos inter nos eſſe doctores debere, ſed unum Jeſum Chriſtum: 51 omnes Chriſtianos in idem nomen baptizatos: 52 quare non debere inter ipſos ſectas eſſe & ſciſſuras, quibus ut remedium tandem adhibeatur aliquod,

47 *Pro galea.*) Vide præter dictum ad Epheſios locum, I. Theſſ. v. 8.

48 *Pro enſe vero.*) Vide præter dictum locum, Eph. VI. 17. Hebr. IV. 12. Apoc. I. 16.

49 *Ad mutuam concordiam, quam Chriſtus ſuis abiens tam ſerio commendavit.*) Joh. XIV. 27. XIII. 34. 35. XV. 12. 17. XVII. 20. & ſequentibus: XX. 19. 26. I. Joh. I. (III.) 23. Adde Eph. III. 14. & ſequentibus: VI. 16. (15.) Hebr. XIII. 20. Matth. V. 9.

50 *Non multos inter nos eſſe doctores debere, ſed unum Jeſum Chriſtum.*) Matth. XXIII. 8. Jacob. III. I.

51 *Omnes Chriſtianos in idem nomen baptizatos.*) Rom. VI. 3. 4. I. Cor. I. 13. 15. Galat. III. 27. Epheſ. IV. 5. Coloſſ. II. 12.

52 *Quare non debere inter ipſos ſectas eſſe & ſciſſuras.*) I. Cor. I. 10. XI. 18. XII. 25.

quod, ſuggeruntur dicta illa Apoſtolica, 53 ſapiendum temperanter, 54 pro modo cognitionis, quam cuique Deus admenſus eſt: 55 ſi qui minus omnia intelligant, eorum ferendam imbecillitatem, 56 ut placide ac ſine jurgiis nobiſcum coaleſcant; 57 ſi qui intelligentia præſtent cæteris, par eſſe, ut & ſtudio erga cæteros excellant: 58 hos vero, qui aliter aliqua in parte ſentiunt, exſpectandos donec & ipſis Deus veritatem latentem aperiat: 59 interim, de quibus conſtat, retinenda, & opere

53 *Sapiendum temperanter.*) Rom. xii. 3. 16. I. Cor. iv. 6.

54 *Pro modo cognitionis, quam cuique Deus admenſus eſt.*) Dicto loco ad Romanos, & xii. 6. ii. Corinth. x. 13. Epheſ. iv. 7. 15. 16.

55 *Si qui minus omnia intelligant, eorum ferendam imbecillitatem.*) Rom. xiv. xv. 2. I. Cor. viii. 7.

56 *Ut placide ac ſine jurgiis nobiſcum coaleſcant.*) Rom. xiv. 1. ii. Corinth. xii. 20. Gal. v. 20. Philipp. i. 16. ii. 3. 15. 1. Cor. xi. 16.

57 *Si qui intelligentia præſtent cæteris, par eſſe ut & ſtudio erga cæteros antecellant.*) Rom. viii. 1. 2. 3. 9. xii. 8. xiii. 3. (*rectius forte Cap. XIV.* 16. 21) 14. 16. I. Cor. xiii. 2. 11. Corinth. vi. 6. viii. 7. II. Petr. I. 5. 6.

58 *Hos vero qui aliter aliqua in parte ſentiunt, exſpectandos donec & ipſis Deus veritatem latentem aperiat.*) Philipp. iii. 15. Eph. iv. 2. 1. Corinth. xiii. 4. 7. 1. Theſſ. v. 14. ii. Cor. vi. 6. Galat. v. 22. Coloſſ. iii. 12. ii. Timoth. iv. 2. Luc. ix. 54. 55.

59 *Interim de quibus conſtat retinenda & opere implenda.*) Philipp. iii. 16. Jacobi i. 22. 23. 24. 25.

60 Ante

opere implenda. 60 Nunc ex parte ſciri: 61 venturum illud ævum, quo omnia certiſſime cognoſcenda ſint. Etiam hoc rogantur ſinguli, 62 ne inutile detineant talentum ſibi concreditum: 63 ſed omnem impendant operam, ut alios Chriſto acquirant: 64 quam ad rem non tantum adhibendos rectos ſalutareſque ſermones, 65 ſed & emendatæ vitæ exemplum; ut ex ſervis de bonitate Domini, & ex actionibus de legis puritate judicium fiat. Poſtremo loco reverſa, unde exierat, ad lectores populares oratio obſecrat eos, 66 ſi quid hic boni eſt, de eo agant Deo gratias:

60 *Nunc ex parte ſciri.*) I. Cor. XIII. 9. 12.

61 *Venturum illud ævum quo omnia certiſſime cognoſcenda ſint.*) Ibidem v. (*i. e. verſu*) 10. 12. I. Joh. III. 2. Matth. v. 8.

62 *Ne inutile detineant talentum ſibi concreditum.*) Matth. XXV. 15. & ſequentibus.

63 *Sed omnem impendant operam ut alios Chriſto acquirant.*) I. Cor. IX. 19. 20. 21. 22.

64 *Quam ad rem non tantum adhibendos rectos ſalutareſque ſermones.*) Galat. VI. 6. Epheſ. IV. 29. II. Timoth. I. 13. Tit. II. 8.

65 *Sed & emendatæ vitæ exemplum, ut ex ſervis de bonitate Domini, & ex actionibus de legis puritate judicium fiat*) I. Petr. III. I. 16. Eph. VI. 6. II. Tim. II. 24. I. Petr. II. 12. Epheſ. IV. I. Philipp. I. 27.

66 *Si quid hic boni eſt, de eo agant Deo gratias.*) Jacob. I. 17. II. Theſſ. I. 3. I. Corinth. I. 4.

tias: 67 ſi quid minus placeat, rationem ut habeant, tum communis naturæ hominum ad multos errores pronæ, tum & loci ac temporis, quo opus hoc effuſum verius, quam elaboratum eſt.

67 *Si quid minus placeat, rationem ut habeant, tum communis naturæ hominum ad multos errores pronæ,)* Jac. III. 2. Galat. VI. 1. 2

F I N I S.

PRÆ-

# PRAETERMISSA.

## I. Loca Græca longiora.

Pag. 35. Κατὰ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων σύστασιν μίαν ἔχειν ἰδίαν ὁρατόν τε καὶ γῆν, μεμιγμένης αὐτῶν τῆς φύσεως· μετὰ δὲ ταῦτα διαστάντων τῶν σωμάτων ἀπ᾽ ἀλλήλων, τὸν μὲν κόσμον περιλαβεῖν ἅπασαν τὴν ὁρωμένην ἐν αὐτῷ σύνταξιν, τὸν δ᾽ ἀέρα κινήσεως τυχεῖν συνεχοῦς. Καὶ τὸ μὲν πυρῶδες αὐτοῦ πρὸς τοὺς μετεωροτάτους τόπους συνδραμεῖν, ἀνωφεροῦς οὔσης τῆς τοιαύτης φύσεως διὰ τὴν κουφότητα· ἀφ᾽ ἧς αἰτίας τὸν μὲν ἥλιον καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν ἄστρων ἐναπολειφθῆναι τῇ πάσῃ δίνῃ. τὸ δὲ ἰλυῶδες καὶ θολερὸν μετὰ τῆς τῶν ὑγρῶν συγκρίσεως ἐπὶ ταὐτὸ καταστῆναι, διὰ τὸ βάρος· εἰλούμενον δ᾽ ἐν ἑαυτῷ, καὶ συστρεφόμενον συνεχῶς, ἐκ μὲν τῶν ὑγρῶν τὴν θάλατταν, ἐκ δὲ τῶν στερεμνιωτέρων ποιῆσαι τὴν γῆν πηλώδη καὶ παντελῶς ἁπαλήν. ταύτην δὲ τὸ μὲν πρῶτον τοῦ περὶ τὸν ἥλιον πυρὸς καταλάμψαντος πῆξιν λαβεῖν. ἔπειτα διὰ τὴν θερμασίαν ἀναζυμουμένης τῆς ἐπιφανείας, συνοιδῆσαί τινα τῶν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς τόπους, καὶ γενέσθαι περὶ αὐτὰ σηπεδόνας ὑμέσι λεπτοῖς περιεχομένας· ὅπερ ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ τοῖς λιμνάζουσι τῶν τόπων ἔτι, καὶ νῦν ὁρᾶσθαι γινόμενον· ἐπειδὰν τῆς χώρας κατεψυγμένης ἄφνω διάπυρος ὁ ἀὴρ γένηται, μὴ λαβὼν τὴν μεταβολὴν ἐκ τοῦ κατ᾽ ὀλίγον, ζωογονουμένων δὲ τῶν ὑγρῶν διὰ τῆς θερμασίας τὸν εἰρημένον τρόπον, τὰς μὲν νύκτας λαμβάνειν αὐτίκα τὴν τροφὴν ἐκ τῆς πιπτούσης ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ὁμίχλης, τὰς δ᾽ ἡμέρας ὑπὸ τοῦ καύματος στερεοῦσθαι. τὸ δ᾽ ἔσχατον τῶν κυοφορουμένων τὴν τελείαν αὔξησιν λαβόντων, καὶ τῶν ὑμένων διακαυθέντων τε καὶ περιρραγέντων, ἀναφυῆναι καὶ φανῆναι παντοδαποὺς τύπους ζώων· τούτων δὲ τὰ μὲν πλείστης θερμασίας κεκοινωνηκότα πρὸς τοὺς μετεώρους τόπους ἀπελθεῖν, γενόμενα πτηνά· τὰ δὲ γεώδους ἀντεχόμενα συγκρίσεως ἐν τῇ τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιγείων τάξει καταριθμηθῆναι. τὰ δὲ φύσεως ὑγρᾶς μάλιστα μετειληφότα πρὸς τὸν ὁμογενῆ τόπον συνδραμεῖν, ὀνομασθέντα πλωτά· τὴν δὲ γῆν ἀεὶ μᾶλλον στερεουμένην ὑπό τε τοῦ περὶ τὸν ἥλιον πυρὸς καὶ τῶν πνευ-

πνευμάτων, τὸ τελευταῖον μηκέτι δύνασθαι μηδὲν τῶν μειζόνων ζωογονεῖν. ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ἕκαστα γεννᾶσθαι τῶν ἐμψύχων. ἔοικε δὲ περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ' Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις, μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ· ἐν γὰρ τῇ Μελανίππῃ τίθησιν οὕτως.

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία·
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης τῶν ὅλων γενέσεως τοιαῦτα παρειλήφαμεν. τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς ζωογονεῖν τὴν γῆν εἰ καὶ παράδοξον εἶναί τισι φαίνεται τὴν τότε ἐνέργειαν, φασὶ καὶ τὰ μέχρι νῦν γινόμενα μαρτυρεῖν ἑαυτοῖς. κατὰ γὰρ τὴν Θηβαΐδα τῆς Αἰγύπτου, καθ' οὓς ἂν καιροὺς πλεονάσῃ τὴν ἀνάβασιν ὁ Νεῖλος καὶ τῆς μὲν γῆς διὰ τοῦτο καθύγρου γινομένης, τῆς δὲ περὶ τὸν ἥλιον θερμασίας ἄφνω προσπεσούσης, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἐπιφανείας σήψεως γινομένης, πλῆθος μυῶν ἐκ γῆς ἀναρίθμητον γεννᾶσθαι. ὑπὸ τ[illegible]ν τῆς γῆς σκληρᾶς γεγενημένης καὶ τοῦ περιέχοντος ἀέρος οὐκέτι διατηροῦντος τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐταξίαν καὶ εὐκρασίαν φύεσθαι ζῶα, φανερὸν εἶναι λέγουσι, διότι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων γένεσιν ἐκ τῆς γῆς συνέβαινε ζωογονεῖσθαι παντοίας φύσεις ἐμψύχων.

Pag. 68. Οἱ μὲν ὦν πολλοὶ Δευκαλίωνα τὸν Σκύθην τὸ ἱρὸν εἵσασθαι λέγουσι τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο· Δευκαλίωνος δὲ πέρι λόγον ἐν Ἕλλησι ἤκουσα, τὸν Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ λέγουσι· ὁ δὲ μῦθος ὧδε ἔχει. ἥδε ἡ γενεά, οἱ νῦν ἄνθρωποι, οὐ πρῶτοι ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὰ πάντες ὤλοντο· οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσί, τὸ αὖτις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πλῆθος ἀπίκετο· ἐκείνων δὲ πέρι τῶν ἀνθρώπων τάδε μυθέονται. ὑβρισταὶ κάρτα ἐόντες ἀθέμιστα ἔργα ἔπρασσον, οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον, οὔτε ξείνους ἐδέκοντο, οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀνθ' ὧν σφίσι ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἐκδιδοῖ, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μέζονες, καὶ ἡ θάλασσα ἐπὶ πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγένοντο καὶ πάντες ὤλοντο· Δευκαλίων δὲ μοῦνος ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην, εὐβουλίης καὶ τῆς εὐσεβείης εἵνεκα· ἥδε δέ οἱ σωτηρίη ἐγένετο· λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς εἶχε, ἐς ταύτην δὲ

ἐσβι-

(* ἐμβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑαυτῷ ἐσέβη· ἐσβαίνοντι) οἱ ἀπικνέοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται, πάντα ἐς ζεύγεα· ὁ δὲ πάντα ἐδέκετο. καί μιν οὐκ ἐσίνοντο ἀλλὰ σφίσι μεγάλη διόθεν φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλευσαν, ἐς τε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεγάλως ἄξιος θαυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ τὸ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίων δὲ, ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο, καὶ νηὸν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἅγιον ἐστήσατο. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καί ἐστιν ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. εἰ μὲν ὦν πάλαι καὶ μέγα ἐὸν, νῦν τοιόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἐγὼ εἶδον μικρόν ἐστι. σῆμα δὲ τῆς ἱστορίης τόδε πρήσσουσι. δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέονται· φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρίη καὶ Ἀραβίη, καὶ πέρηθεν τοῦ Εὐφράτεω πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι· τὸ, πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι, μετὰ δὲ ἐς τὸ χάσμα κατέρχεται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν ὕδατος χρῆμα πολλόν. τὰ δὲ ποιέοντες Δευκαλίωνος ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θέσθαι λέγουσι, συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι. ὁ μὲν ὦν ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τοῦ ἱροῦ, τοιόσδε ἐστί.

Pag. 228. Τελευτήσαντος δ' Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος, βιώσας ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον, τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν. ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν, ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους Λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας, καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ, καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησεν. τότε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρευσεν· πρῶτόν τε τοῦ Ἡρακλέους ἔγερσιν ἐποιήσατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς Ἀστάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς ἐπεστράτευσεν, μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. ἐπὶ τούτων δέ τις ἦν Ἀβδήμονος, παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεύς. ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τούτου τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς

* Per lapſum typographicum hæc in antiquioribus editionibus abeſſe, ex verſione, quæ ad hunc ſermonem ſpectat, manifeſtum eſt.

τῆς Καρχηδόνος κτίσεως ἀπέθανε τελευτήσαντος. Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Βαλεάζορος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. μετὰ τοῦτον Ἀβδάστρατος ὁ τούτου υἱὸς βιώσας ἔτη εἰκοσιεννέα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα· τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν· ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δέκα δύο. μεθ' οὓς Ἀστάρτος ὁ Δελαιαστάρτου, ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα· μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φίλλητος. ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξε μῆνας ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. τοῦτον ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβίωσεν ἔτη ἑξήκοντα ὀκτώ. τοῦτον διεδέξατο Βαλέζωρος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. τούτου διάδοχος γέγονε Μάτγηνος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. τούτου διάδοχος γέγονε Φυγμαλίων. βιώσας δὲ ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτά. ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ ἑβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ᾠκοδόμησε Καρχηδόνα.

Pag. 229. Καὶ Ἐλουλαῖος ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. οὗτος ἀποστάντων Κιτταίων ἀναπλεύσας, προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν. ἐπὶ τούτους πέμψας δὲ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ἐπῆλθε Φοινίκην πολεμῶν ἅπασαν, ὅστις σπεισάμενος εἰρήνην μετὰ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω. ἀπέστη τε Τυρίων Σιδὼν καὶ Ἄρκη καὶ ἡ Παλαίτυρος καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἳ τῷ τῶν Ἀσσυρίων ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδοσαν. διὸ Τυρίων οὐχ ὑποταγέντων, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ὑπέστρεψε, Φοινίκων συμπληρωσάντων αὐτῷ ναῦς ἑξήκοντα καὶ ἐπικώπους ὀκτακοσίους. οἷς ἐπιπλεύσαντες Τύριοι ναυσὶ δώδεκα, τῶν νεῶν τῶν ἀντιπάλων διασπαρεισῶν, λαμβάνουσιν αἰχμαλώτους ἄνδρας εἰς πεντακοσίους. ἐπετάθη δὴ πάντων ἐν Τύρῳ τιμὴ διὰ ταῦτα. ἀναζεύξας δ' ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, κατέστησε φύλακας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῶν ὑδραγωγίων οἳ διακωλύσουσι Τυρίους ἀρύσασθαι, καὶ τοῦτ' ἔτεσι πέντε γενόμενον ἐκαρτέρησαν, πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν.

Pag. 231. Ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπολλάσαρος ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης

τι

τε Αἰγύπτῳ, καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γεγονὼς, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ τινὰ μέρη τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποιήσε· τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπολλασάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον ἔτη βεβασιλευκότι εἰκοσιεννέα· αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενομένοις συνέταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τῆς Βαβυλωνίας τόποις ἀποδεῖξαι. αὐτὸς δ' ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό, τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τήν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν καὶ ἑτέραν ἔξωθεν προσχαρισάμενος καὶ ἀνακαινίσας πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκοῦντας, τὸν ποταμὸν ἀναστρέφοντας, ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, περιεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς πλίνθου. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύασε τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπεραίροντα ἀνάστημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν· μακρὰ δ' ἴσως ἔσται, ἐάν τις ἐξηγῆται· πλὴν ὄντα γ' ὑπερβολῇ ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθη ἡμέραις δεκαπέντε· ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο, καὶ καλάσποις ἐξειργάσατο, καὶ κατασκευάσας τὸν καλούμενον κρεμα-

κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως, ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ Μηδίαν τόποις. * μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία.

Pag. 232. Μεγασθένης δὲ φησὶ Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀποδάσμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα κατασχεθείη θεῷ ὅτεῳ δή. φθεγξάμενος δὲ εἶπεν οὕτως. Ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορήν, τὴν οὔτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι μοίρας πεῖσαι σθένουσιν· ἥξει Πέρσης ἡμίονος τοῖσι ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισι, ἐπάξει δὲ δουλοσύνην· οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης τὸ Ἀσσύριον αὔχημα· ὡς εἴθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, χάρυβδίν τινα, ἢ θάλασσαν ἐκδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον, ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον, ἐμέ τε, πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι. ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο.

Pag. 235. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσόορου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ

κοινῇ

* Hæc non uno contextu apud Joſephum cum prioribus cohærent, ſed nonnullis aliis interjectis demum, quanquam eodem folio ſequuntur.

καὶ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως· ἐπὶ τούτου, τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν ἅπασαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας· αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν· Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὑτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, διέστρεψε τὸν βίον.

Pag. 311. Ὅτι δὲ Μωσῆς εἴρηκεν, οὐ φάγεσθε χοῖρον, οὐδ' ἀετὸν, οὐδὲ ὀξύπτερον, οὐδὲ κόρακα, οὐδὲ πάντα ἰχθὺν ὃς οὐκ ἔχει λεπίδα, ἐν αὐτῷ τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει δόγματα. πέρας γέ τοι λέγει λόγοις αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. καὶ διαθήσομαι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον τὰ δικαιώματά μου. ἆρα οὐκ ἔστιν ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ τὸ μὴ τρώγειν. Μωσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησε. τὸν οὖν χοῖρον. πρὸς τοῦτο εἴρηκεν. οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησὶν, ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες ὅμοιοί εἰσι χοίροις. ὅταν γὰρ σπαταλῶσιν, ἐπιλανθάνονται τοῦ κυρίου ἑαυτῶν. ὅταν δὲ ὑστερηθῶσιν ἐπιγινώσκουσι τὸν κύριον. καὶ χοῖρος ὅταν τρώγῃ, οὐκ οἶδε τὸν κύριον, ὅταν δὲ πεινάζῃ, κραυγάζει, καὶ λαβὼν πάλιν σιωπᾷ. οὐδὲ μὴ φάγῃς, φησὶ, τὸν ἀετὸν, οὐδὲ τὸν ὀξύπτερον, οὐδὲ τὸν ἰκτῖνα, οὐδὲ τὸν κόρακα. οὐ μὴ, φησὶ, κολληθήσῃ ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες οὐκ οἴδασι διὰ κόπου καὶ ἱδρῶτος πορίζειν ἑαυτοῖς τὴν τροφὴν, ἀλλ' ἁρπάζουσι τὰ ἀλλότρια ἐν ἀνομίᾳ αὐτῶν καὶ ἐπιτηροῦσιν ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατοῦντες. καὶ καθήμενοι ἀργοὶ ταῦτα ἐκζητοῦσι πῶς ἀλλοτρίας σάρκας

καταφάγῃ, οἷα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. καὶ οὐ φάγης, φυσὶ, σμύραιναν οὐδὲ πολύποδα οὐδὲ σηπίαν. οὐ μὴ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ κολλώμενος ἀνθρώποις τοιούτοις, οἵτινες εἰς τέλος εἰσὶν ἀσεβεῖς καὶ κεκριμμένοι τῷ θανάτῳ. ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἰχθύδια μόνα ἐπικατάρατα ἐν τῷ βυθῷ νήχεται, μὴ κολυμβῶντα ὡς τὰ λοιπὰ, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ κάτω τοῦ βυθοῦ κατοικεῖ. ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησὶν. πρὸς τί; οὐ μὴ γίνῃ παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ· οὐ μὴ, φησὶν, γίνῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. πρὸς τί; τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄῤῥεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίγνεται. ἀλλὰ καὶ τὴν γαλῆν ἐμίσησε καλῶς, οὐ μὴ γὰρ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις, οἵους ἀκούομεν ἀνομίαν ποιοῦντας τῷ στόματι δι' ἀκαθαρσίαν, οὐδὲ κολληθήσῃ ταῖς τὴν ἀνομίαν ποιούσαις τῷ στόματι, τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο τῷ στόματι κύει. Περὶ τῶν βρωμάτων μὲν οὖν Μωσῆς τρία δόγματα ἐν πνεύματι ἐλάλησεν. οἱ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς, ὡς περὶ βρώσεως ἐδέξαντο. Λαμβάνει δὲ τῶν τριῶν δογμάτων γνῶσιν Δαβὶδ, καὶ λέγει ὁμοίως· Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· καθὼς οἱ ἰχθύες πορεύονται ἐν σκότει εἰς τὰ βάθη· καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καθὼς οἱ δοκοῦντες φοβεῖσθαι τὸν κύριον, ἁμαρτάνουσιν ὡς χοῖροι. καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν, καθὼς τὰ πετεινὰ τὰ καθήμενα εἰς ἁρπαγήν. ἔχετε τελείως καὶ περὶ τῆς γνώσεως. ἀλλ' εἶπε Μωσῆς, Φάγεσθε πᾶν διχηλοῦν καὶ μαρυκώμενον. τί λέγει; ὁ τὴν τροφὴν λαμβάνων οἶδε τὸν τρέφοντα αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀναπαυόμενος εὐφραίνεσθαι δοκεῖ. καλῶς εἶπε, βλέπων τὴν ἐντολήν. τί οὖν λέγει, κολλᾶσθαι μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον· μετὰ τῶν μελετώντων, ὃ ἔλαβον διάσταλμα ῥήματος ἐν τῇ καρδίᾳ· μετὰ τῶν λαλούντων τὰ δικαιώματα κυρίου καὶ τηρούντων, μετὰ τῶν εἰδότων, ὅτι ἡ μελέτη ἔργον ἐστὶν εὐφροσύνης, καὶ μαρυκωμένων τὸν λόγον τοῦ κυρίου. τί δὲ τὸ διχηλοῦν; ὅτι ὁ δίκαιος ἐν τούτῳ κόσμῳ περιπατεῖ, καὶ τὸν ἅγιον αἰῶνα ἐκδέχεται. βλέπετε πῶς ἐνομοθέτησε Μωσῆς καλῶς.

II. Te-

## II. Teſtimoniorum aliquot emendationes.

Pag. 58. col. 2. lin. 27. *Meminere Heſychius.*) Uter: *Grammaticusne*, an *Mileſius*? Utriusque monumenta, ſed fruſtra adii. Et ſane fruſtraneum fore hunc meum conatum, facile prævidere poteram, ubi animadverti, *Ger. Jo. Voſſium*, *Cap. IX. Theol. gentil. Cap. XXVI. fol.* 276. edit. Amſtelod. MDCLXVIII. de eodem myſterio ex inſtituto agentem, *Heſychii* teſtimonio nequaquam uſ. Conferre interim juvabit *Euſebium Præparat. Evang. Lib. II. Cap.* 3.

Pag. 61. col. 1. lin. 17. *Gabinius in Mauritania deſcriptione.*) Jamdudum litteratorum conſpectui ſeſe hic liber ſubduxit. Superſunt vero a Grotio heic obſervata apud *Strabonem Lib. XVII. fol.* 570. *Geogr.* Quæ, ſi judicio ejusdem Strabonis ſtandum eſt, inter prodigioſas fabulas locum merentur.

Pag. 63. col. 1. lin. 7. *Porphyrius.*) Ipſiſſimam ἀγγέλου & ἀρχαγγέλου vocem in *Epiſtola ad Anebonem* uſurpat *ſigno* ι. *lin.* 2. prout eam cum *Jamblicho de Myſteriis Ægypt.* publicavit *Thomas Gale* Oxonii A. MDCLXXVIII.

ibid. col. 2. lin. penult. *Homerum Iliados* 9.) Aut fallor cum *Grotio*, aut ſeditio, quam adverſus Deorum patrem, Jovem, Juno & Minerva concitarunt, ex dicta *Iliade* 6. 352. *ſeqq.* huc pertinet.

Pag. 75. col. 1. lin. 16. *Tom. IV. Opp.*) edit. Coloniæ Agrippinæ MDCXVI.

Pag. 77. col. 1. lin. 20. *Notabit Capellus.*) Cum duo ſint *Cappelli* variaque eorum ſcripta, optandum fuiſſet, ut locum plene indicaſſet *Grotius*. Ego & *Ludovici* & *Jacobi Cappelli Annotationes in Geneſin* nominatim *Cap. X.* conſulendas putavi, nullibi vero memoratam obſervationem inveſtigare potui.

Ibid. col. 2. lin. 5. *Franciſcus Junius.*) Num. 43.

*Scholiorum ad Gen. X.* §. 10. quæ ipſius *Verſioni Bibliorum* adjecta ſunt.

Pag. 78. col. 2. lin. ult. *Lucanum Lib. VII.) Verſu* 145. *ſeqq.* Adde *Lib. VI.* §. 665.

Pag. 80 col. 1. lin. 7. *Refellit Julius Firmicus.*) Par fuiſſet *Grotium* ſignificaſſe; ubi id *Julius Firmicus* agit; neque enim in *Libris VIII. Matheſeos, ſive de vi ac poteſtatibus ſtellarum*, nec in Opere *de Errore profanarum religionum* de iſta re diſputat.

Pag. 106. col. 1. lin. 4. coll. not. * *Incha.*) Imo ipſius *Garſias Laſo de la Vega Hiſtoire des Yncas Rois de Perou* in pectore habuit *Grotius*. Etenim hunc, quod maternum genus ex imperiali Incarum ſtirpe traheret, Inca vulgo audiiſſe, ex *Nic. Antonii Bibliotheca Hiſpan. Part. poſter. Tom. I. fol.* 394. nunc demum didici.

Pag. 113. col. 1. lin. 2. *Maxime in ea parte, quæ νεκυία dicitur.*) *Odyſſeam* λ. ſeu XI. *Homeri* intellige, quæ à §. 36. plena eſt apparitionum animarum defunctarum.

Ibid. lin. 5. *Virgilium.*) Vid. *Lib. II. Æneid.* §. 772. *ſeqq.*

Ibid. lin. 5. ſeq. *Senecam in Oedipode.*) §. ſunt 174. *ſeq.*

Ibid. lin. 6. *Lucanum.*) *Lib. VI. Pharſalic.* §. 758. *ſeqq.*

Ibid. lin. 7. *Statium.*) *Thebaid. Lib. IV.* §. 520. *ſeqq.*

Pag. 141. lin. 9. coll. not. * *Magiſter Bechai.*) Neque ſumme reverendo doctori *Danzio*, viro, cui in litteratura orientali etiam ex iis, qui peritiſſimi ſunt, nemo anteponendus, de iſta *Bechai* confeſſione quid conſtat. Alias Judæos fateri, Meſſiam ben David aliquando moriturum, ſed & revixurum ex סוכה *fol.* 52. *col. a. Cap.* החליל *lin.* 23. *ſeqq.* & *Jalkut P. II.* in *Pſalm.* II. §. 629. *fol.* 90. *col.* 2. *lin.* 10. *ſeqq.* item, Meſſiam ben David reſuſcitaturum eſſe ben Joſeph

ex

et אבקת רוחל *Lib. I. Part. I. Sign. IX. pag.* 138. apud *Anton. Hulſium in Theol. Jud. Part. I.* idem vir ſummus nos humaniſſime edocuit.

Pag. 154. col. 2. lin. 18. *Dionem Nerone.*) *Lib. LXII. fol.* 704. *Hiſtor. Rom.* narrat *Dio Caſſius*, *quod Britanni captivas fœminas Romanas nudas ſuſpenderint, earumque corpora in longitudinem palis praacutis transfixerint. Quæ omnia fecerint contumelioſe, dum ſacrificarint in ſuis templis, & epulati ſint, maxime in luco Andates.* Neſcio, num hæc confirmandis Grotii dictis inſerviant.

Ibid. *Solinum.*) Hujus *Polyhiſtor Cap. XXII.* quo de Britannia exponit, nihil iſtius rei continet.

Pag. 155. col. 2. lin. 10. *Reddit & Maimonides.*) Conf. ejus *More Nebochim Part. III. Cap. XXIX. p.* 424. *Cap. XXXVII. XLV. XLVI.* integr. XLVII. *pag.* 492. *XLVIII. pag.* 496. *XLIX. pag.* 507. *ſeq.*

Pag. 161. col. 1. lin. 21. *Homerum Odyſſea T.*) Quæ ibi v. 105. eſt interrogatio: *Quis? unde es virorum? ubi tibi civitas & parentes?* argumentum noſtrum exhaurire non videtur.

Pag. 163. col. 1. lin. 5. *Maimonidem ad XIII. Articulos.*) Id eſt in *Epilogo ad XIII. Articulos fidei.* Vid. *cod. Sanhedrin. fol.* 121. *col.* 1. & *Eduardi Pocockii Portam Moſis pag.* 178. edit. Oxonienſ. A. MDCLV.

Pag. 178. col. 2. lin. penult. *Plato dixit in Timæo.*) *fol.* 1047. *Opp.*

Pag. 183. col. 1. lin. 3. *Adamum Bremenſem.*) *Hiſtor. Eccleſ. Lib. I. Cap.* 7. *ſeqq. Lib. II. Cap.* 15. *ſeqq.* 27. *ſeqq. Lib. III. Cap.* 22. *ſeq. Lib. IV. Cap.* 43. *ſeqq.* & alibi.

Ibid. lin. 4 *Helmoldum.*) *Chron. Slavor. Lib. I. Cap.* 1. 3. *ſeqq.* 14. 20. 41. 46. 48. *Lib. II. Cap.* 4. 12. *ſeq.* 40.

Pag. 184. col. 1. lin. 9. *Origenes in Geneſin.*) De miraculis Apoſtolorum, nominatim *Andreæ*, nulla hoc loco verba facit.

Pag. 186. col. 2. lin. 23. *Hieronymus epitaphio Nepotiani.*) *id eſt Epiſt. III. ad Heliodorum fol. 7. col. 8. Tom. I. Opp.*

Ibid. lin. 28. *In epiſtola ad Laetam.*) *id eſt Epiſt. VII. fol. 15. Tom. cit.*

Ibid. lin. 31. *In orthodoxi & Luciferiani Dial.*) *fol. 167. Tom. II. Opp.*

Pag. 192. col. 2. lin. penult. *Mentio in Martyrologio.*) *Die VI. Januarii, d. IX. Aug. XXIV. Decemb. XI. Mart. XXII. Jun. VII. April. IV. Mart. XXIII. Jun. XI. Febr. I. &* *IV. Mart. XVII. Jun. XXVIII. Jul. V. Jan. VI. Octobr. VIII. Febr. IX. Maji IV. Aug.*

Pag. 216. col. 1. lin. 2. *Tacitus Annalium VI.*) *Cap. VIII. §. 6. in oratione M. Terentii.*

Ibid. lin. 7. *Paria in Timaeo.*) Ad id reſpexit ſine dubio *Grotius*, quod *Plato*, aliorum nomine diſputaturus, duobus locis *fol.* 1046. *&* 1059. Deum orat, *ut ex inſolita expoſitione ad veriſimilem doctrinam ipſum traducat.*

Pag. 251. col. 2. lin. 3. *Origenem octavo contra Celſum.*) Nulla apud hunc ritus cultusque illius eſt memoria.

Pag. 254. col. 1. lin. penult. *Auguſtinus epiſt. CLII.*) In iſta verba allata non reperi.

Pag. 262. col. 1. lin. 15. *Lucanus Libro IX.*) *v.* 158. *ſeqq.*

Ibid. lin. 21. *Apud Lucanum.*) *Lib. VI. v.* 438 *ſeqq.* 695. *ſeqq.*

Ibid. lin. 22. *Papinium.*) *Lib. IV. Thebaid. v.* 470. *ſeqq.*

Ibid. col. 2. lin. 14. *Origenem contra Celſum libro VII.*) Non procul a fine *pag.* 378.

Pag. 271. col. 1. lin. 8. *Alexandri Aphrodiſaei huc re librum.*) Quem inſcripſit περὶ εἱμαρμένης κ. τοῦ ἐφ' ἡμῖν, *de fato, deque eo, quod in noſtra poteſtate eſt,* cujus partem dedit *Euſebius Lib. VI. Praeparat. Evang. Cap.* 9. interpretationem vero *Grotius* ipſe in *Philoſophorum*

*phorum ſententiis de fato collectis.* Pariſ. MDCXLVIII. editis.

Pag. 273. col. 1. lin. ult. *Ptolemæus.*) Si quid hujus habet, puto id fieri in *Quadripartita conſtructione*, ſeu *de Judiciis aſtrorum Libris IV.* Et ſane rem ipſam *Lib. I. Cap.* 3. quo docet, *aſtronomicarum prævisionum ſcientiam utilem eſſe*, invenio; de verbis vero ipſis judicare haud valeo, cum Græca inſpicere mihi datum haud fuerit.

Pag. 277. col. 2. lin. 15. *Diogenes.*) Quo autore illud *Diogenis* effatum *Grotius* referat, ego ſcire pervelim. Certe mihi, non *Diog. Laertium Lib. VI. Segm.* 20. *ſeqq.* quo & res geſtas & dicta illius percenſet, non *Dionem Chryſoſtomum* ſolum *Orat. VI. VIII. ſeqq.* quibus plures *Diogenis* ſententiæ ſervantur: ſed etiam *Stobæi Florilegium*, illum doctrinarum Philoſophorum theſaurum, perluſtranti, illud ante oculos non venit.

Pag. 291. col. 2. lin. 9. *In Conciliatore Manaſſis quæſtione IV. ad Deuteronomium.*) Solum *Moſem Maimonidem* ibi producit Manaſſes.

Pag. 342. col. 2. lin. ult. *Titulo de Synedrio.*) *fol.* 98. *b. lin.* 7. *à fin.* ubi nomen *leproſi* imponitur Mesſiæ, ob ea, quæ dicta ſunt *Jeſ. LIII.* v. 4. Quod *Jonathan ben Uſiel*, & veteres Judæorum ſapientes caput hoc *Eſaiæ* de Mesſia expoſuerint, idem teſtatur *Abarbanel in propoetas poſter. fol.* 78. *b. col.* 2. *poſt med.* W.

Pag. 352. col. 2. lin. 12. *Maimonides initio libri de fundamentis.*) *Cap. II.* §. 13. Verba autem ex verſione *Guil. Vorſtii* ita efferuntur: *Ipſe* (Deus) *eſt & intelligens, & intelligibile, atque ipſamet cognitio.*

Pag. 379. col. 2. lin. penult. *Vide Euthymium.*) Haud dubie in *diſputatione adverſus Saracenos* ſeu *Cap. XXVIII. Panopliæ*, ad quam hoc libro ſæpius provocat *Grotius*. Parum vero præſidii præſenti argumento inde petes.

# INDEX

## RERUM MEMORABILIUM

### A.


ABrahami meminerunt ſcriptores profani Pag. 85. ſeqq.
Adami memoria inter gentes conſervata 51.
Adulterium ſola concupiſcentia committi, confitentur gentiles 277. ſeq.
Adulteria deorum gentilium 164
Æternitas humani generis exploditur 14. ſeqq.
ab Ariſtotele dubitanter aſſeritur. 16. in not.
Alcoranus multa abſurda continet 383. ſeq.
Scripturæ ſ. contraria tradit 371
Angelus, ſecundum Judæos quosdam univerſum hoc curans, nihil aliud eſt, quam ſecunda Deitatis perſona 353 ſeqq.
Animalia quædam reſurrectionis imaginem præbent 150. in not.
Animantia Ægyptii diis offerebant & ex iis aruſpicium faciebant 308. ſeqq.
Animantium apud Judæos diſcrimen certa vitia notabat 311. ſeqq.
Animantium cultus improbatur 255. ſeqq.
Animarum immortalitas probatur ratione 117. ſeqq.
traditione 112. ſeqq.


Apoc.

Apocalypſi divina autoritas adſtruitur 200. 203
Apoſtoli miraculis illuſtres fuerunt 181. ſeq. 205. ſeqq.
legem Moſis non uno conatu ſuſtulerunt 320. ſeq.
Apoſtolis ſermo ſimpliciſſimus fuit 189
Apoſtolorum veracitas demonſtratur 134. ſeqq. 202. ſeqq.
Arca Noæ extraneis haud ignota 67. 69. ſeqq.
Archetypa librorum N. Teſt. vidit Tertullianus 199
Argumenta pro Veritate Relig. Chriſt. qualia ſint 194. ſeqq.
Aſtra non cogunt hominis voluntatem 271. ſeq.
Aſtrorum efficaciæ non adſcribendæ religionum converſiones 270. ſeqq.
cultus rejicitur 254. ſeq.
Atheorum objectiones exploduntur 5. ſeqq.
Aurea poetarum ſecula 55

B.

Babylonicæ turris extructio memorata gentilium ſcriptoribus 78. ſeq.
Beatitudinem ſummam Chriſtiana religio promittit 147. ſeq.
Bella inter Paganos admodum frequentia fuerunt 158 ſeqq.
Bellis Roma nomen conſecuta eſt 159. ſeq.
nata Mahumetica religio & propagata 377. ſeq.
Bonis temporalibus quomodo ſecundum diſciplinam Chriſt. utendum 169. ſeqq.

C.

Cauſa omnium Deus eſt 9. ſeq.
Chaos mundi primordium apud Poetas 37. ſeqq.

Chriſtiana religio à præſtantiſſimo magiſtro introducta fuit 176. ſeqq.
aſtrorum efficaciæ nihil debet 273. ſeq.
ex affectibus repudiatur 195
præcepta ſanctiſſima tradit circa Dei cultum 152. ſeqq.
officia humanitatis 158. ſeqq.
conjugii 163. 167. ſeq.
circa uſum bonorum 169. ſeqq.
circa juſjurandum 172
circa facta alia 173. ſeq.
præmium eximium pollicetur 142. ſeqq.
præſtat omnibus 142. ſeqq. 176. ſeqq.
Chriſtianæ religionis amplitudo 183. ſeqq.
impedimenta 190. ſeqq.
propagatio 182. ſeqq.
præcipua probantur à ſapientibus paganorum 274. ſeqq.
veritas quibus nitatur argumentis 194. ſeqq.
Chriſtianam religionem infirmi ac ſimplices primum docuerunt 188. ſeqq.
viri ſapientes ac eruditi profeſſi ſunt 128
Chriſtiani primi multum vexati 191. ſeqq.
graviter a Deo puniti 367
Chriſtianorum pietas quando refrigeſcere cœperit 361. ſeqq.
Chriſtus, vide Jeſus.
Ciborum diſcrimen apud Judæos ejusque cauſa 308. ſeqq.
non hodie obſervari debet 312. ſeqq.
Circumciſioni nec univerſalitas nec perpetuitas competit 317. ſeqq.
ceu vetuſtisſimæ teſtimonium perhibent gentiles 81. ſeqq.

Circumciſionem an ab Ægyptiis acceperint Judæi? 82. in not.
Columbam ex Noæ arca emiſſam laudant hiſtorici 63 ſeq.
Concubitus Mahumetiſtæ in vita æterna expectant 147
Marium cum maribus gentilibus uſitati 165. ſeq.
Conſcientiæ vis 120. ſeq.
Controverſiæ inter Chriſtianos veritati relig. Chriſt. non obſtant 174. ſeqq.
nimiæ occaſionem præbent Mahumetiſmo 364. ſeqq.
Creatio univerſi quomodo facta ſit ſecundum Phœnicum, Indorum & Ægyptiorum Theologiam 29. ſeqq. 34. ſeqq.
Cultus Deorum gentilium impius 251
malorum ſpirituum, hominum, aſtrorum, elementorum, animantium, rerum inanimatarum &c. confutatur 249. ſeqq.

## D.

DAnielis vaticinia quo loco habuerit Porphyrius 105
Davidis res geſtæ ſunt in paganorum hiſtoria 226. ſeqq.
Dei exiſtentia probatur 4. ſeqq.
filius a Mahumete rejicitur 381. ſeq.
providentia argumentis confirmatur 19. ſeqq.
ſpiritu vitam rebus infuſam prædicant gentiles 51. ſeq.
verbum eſt ſecunda divinitatis perſona & Meſſias 353. 356
à Mahumete Jeſus noſter dicitur 374
unitas, perfectio, æternitas, omnipotentia adſtruitur 7. ſeqq.
Deorum adulteria apud gentiles. 164. in not.
gentilium cultus impius 251
vice ſpiritus, homines, aſtra &c. gentiles colunt 249. ſeqq.

Deucalionis diluvium occurrit in hiſtoriis profanis 66. ſeqq.
Deum mundi & ſiderum opificem celebrant gentiles 50. ſeq.
unum eſſe confitentur gentiles 53
Deus eſt cauſa omnium 9. ſeq.
Dii gentilium Chriſto parent 270
cogi poſſunt 261. ſeq.
inſerviunt hominum libidinibus 262
ſanguine humano placantur 153. ſeq.
Diluvii hiſtoria ſuperſtes in gentium annalibus 64. ſeqq.

## E.

EPiſcopi de titulis ac ſummis ſedibus certant 362. ſeqq.
Epiſtolarum Jacobi, Petri, Johannis, Judæ, item illius ad Hebræos, divina autoritas aſſeritur 200. ſeq.
Evam non ignorant gentilium ſcriptores 58
Exiſtentia Dei probatur 4. ſeqq.

## F.

FElicitas hominis ſumma 145. ſeqq. 121. ſeq.
æterna gentiles latet 143. ſeqq.
Feſti Judæorum dies non perpetui futuri erant 314. ſeq.
Filium Dei Mahumet non admittit 381. ſeq.
Fines rerum oſtendunt ens quoddam intelligens 10. ſeqq.
Furta apud gentiles permiſſa. 169.

## G.

GEntiles de futura felicitate hæſitant 143. ſeqq.

Gentiles animarum immortalitatem docent 112. ſeqq.
præcipuas Chriſtianæ religionis doctrinas probant 274. ſeqq.
Gentilium Dii, vide Dii.
miracula ſubleſtæ fidei & virtutis 259. ſeqq.
religio humanis auxiliis nixa 269
ſacra obſcœna ſunt 154. ſeq.
traditione pleræque SScræ hiſtoriæ confirmantur 29. ſeqq. 220. 226. ſeqq.
vaticinia aut nulla ſunt, aut conficta 265 ſeqq.
Gentium Gen. X. nominatarum veſtigia in autoribus profanis habentur 72. ſeqq.
Gigantum hiſtoria memorabilis in gentilium ſcriptis 60. ſeqq. 63. ſeq.
Græcæ litteræ cum Phœniciis & Hebræis eædem 26. ſeq. in not.
Græci litteras aliunde habent 26. ſeqq.

## H.

HEbdomas antiquisſima temporum diviſio 55. ſeqq.
Hiſtoriæ in Scripturis S. expoſitæ teſtes habent ſcriptores paganorum 29. ſeqq. 220. 226. ſeqq.
Hominem ex luto formatum tradunt gentiles 52. ſeq.
ad imaginem divinam creatum iidem docent 37. ſeqq 43.
Hominum cultum vanum eſſe evincitur 253
primorum longævitas & magna ſtatura celebrata gentibus 60. ſeqq.
ſimplicitas & nuditas iisdem memorata 57. ſeq.
Humana Chriſti natura jure adoratur 357. ſeqq.
Humanam naturam divinæ jungi poſſe, agnoſcunt Julianus & Rabbi Salomo 282. ſeq. 356. not.
Humani generis æternitas deſtruitur 14. ſeqq.

# I.

JAmnes & Jambres, pervulgata nomina 94. ſeq.
Jeſus vere in hac terra vixit 123. ſeq.
cruci affixus eſt 125. ſeq.
reſurrexit 133. ſeqq.
à Mahumete vocatur verbum & ſapientia Dei 374
cum ipſo confertur 373. ſeqq.
Miracula fecit, vide Miracula.
Moſis legem obſervavit 295. ſeq.
poſt mortem ſuam ubique colitur 127
Jeſu doctrina vera ſit, neceſſe eſt 141
quædam non congruere de Meſſia prædicta, dicunt Judæi 337. ſeqq.
Jeſum cruci affixum negat Mahumet 371
eſſe Meſſiam demonſtratur 333. ſeqq.
improbi homines morti tradiderunt 346. ſeqq.
merito adorant ac colunt Chriſtiani 357. ſeqq.
Imago divina, ad eam hominem primum conditum 37 ſeqq. 43
Imperiorum converſiones præbent argumentum providentiæ divinæ 21. ſeq.
Inanimatarum rerum cultus ineptus declaratur 258. ſeq.
Injuria ex gentilium diſciplina non reponenda 278
Innocentiæ examina argumentum providentiæ divinæ 108
Jonæ hiſtoria gentilibus nota 99. ſeq.
Judæi in religione ſua conſtantes ſunt ac pertinaces 25 ſeq.
ubique terrarum diſperſi 239. ſeq.
Judæorum majores impii erant & iniqui 346. ſeqq.
religio laudatur ab extraneis 98
nihil promittit de æternis 148
omnium diutiſſime perdurat 23. ſeq.

Judicium futurum credunt gentiles 114. ſeq.
Jusjurandum extra neceſſitatem prohibitum 172. 280

## L.

Latrocinia pleriſque gentibus non turpia habentur 160. ſeq.
Legem Moſis Apoſtoli ſenſim ſuſtulerunt 320. ſeq.
gentiles celebrant & imitantur 28. ſeq. 95. ſeq.
Jeſus obſervavit 295. ſeq.
Leges Atticæ è legibus Moſis deſumtæ 28. ſeq.
Lex Jeſu Moſis lege perfectior habenda 292. ſeqq.
Lex Moſis non fuit univerſalis, nec æterna eſſe potuit 293. 297. ſeqq.
quomodo ſublata fuerit 296. ſeqq.
vindictam privatam permittebat 162
Libri Novi Teſt. non continent a ratione diſſona 214. ſeqq.
inter ſe pugnantia 217. ſeqq.
non ſunt corrupti 221. ſeqq. 372. ſeq.
Libri Vet. Teſt. corruptione non contaminati 239. ſeq.
teſtimonium accipiunt a paganorum hiſtoricis 29. ſeqq. 225. ſeqq.
Librorum Moſis veritas & antiquitas commonſtratur 26. ſeqq. 91. ſeq.
convenientia cum antiquorum traditionibus 29. ſeqq.
Librorum Novi Teſt. autoritas evincitur 197. ſeqq.
quorundam archetypa vidit Tertullianus 199
γνησιότητα confeſſus Julianus ibid.
hiſtoriæ pleræque apud alios extant 220. ſeq.

quidam

quidam olim rejecti, propterea divini eſſe non deſierunt 210 ſeqq.
Lingua ex ſecta quidam loquuntur 108. in not.

## M.

Mahumet abſurda multa Deo tribuit 381
cum Chriſto collatus 373. ſeqq.
Jeſum crucifixum eſſe negat 371
nulla miracula fecit 376
Paracletus neutiquam in ſcripturis audit
372
raptor fuit itemque mulieroſus 378
vocat Jeſum verbum & ſapientiam Dei
374
Mahumetica religio non admittit examen 368. ſeq.
plura impia præcepta continet 380
per arma propagata fuit 367. ſeq.
378
Mahumeticæ religionis origo & cauſæ 361. ſeqq.
fundamentum 368. ſeq.
Mahumeticam religionem qui primum ſecuti, prædones fuere 377
Mali origo Deo non imputanda 18
Malorum multitudo divinam providentiam non tollit 109. ſeqq.
Martyria Chriſtianorum longe acerrima 191. ſeq.
Meſſiæ adventum differri ob peccata ſua fingunt Judæi 327. ſeqq.
characteres Jeſu noſtro conveniunt 333. ſeqq.
cultus divinus jure exhibetur 357. ſeqq.
falſi 327. 333
ſtatum humilem eſſe debebat 340. ſeq.
vaticinia allegorica repræſentant 352. ſeq.

Meſſiam Deum futurum credunt Judæi 355. ſeq.
Meſſiam olim moriturum prædicunt prophetæ 342. ſeqq.
veniſſe probatur ex præſignificatione temporis 321. ſeqq.
ex ſtatu præſenti Judæorum 329. ſeqq.
Meſſias verbum Dei dicitur 356
Mediator medius quidam inter Deum & homines Judæis 359
Miracula Apoſtolorum inſignia 181. ſeq. 205. ſeqq.
apud ſepulchra edita 207
cur deſierint 109
Jeſu gentiles teſtantur 129
non vi naturali aut vocum, nec ope dæmonum facta 130. ſeqq. 288. ſeqq.
teſtes complures habent 286. ſeqq.
probant doctrinæ divinitatem 132
unius Dei cultum confirmabant 290. ſeqq.
Miracula Paganorum aut falſa fide aut mala virtute nituntur 259. ſeqq.
providentiam divinam arguunt 22. ſeq.
Veſpaſiani ad dignitatem conciliandam comparata 263. ſeq.
Miraculorum exiſtentia probatur 22. ſeqq. 26. ſeqq. 98. ſeqq.
Moſis ejusque res geſtæ celebrantur inter gentiles 89. ſeq. 92. ſeq.
Moſis lex, vide Lex.
ſcriptorum veracitas & antiquitas oſtenditur 26. ſeqq. 91. ſeq.
harmonia cum veterum traditionibus 29. ſeqq.
Mundi creatio ſecundum Phœnicum, Indorum & Ægyptiorum Theologiam qualis 29. ſeqq.
Mundum olim conflagraturum perhibent gentiles 115. ſeq.
Mundus hominis cauſa factus 12. ſeq.

## N.

NAbuchodonoſori res geſtæ annalibus extraneorum inſunt 230. ſeqq.
Noæ arcam laudant ſcriptores profani 67.69.ſeqq.
Nox menſura temporum olim fuit 49. ſeqq.

## O.

ORacula paganorum ambigua & falſa 264. ſeq.
improbis hominibus inſerviunt 268
verum deum confitentur 266. ſeqq.
Oraculorum fides deſtruitur 264. ſeq.
Ordo rerum monſtrat ſui cauſam 10. ſeqq.

## P.

PAganica religio, vide Gentiles.
Paracletus Mahumet nullibi in ſ codice appellatur 372
Pauli divina autoritas ſtabilitur 211. ſeqq.
Philoſophi amori & libidinibus dediti 165. ſeq. 177
contentioſi ſunt 177. ſeq.
doctrinam ſuam aliis rebus commendabilem reddere ſtudebant 189
Pietas Chriſtianorum quando refrigeſcere cepecit 311 ſeqq.
Piorum calamitates cum providentia divina optime conſiſtunt 111 ſeq.
Polygamia inter gentes admodum frequens 166. ſeqq.
lege Hebræa permiſſa 166
per Mahumetem licita 380
quibusdam gentilibus inviſa 279

Præ-

Præcepta religionis Chriſtianæ ſanctisſima ſunt 152.156. ſeqq.
Prædictiones, vide Vaticinia.
Principia duo rejiciuntur 19
Prophetas floruiſſe inter Judæos comprobatur 100. ſeq.
Providentia Dei probatur 19. ſeqq.
etiam ſingularia curat 20
oppugnatur 109. ſeqq.
Providentiæ div. argumento ſunt imperiorum converſiones 21. ſeq.
miracula 22. ſeq.
ſomnia 106
ſpectra 107. ſeq.
vaticinia 103. ſeqq.
non obſtat ſcelerum malorumque multitudo 109. ſeqq.

## R.

RAtio Dei Judæis quibusdam idem ac ſecunda Deitatis perſona 353
Religio habetur id, quod receptum publice 178
non in ritibus, ſed in animo poſita eſt 274 ſeqq.
Religio Chriſtiana, vide Chriſtiana religio.
gentilis, vide Gentiles.
Judaica, vide Judæi.
mahumetica, vide mahumetica religio.
Religiones aſtris non ſubjacent 270. ſeqq.
Religionis nota imperii magnitudo eſſe nequit 378. ſeq.
Rerum fines oſtendunt ens quoddam intelligens 10. ſeqq.

Rerum inanimatarum cultus ſtultitiæ convincitur 258. ſeq.
ordo monſtrat ſui cauſam 10. ſeqq.
Reſurrectio non eſt impoſsibilis 138. ſeqq.
oppugnatur 148. ſeqq.
poſsibilis habita à multis 139. ſeqq.
Reſurrectionis Chriſti veritas declaratur 133. ſeqq.
Reſurrectioni documentum præbent animalia 150
teſtimonium perhibent Philoſophi 151. ſeq.

## S.

SAbbathi memoria & feſtus dies inter gentes 54. ſeqq.
præceptum duplex olim erat 315
non eſt perpetuum 314. ſeqq.
Sacra gentilium impia ac obſcœna 154. ſeq.
Sacrificia ab hominibus excogitata quidam volunt 301. ſeq.
æternum durare non poterant 306. ſeqq.
per ſe Deo non placent 302. ſeqq.
Salomonis res geſtæ profanis hiſtoriis illuſtrantur 22[illegible] ſeqq.
Sapientiam Dei Mahumet Jeſum noſtrum nuncupat 374
Scelerum inter homines copia providentiæ divinæ non obſtat 109. ſeqq.
Schechina Judæis idem, quod Chriſtianis ſecunda deitatis perſona 355
Scriptura ſacra, vide Lib. Vet. & Novi Teſt.
Scortationes apud gentes frequenter peractæ 165. ſeq.
Serpentis ſeductoris meminerunt profani 58. ſeq.
Sodomorum incendium referunt gentilium annales 80. ſeq.
Sol non eſt lux primigenia ex gentilium confeſsione 46. ſeqq.

Somniis comprobatur providentia divina 106. ſeq.
Spectris declaratur eadem 107
Spiritu Dei rebus vitam datam gentilium dogma eſt 51. ſeq.
Spiritus mali & fraudulenti exiſtunt 246. ſeq.
a gentilibus adorati fuerunt 249. ſeqq.
Spirituum commercium cum hominibus perſpexere gentiles 62. ſeq.
cultus periculoſus 246. ſeqq.
confutatur 249. 252

# T.

TAlmud fabulis plurimis ſcatet 331. ſeq.
Tenebras luce priores profitentur gentiles 48. ſeqq.
Trinitatis myſterium Platoni non incognitum 281. ſeq.
agnoſcunt Judæorum nonnulli 352 ſeqq

# V.

VAticinia apud gentes qualia fuerint 265. ſeqq.
a cauſis naturalibus proficiſci poſſunt 265
Novo Teſtamento inſunt 208. ſeq.
providentiam divinam probant 103. ſeqq.
quædam de Meſſia nondum impleta ſunt 337. ſeqq.
allegorice interpretanda 339
Vaticiniorum exiſtentia probatur 103. ſeqq
Veracitas Apoſtolorum, Moſis, vide Apoſtoli, Moſes.
Verbum Dei Meſſiæ appellatur 356
Jeſum nominat Mahumetes 374

Verſiones Scripturæ S. comprobant eam non eſſe corruptam 241. ſeq.
Victimæ humanæ diis ſacrificatæ 153. ſeq.
Vindictam impune exercebant gentiles 161. ſeq.
privata Judæis conceſſa 162
Virtus ut perfecta ſit, omnibus ornamentis ſpolianda 283. ſeq.
Virtutem pro ſummo hominis fine & præmio habent gentiles 145. ſeq.
Virtutes eximiæ in religione Chriſtiana præceptæ 173. ſeq.
Voluntas hominis ab aſtris non determinatur 271. ſeq.
Unum Deum agnoſcunt gentiles 53. ſeq.
Urim & Thumim oraculum pagani imitantur 101. ſeq.

FINIS.

---

IENAE,

Excudebat PETRVS FICKELSCHERR.

# Errata Emendanda.

*Pag.* 30. *lin.* 1. poſt *quas* adde *a.*
*Ibid. not.* ** *lin.* 4. pro 4. pone 5.
*Pag.* 39. *lin. penult.* Ὄρνιθες pro Ὄρνιδες.
*Pag.* 50. *col.* 1. *lin.* 4. dele *fi*.
*Pag.* 141. *not.* * *lin.* 3. 561. corrige 562.
*Pag.* 307. *not.* * *lin.* 2. *fient* lege *fiet*.